UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/deipnosophistaru01athe

ATHENAEI
DEIPNOSOPHISTARUM
LIBRI QUINDECIM

LGr
1866S

ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΝΑΥΚΡΑΤΙΤΟΥ
ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΑΙ

ATHENAEI
NAUCRATITAE
DEIPNOSOPHISTARUM
LIBRI QUINDECIM

EX OPTIMIS CODICIBUS NUNC PRIMUM COLLATIS
EMENDAVIT AC SUPPLEVIT
NOVA LATINA VERSIONE ET ANIMADVERSIONIBUS
CUM IS. CASAUBONI ALIORUMQUE TUM SUIS
ILLUSTRAVIT
COMMODISQUE INDICIBUS INSTRUXIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER
ARGENTORATENSIS
INSTITUTI SCIENTIAR. ET ART. POPULI GALLO-FRANC. SOCIUS
ANTIQUAR. LITERAR. IN SCHOLA ARGENT. PROF.

ARGENTORATI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE
ANNO IX. (1801.)

21451
29/1/92
L

IN ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS

PRAEFATIO EDITORIS.

I.

AUCTOR OPERIS.

ATHENAEUS, [a]) auctor operis cuius editionem inſtauramus, neſcio an muneris profeſſione, ſtudio certe & eruditione *Grammaticus* fuit; [b]) ea ſcilicet ratione, qua apud Graecos olim nomine iſto inſigniebantur viri, qui non modo recte loquendi ſcribendique praecepta, & quidquid ad verborum univerſique ſermonis rationem pertinet, adcurate tenerent; verum etiam poëtarum veterum & aliorum quorumque praeſtantiſſimorum ſcriptorum lectione ita eſſent innutriti, ut omnifaria doctrinae copia & omnis prae-

a) Graece Ἀθήναιος, nomine προπαροξυτόνως ſcripto. Vide Animadv. noſtr. T. I. p. 7. De quo & diſerte Euſtathius monuit: Εἰς δὲ τὴν διάφορον τόνωσιν τοῦ φαιστὸς καὶ φαῖστος θετέον σὺν ἄλλοις ἀλλαχοῦ δηλουμένοις καὶ τὸ Ἀθηναῖος τοπικὸν, καὶ Ἀθήναιος κύριον. Commentar. ad Iliad. β'. p. 237. l. 10. ſq. ed. Baſ.

b) Ἀθήναιος Ναυκρατίτης, Γραμματικός. Suidas.

ſertim antiquitatis cognitione praeſtarent: quo toto genere ita excelluiſſe Athenaeum, ex hoc ipſo opere adparet, ut inter Grammaticos, hoc eſt, inter Literatos & Philologos & Polyhiſtores non ſuae ſolum aetatis, ſed omnium etiam ex omni memoria temporum, principe quodam loco haud dubie poni mereatur. c) *Naucratim*, Aegypti oppidum, huic fuiſſe *patriam*, paſſim ipſe oſtendit; veluti lib. III. p. 73. a. VII. 301. c. & XI. 480. d. *Aetatem* parum adcurate Suidas declaravit, *Marci temporibus vixiſſe* ſcribens; d) niſi Marcum, non Philoſophum Imperatorem, ſed Caracallam dixit, e) quem M. Antonini nomine uſum eſſe conſtat. Quamquam enim facile credas, natum fuiſſe Athenaeum imperante M. Aurelio Philoſopho, aetatis tamen vigor poni haud dubie debet poſt initum tertium a Chriſto

c) Qui Athenaei opus in Epitomen redegit, is variis ſubinde honorificis nominibus auctorem ornavit. τὸν ῥήτορα vocat, II. 50. f. τὸν σοφιστὴν, I. 4. a. 26. c. 49. a. τὸν φιλόσοφον, I. 20. c. II. 50. d. Eumdem CASAUBONUS in Epiſtola ad Lectorem, Animadverſionibus praemiſſa, *ſcriptorem* dicit *vere* πολυμαθέστατον, *vere undecunque doctiſſimum*; denique *Graecorum Varronem aut Plinium*. Ubi quod ad Plinium ſpectat, doctrinae quidem copia, qua abundavit Athenaeus, cum Plinii infinita rerum omnium ſub hominis notitiam cadentium cognitione haud immerito conferri potuiſſe videtur: plurimum vero inter operis Pliniani deſcriptionem, lucidumque ordinem, quo Hiſtoriam omnem Naturalem explicavit Romanus philoſophus, & inter Naucratitae literatoris nullo ordine ac veluti fortuito profuſas divitias intereſſe, recte monuit CAMUS in Introitu Adnotationum ad Ariſtotelis Hiſtor. Animal. p. XVI.

d) Γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Μάρκου. Vide Animadv. noſtras p. 32. ad I. 2. c.

e) Eodem modo, niſi erraverit Suidas, accipiendum eſſe quod apud eumdem de Oppiani poëtae aetate legitur, γεγονὼς ἐπὶ Μάρ-

nato ſeculum, circa viceſimum fere illius ſeculi annum. Certe, quo tempore eruditionis ſuae monumentum hoc exegit Noſter, obierat iam non modo Commodus Imperator, *f*) ſed etiam Oppianus poëta, Halieuticorum auctor, *g*) Antonino Caracallae inſcriptorum; nondum autem Varias Hiſtorias ediderat Aelianus, quem ſub Alexandro Severo vixiſſe, nec multum ultra eius tempora vitam produxiſſe conſtat. *h*) Denique niſi nos fefellerunt rationes, quas in Animadverſionibus noſtris ſubduximus, finem *Deipnoſophiſtis* ſuis Athenaeus circa A. C. 228. imperante Alexandro Severo impoſuit. *i*) Caeterum de vita huius viri nihil quidquam compertum habemus; niſi quod, priuſquam hos Convivales Eruditorum Sermones ederet, aliud opus *De Syriae Regibus* conſcripſerit. *k*)

χου Ἀντωνίνου βασιλέως, PERIZONIUS monuit in Praefat. ad Aeliani Varias Hiſtorias.

f) Vide Athen. XII. 537. f.

g) Athen. I. 13. c.

h) Complura non aliunde niſi ex ipſis Athenaei Deipnoſophiſtis in Varias ſuas Hiſtorias transtuliſſe Aelianum, luculentiſſime PERIZONIUS in Praef. ad Aelian. demonſtravit: quo pertinent quae habet Aelian. I. 15. 26. & 27. II. 18. 37. 38. 40. 41. IV. 22. 23. VIII. 7. IX. 3. 8. & 9. X. 6. XIII. 6. XIV. 7.

i) Vide Animadv. pag. 19 ſeq. ad I. 1. e.

k) Περὶ τῶν ἐν Συρίᾳ βασιλευσάντων: cuius operis obiter & modeſte mentio iniicitur in Deipnoſoph. V. 211. a. Quod vero ex IV. 155. a. collegit Voſſius, (de Hiſt. Graec. II. 15.) peculiari etiam opere tradidiſſe Athenaeum hiſtorias Ducum eorum, qui ſingulari inito certamine ſalutem exercituum redemiſſent; id quidem haud ita certum eſt. Potuerat illius uſus mentionem facere in parte deperdita libri primi Deipnoſophiſtarum; eo fortaſſe loco, quo de Homericis heroibus ſermo habebatur.

II.

Opus ipsum.

Titulum operi, quod prae manibus habemus, Δειπνοσοφισταί feciſſe auctorem, (id eſt, *Deipnoſophiſtae*; quaſi diceret, *Eruditi Viri Coenantes*, vel *Convivales Doctorum Virorum Sermones*) non Δειπνοσοφιστής, ut vulgo in introitu operis legebatur, docuimus in noſtris ad eum locum Animadverſionibus. De *inſtituti ratione* ac de mira rerum varietate, quas his libris complexus eſt Athenaeus, in eodem operis introitu, quem modo dixi, ſatis luculenter ſive Epitomator, ſive (quod mihi veroſimilius viſum erat) ipſe Auctor praefatus eſt; ita quidem, ut poſt ea, quae in Animadverſionibus ad duo priora Libri primi capita adnotavimus, nihil fere hîc praefandum nobis ſuperſit. Nec eſt nunc animus, pro more fere Editorum, in effuſas quaſdam Operis laudes, cuius inſtaurandi onus ſuſcepimus, evolare. Quin potius dicamus ſtatim, quod res eſt: per totum opus non tam id egiſſe auctorem, ut proprii vel ingenii vel iudicii monumentum relinqueret, quam ut, quid de infinita rerum varietate alii dixiſſent, quibuſve verbis partim Poëtae cuiuſvis generis, partim proſaici ſcriptores, Hiſtorici, Philoſophi, Oratores, Medici, Philologi, aut ſi qui ſunt alio ex ordine aucto-

l) Vide Fabric. Bibl. Graec. T. III. p. 632. not. d. Illorum Auctorum & operum cuiuſque ab Athenaeo citatorum recenſum, multo quam adhuc editus erat auctiorem, & in locis quam plurimis emendatiorem, cum aliis Indicibus in fine totius ſuſcepti

res, qui vel feria vel iocoſa & urbani ſalis plena ſcripto conſignarunt, ſua obſervata, ſua cogitata, ſuos denique vel animi ſenſus vel phantaſiae luſus expreſſiſſent, doceret; atque adeo immenſae vereque ſtupendae doctrinae copiâ delectaret, erudiret, propemodum dixerim, obrueret lectorem. Numerum ſi quis inire voluerit Auctorum, quorum e ſcriptis loca, breviora quidem multa, ſed & ſatis longa haud pauca, in hoc opere citantur, ad octingentos eſſe comperiet. *l*) Atque in his auctoribus bene multi ſunt, quorum e ſingulorum diverſis ſcriptis teſtimonia ſparſim vicena, tricena, quinquagena & amplius adferuntur. *m*) Horum ex numero multa quidem loca (quod vix aliter fieri potuiſſe conſentaneum erat) non tam adcurate, quam voluiſſes, nec penitus ad verbum ſuis e fontibus transſcripta eſſe, partim ex ipſis per ſe inſpectis, partim ex collatione cum fontibus ubi ſuperſunt, adparet. At ſupereſt tamen numerus locorum minime ſpernendus tam bene tamque integre in Athenaei codicibus (eis quidem, quibus in adornanda hac Editione nobis licuit uti) conſervatorum, ut multi paſſim errores, qui codices, quibus ipſi fontes hodie continentur, occuparunt, aut qui aliorum auctorum codices invaſerant, a quibus eadem vetuſtiorum ſcriptorum loca citan-

operis, ſi Deo placet, exhibituri ſumus Lectoribus.

m) Obiter alicubi commemorat ipſe auctor, (VIII. 336. d.) unius *Mediae Comoediae, quae vocatur, octingentas & amplius Fabulas ſe perlegiſſe, ex eiſque Excerpta in ſuos Commentariolos retuliſſe.*

tur, hoc ipso praesidio ab Athenaei codicibus nobis oblato partim sublati fuerint a viris doctis, partim a futuris illorum auctorum Editoribus, si id agere voluerint, feliciter certissimaque ratione tolli possint. Sed quod pretium inprimis eximium ac vere inaestimabile addit huic operi, est infinitus ille locorum numerus e praestantissimis cum Poëtis tum aliis Scriptoribus excerptus, quorum vel cuncta penitus, vel ea certe, de quibus agitur, scripta perierunt: quo fit, ut istas reliquias, & in his bene multas maximi aestimandas, unius Athenaei industriae, & bonae fortunae, quae illius opus ad nostram pervenire aetatem passa est, acceptas hodie feramus. Ut *Prosaicos* omittam Scriptores, e quibus Athenaei nostri beneficio insignia fragmenta, ad rem Grammaticam, ad rariorum obscuriorumque verborum Graecorum explicationem, ad veterum poëtarum interpretationem, tum ad cunctas fere universae Naturalis Historiae partes, ad Medicorum veterum de usu & viribus Alimentorum sententias, ad ingenia moresque multorum Philosophorum aliorumque Hominum, quorum memoria aliunde ad nos pervenit, penitius pernoscendos, ad Artis humanae opera & ingeniosa inventa, ad Vitae omnis privatae, apud Graecos praesertim, mores ususque & consuetudines spectantia, denique sexcentas alias res scitu iucundas fructuosasque illustrantia: inspiciat mihi aliquis Fragmentorum collectiones Sophoclis, Euripidis, Aristophanis, Menandri,

Philemonis, a viris doctis editas; inſpiciat Excerpta e Tragoediis & Comoediis Graecis ab Hugone Grotio collecta; inſpiciat Lyricorum reliquias, & omnino veterum *Poëtarum* Analecta; videbit, quantus ſit numerus pretioſiſſimarum ex univerſo iſto genere reliquiarum, quae ab uno maxime Athenaeo nobis conſervatae, & ex uno potiſſimum hoc opere, de quo agimus, in Collectiones iſtas receptae ſunt.

Nec vero diffitendum eſt, quod iam initio ſignificavi, non nimis ingenioſum eſſe illud huius Auctoris inventum, ac ne ſatis quidem vel commodum vel probabile, quo omnes iſtas ſuper tam diverſiſſimis argumentis diſputationes, in eiſque multas in longum admodum productas, uno in convivio, occaſione idemtidem capta a variis cibis ſubinde illatis, habitas finxit. At rurſus tamen diſputationum ipſarum cum per ſe oblectatione, tum iucunda varietate, ita tenetur plerumque demulceturque lector, ac ſubinde etiam veluti abripitur, ut, ſi quid in univerſi dramatis oeconomia vitioſum videri queat, (nam veluti magnum aliquod *drama* [n]) inſtructum totum opus voluerat auctor) eo ne magnopere quidem offenſum ſe ſentiat. Videtur tamen ipſe auctor nonnumquam rationis illius, quam ſecutus eſt, incommoda intellexiſſe: quae cum aliis modis levare ſtuduit, tum hoc, ut omiſſo interdum illo apud Larenſium convivio, omiſſiſque quos finxerat convivis, ad unum Ti-

n) Vide I. 1. f.

mocratem ſuum, cui etiam totum opus inſcripſit, longiorem aliquam dirigeret orationem; o) cum alioqui non niſi brevibus verbis, in fine fere & initio cuiuſque Libri, compellare eumdem conſueverit. Subinde etiam, non quidem ex profeſſo, ſed obiter ac veluti aliud agens, ita loquitur, ut videatur *non unius diei convivium* illud fingere, ſed *per complures deinceps dies continuatum*; p) quo ſcilicet minus improbabilis lectoribus accideret tam infinita copia varietaſque ſermonum una in coena habitorum.

Sed illud quidem immerito reprehenſum in Noſtro eſt, q) quod, contra quam credibile ſit, tot auctorum tam longa loca memoriter recitantes fecerit convivas. Satis enim notum eſt, antiquis temporibus omnes fere literarum ſtudioſos, in illa praeſertim librorum raritate, qua paucis propriam ſibi comparare bibliothecam licebat, conſtanti uſu pertinacique exercitatione tantam memoriae facultatem eſſe conſecutos, ut, ſi vel maxime omnes convivas memoriter omnia loquentes induxiſſet Athenaeus, mirum illud quidem hodie nobis poſſet accidere, ſed pro illorum temporum ratione non admodum

o) Vide initium Libri IV. coll. cum lib. III. extr. & init. libri X. coll. cum IX extr. &c. Vide etiam, qua ratione viam ſibi paraverit lib. VII. pag. 277. c. ad Piſcium varia genera ordine alphabetico recenſenda & pertractanda; quo in argumento totus ſeptimus liber verſatur. Caeterum de arte qualicumque, quam ad inſtituendum & probabili quadam ratione inſtruendum ſuum iſtud drama adhibuerit, e prioribus maxime Libris & ex ipſo operis introitu iudicium ferri debebat: quod nobis hodie facere

abhorrens ab eo, quod fieri aut credi poſſet, videri deberet. At, quamvis ſubinde memoriter nonnulla, Poëtarum praeſertim loca, recitantes faciat; tamen non modo ubi de quibusdam e convivis loquitur, quos τρεχεδείπνους, id eſt, *cupidos alienarum coenarum ſectatores* vocat, *ab his*, ait, *veluti pro ſymbola collatos eſſe Collectaneorum libellos*, [r]) *e quibus de ſcripto* ea *recitarent*, quae grata convivatori reliquiſque convivis eſſent futura; verum etiam alibi diſerte dicit, *omnes deipnoſophiſtas ſuas e Commentariolis ſuis ſymbolas contuliſſe.* [s])

Caeterum quamquam infinitam *Rerum* ſcitu tam iucundarum, quam utilium, copiam complectatur hoc opus; tamen negari non debet, magnam ac paene maiorem eius partem in *Verborum* tractatione expoſitioneque verſari. At non ſunt haec trita quaedam aut trivialia Grammatiſtarum praecepta: ſed exquiſite plerumque obſervata, partim ex probatiſſimis veterum Grammaticorum, quorum ſcripta nobis invidit aetas, partim ex propria optimorum auctorum lectione, & poëtarum praeſertim, quotquot ſcriptis umquam claruerant, ſtudioſe col-

non licet, cum & de opere olim integro duo priores Libri perierint, &, quae ad exteriorem tractationis formam & ad ſignandum diſputationis greſſum pertinebant, eorum alia in anguſtum contracta, alia plurima reciſa ſint ab Epitomatore.

p) Vide lib. V extr. VIII. 331. b. X extr. & XI. init. XIV. 613. d. e. 623. e. XV. 665. a.

q) Vide FABRIC. loco ſupra cit. T. III. p. 632. not. d.

r) Athen. I. 4. b. ubi confer Animadv. p. 53.

s) VII. 277. b.

lecta, ad Graeci sermonis puritatem proprietatemque & ad rariorum verborum usum sensumque explicandum spectantia: t) ita quidem, ut inter opera Grammatica, quibus ad Graecae linguae penitiorem cognitionem & ad veterum qui supersunt Auctorum intellectum aditus panditur, praecipuo quodam loco idem hoc opus debeat haberi. Quo loco semper etiam habitum est ab omnibus, quorum in hoc genere iudicium alicuius momenti est. u)

Quod ad exteriorem operis formam pertinet, unum commemorandum restat: scilicet in Codicibus cum integri (quatenus supersit) operis, tum Epitomes, totum opus in *Quindecim Libros* esse distributum. Et ea quidem distributio non modo iam Suidae aetate, x) verum etiam Stephani Byzantini, y) quinto post C. N. seculo, in eis

t) *Athenaeus, subactus (si quisquam) in libris veterum evolvendis, & idem diligens singularium vocum captator*, &c. ait HEMSTERHUS. ad Lucian. T. II. p. 450. ed. Bip.

u) Ne longius ablegem Lectorem, cui fortasse hac ex parte parum cognitus adhuc Athenaeus fuerit; inspiciat H. Stephani Thesaurum Graecae Linguae, videbitque, nullo auctore, quam Athenaeo, frequentius usum Stephanum esse, cum in aliis quibuslibet Graecis dictionibus, tum in rarioris maxime & reconditioris usus verbis atque vocabulis. Quin etiam, ubi vel ad alios vetustiores Grammaticos provocantem videris eumdem Stephanum, vel ad multo iuniorem Eustathium; paulo curatius inquirendo comperies, & Eustathii observata plerumque ex uno Athenaeo nostro hausta fuisse, & vetustiorum illorum Grammaticorum praecepta maiori ex parte nonnisi eiusdem Athenaei beneficio ad nos perveniisse.

x) Quae Suidas nominatim ex *secundo Athenaei libro* citat in voce Βράβυλα, eadem hodieque apud Athenaeum II. 50. a. leguntur: quae apud eumdem in Δαμόξενος ex *libro III. & XI.* ea III. 101. f. & XI. 468. f. reperiuntur: quae ex eodem libro in

quidem quibus illi uſi ſunt codicibus obtinuerat. Denique eamdem partitionem operis in XV Libros ipſum Athenaeum auctorem habere, cum exitus cuiuſque fere horum quindecim librorum, tum rurſus exordium cuiuſque libri ita manifeſte oſtendit, ut nullus dubitandi locus ſuperſit. Quo magis mirari ſubiit, cum ex vetuſtis membranis Veneto-Pariſienſibus, de quibus deinde erit dicendi locus, intellexi, in aliis olim Codicibus *triginta libros* Deipnoſophiſtarum Athenaei fuiſſe numeratos; nempe non quod ex triginta illis perierint quindecim, ſed quod idem opus quod hodie habemus, in libros dimidio fere breviores, quorum adeo duplus eſſet numerus, fuerit diſtributum. Quod ſi partitionis illius veſtigia, quae in praedictis membranis ſuperſunt, ſatis conſtarent ſibi; z) ſuſpicari liceret,

Δεξιχράτης citantur, habes III. 124. b. Pariter quod *ex decimo libro* adfert Suidas in Διόδωρος κωμικὸς, habes apud Athen. X. 431. c. Quae vero ſub eâdem voce, de duarum Diodori fabularum titulis, Ἐπίκληρος & Παννυρίζοντες, *ex duodecimo Athenaei libro* citantur, ea quidem hodie ibi non reperiuntur: & Ἐπίκληρος quidem Diodori citatur apud Athen. VI. 235. e. & 239. a. τῶν Παννυριζόντων vero nusquam in libris, qui hodie ſuperſunt, fit mentio. Quare quum in caeteris citationibus conſentiat Suidas cum noſtris codicibus, par eſt ut colligamus, in iſta citatione aut illum erraſſe, referentem ad Athenaeum quod ad alium erat referendum, aut, quod magis crediderim, deeſſe nonnihil de decimo libro noſtris Athenaei codicibus.

y) Quae *ex Athenaei Deipnoſophiſtarum libro ſecundo* citavit Stephanus in Ἰβηρία, ea habes II. 44. b. quae ex eodem libro citavit in Γαιτοῦλοι, habes II. 62. e. quae in Γάγγρα ex *tertio Athenaei libro*, eadem leguntur III. 82. c.

z) Cum Codicem ipſum inſpicere excutereque mihi non licuerit, quae huc ſpectant promam quatenus cognita habeo ex

bis ab Athenaeo idem opus diversâ nonnihil formâ fuisse editum, &, postquam priori editione in XXX libros fuisset divisum, altera dein editione binos quosque libros in unum esse confusos.

III.

Fata Operis, priusquam typis excuderetur; Testimonia Veterum; Epitome.

Vix ediderat *Deipnosophistas* suos *Athenaeus*, cum scrinia huius scriptoris compilavit, ut vidimus, *Aelianus*,[a] & complura ex hoc opere, nulla auctoris mentione facta, in Varias suas Historias transtulit; sive quod impune sibi id licere ratus erat, sive quod haud facile in vulgus proditum iri illud plagium speraverat: credibile est enim, Athenaei opus cum sua mole, tum ob ipsam reconditae eruditionis copiam, qua refertum est, plerosque vulgo lectores deterruisse, nec ad multorum admodum hominum perveniisse notitiam. Quidquid sit vero, non prorsus in obscuro delituit tam luculentum literatae industriae monumentum; nec desunt per inse-

notulis ab eodem Adolescente ad me missis, qui totum codicem cum exemplo editionis Casaubonianae contulit. Ipsum quidem opus in eo codice, aeque atque in aliis codicibus & in Epitome, in XV libros est distributum, quorum quisque ab eisdem verbis, quibus in aliis codicibus, incipit, & in eadem desinit verba: sed inscriptio nonnullorum Librorum in hoc codice aliquid singulare habet. Scilicet:

Liber IV. (nam deest etiam vetusto illi codici initium Libri III. cum duobus integris prioribus Libris) nudam hanc habet inscriptionem: Τῶν εἰς λ'. ἀρχὴ τοῦ ζ'.

Liber V. sic inscribitur: Ἀθηναίου Ναυκρατίτου Δειπνοσοφιστῶν, τῶν εἰς λ'. τέλος τοῦ η'. ἀρχὴ τοῦ θ'.

Initio libri VI. nil notatum.

quentium ſeculorum decurſum ſparſim veſtigia, quae nobis demonſtrent, & notum hoc opus fuiſſe literatis hominibus, & ſedulo etiam a multis, Grammaticis utique praeſertim, tractatum. *Sopatrum* Sophiſtam, ſeculi quarti initio, in primo Eclogarum libro, qui περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι μυθολογουμένων θεῶν agebat, cum ex aliis auctoribus plura, tum vero nonnulla ἐκ τῶν Ἀθηναίου τοῦ Ναυκρατίτου Δειπνοσοφιστῶν collegiſſe, Photius docet.[b]) Dein *Harpocration*, in Lexico Decem Rhetorum, ex Athenaeo plura ſubinde ſumſit, velut in voce Ἐγγυθήκη, in Νάννιον, & alibi; nec tamen niſi ſemel auctorem nominavit.[c]) Paulo poſt latinus ſcriptor *Macrobius*, cum componendorum Saturnaliorum conſilium caperet, haud dubie Athenaei maxime Deipnoſophiſtas animo ſibi propoſuerat, quorum fere ad exemplar ſuos illos convivales ſermones digereret: ex eodemque Noſtri opere cum alia ſparſim, tum manifeſte ea quae de *variis Poculorum generibus nominibusque*, apud Graecos uſitatorum, commentatus eſt, paene ad verbum transſcripſit.[d]) Sequitur dehinc

Lib. VII. Τῶν εἰς λ'. ἀρχὴ τοῦ ιγ'. ζ'.

VIII. Ἀθηναίου Ναυκρατίτου Δειπνοσοφιστῶν, τῶν εἰς λ'. ἀρχὴ τοῦ ιε'. η'.

IX. Τῶν εἰς λ'. ἀρχὴ τοῦ ιστ'. θ'.

X. Τῶν εἰς λ'. ἀρχὴ τοῦ ιζ'. ι'.

XI. Ἀθηναίου Ναυκρατίτου Δειπνοσοφιστῶν ια'.

XII. Initio nil notatum. In fine ſubſcribitur: ιβ'.

XIII. ιγ'. (Nil aliud.)

XIV. Nil notatum.

XV. Nil notatum.

a) Vide ſupra, ſect. 1. not. *b*.

b) Photius in Biblioth. Cod. CLXI. p. 175. ed. Hoeſch.

c) Voce Ναΐς. ubi ait, Γράπτέον ἦν διὰ τοῦ ν', Ναΐς, καὶ οὐ Λαΐς, ὡς καὶ Ἀθήναιος ἐπισημαίνεται. Conf. Athen. XIII. 586. f. & 592. c.

d) Vide Macrobii Saturnal. lib. V. cap. 21. & confer cum

tota Grammaticorum & Lexicographorum cohors, quorum nullus facile fuit, quin ſedula manu idem hoc Athenaei opus tractaverit. Et ad *Heſychium* quidem quod ſpectat, potuit ille utique in conquirendis interpretandisque rarioribus Graeci ſermonis dictionibus ſaepius eisdem uti fontibus, quibus uſus Athenaeus erat; ſed Lexicographi illius aetate complura, e quibus hauſerat Athenaeus, cum vetuſtiorum Grammaticorum, tum aliorum auctorum ſcripta, quorum e fontibus rivuli in Heſychii opus derivati ſunt, iam interiiſſe aut certe ab ipſo Heſychio non tractata fuiſſe videntur; [c]) ut dubitari fere non debeat, quin ſuarum gloſſarum multas ex eodem noſtro Athenaeo ille decerpſerit: qua de re in Animadverſionibus noſtris monendi iam ſparſim data eſt, & poſthac dabitur, occaſio. A *Stephano Byzantino* nominatim ſubinde laudatos Athenaei Deipnoſophiſtas, ſupra vidimus. [f]) Eo-

Athen. XI. p. 474 ſq. p. 477. & p. 481 ſq. De quo monuerat iam Petr. Victorius Variar. Lection. XVI. 23.

c) Quod ſi omnes Grammaticos tractaſſet Heſychius, e quibus Athenaeus profecerat; non videtur ſatis habiturus fuiſſe, in Epiſtola ad Eulogium nonniſi Ariſtarchum, Apionem, Herodorum & Herodianum nominare, quibus ſe uſum eſſe profiteretur.

f) Vide Sect. II. not. *y*. Ibi citatis addi poterant ea quae habet idem Stephanus in Ἀχόναι, coll. Athen. III. 85. b. & quae in Τῆνος idem adtulit ex Athen. II. 43. c. ad quem poſteriorem Noſtri locum video me in Animadverſ. oblitum eſſe iſtud referre Stephani citatum.

g) Etymol. M. in Βράβηλα: Ἀθήναιος ἐν τῷ β'. τῶν Δειπνοσοφιστῶν. Conf. Athen. II. 49. f. & 50. a.

h) Suidae nonnulla loca, quibus numerum etiam libri declaravit, unde ſua depromſit, ſupra collegimus, ſect. II. not. *x*. Reliqua qui cognoſcere voluerit loca, adeat KUSTERI duos *Indices in Suidam*, alterum *Auctorum a*

dem Athenaei opere uſus eſt porro *Etymologici Magni*, quod vocari ſolet, *auctor*; licet non niſi ſemel nominare dignatus ſit. *g*) *Suidas* in Lexico paulo minus centies Athenaei uſus eſt teſtimoniis, aliâs diſerte laudato auctore, aliâs tacito eius nomine. *h*) Denique vero in *Euſtathii* in Homerum Commentariis Athenaeus noſter a capite ad calcem (veriſſime dixeris) utramque paginam facit: adeoque eſt incredibilis & paene infinitus locorum numerus, quibus doctus ille Praeſul ex uno Athenaei fonte hortulos ſuos irrigavit, *i*) ut ſaepe etiam notiſſimorum nobiliſſimorumque auctorum, quorum ubivis obvia ipſa ſcripta ſunt, unius eiuſdem Athenaei verbis produxerit teſtimonia; utque, niſi de viri doctrina aliunde ſatis conſtaret, ſubinde propemodum videri ille poſſet e ſolo Naucratita Deipnoſophiſta ſapuiſſe. *k*)

Nec vero opere *Athenaei* integro uſus Euſta-

Suida laudatorum, alterum *Locorum inveſtigatorum, quae absque nomine Auctoris in Suidae Lexico citantur.*

i) Ultra ducenta Euſtathii loca, quibus Athenaeus citatur, enumeravit FABRICIUS in *Indice Scriptorum ab Euſtathio ad Homerum allegatorum*, Bibl. Graec. T. I. p. 316 ſeqq. Sed multum abeſt puto, ut ſit ille numerus dimidius eorum, in quibus Athenaeum nominatim Euſtathius laudavit. Sunt vero totidem alia loca, ac fortaſſe longe etiam plura, in quibus, tacito auctoris nomine, eiuſdem uſus eſt auctoritate: ac perſaepe, ubi τῶν παλαιῶν invocat teſtimonium, ut e vetuſtiſſimis Grammaticis ſua eum haurire diceres, verum ſi quaeris, nullum alium niſi Athenaeum auctorem ob oculos habuit. Eumdem laudavit idem Euſtathius etiam in Comment. in Dionyſii Orbis Deſcriptionem, ad vſ. 478. p. 89.

k) Omitto quod laudetur etiam Athenaeus in *Scholiis ad Ariſtophanis Plut.* vſ. 1111. Nec eſt enim illa adnotatio vetuſtioris alicuius Scholiaſtae, ſed recen-

thius eſt, ſed ſola *Epitome* ex pleniore opere contracta. Scilicet, quod aliis Graecorum Scriptorum operibus, quae ob ſuam molem & cariora & rariora erant, accidit, ut, quo facilius a pluribus literarum ſtudioſis comparari tractarique poſſent, reciſis quae minus aut utilia aut neceſſaria videbantur, in anguſtius ſpatium redigerentur;[l]) idem in Athenaei noſtri Deipnoſophiſtis, incertum quot ante Euſtathium ſeculis, quove a viro,[m]) tentatum perfectumque erat. Nec vero ineptum aut indoctum fuiſſe hominem, qui illam Athenaei Ἐπιτομὴν ſive ex pleniore opere Παρεκβολὰς confecit,[n]) adparet: nec tam exiguo iudicio, aut tam violenta manu, quam in aliis nonnullis veterum ſcriptis alii fecerunt, truncaverat ille ſuum auctorem; ſed, ſatis probabili inſtituto ſelectu, quarta circiter

tiſſimi, qui poſt Euſtathium ſcripſit: nec ex ipſo Athenaeo ducta ſunt quae ibi adferuntur verba, ac ne ex Epitome quidem, ſed ex Euſtathii Comment. ad Odyſſ. γ'. p. 132, 32.

l) Non iam loquor de eo genere *Excerptorum*, quae, ſignum tollente Imp. Conſtantino Porphyrogeneta, ſeculo poſt C. N. decimo, ex Hiſtoricis Graecis eâ ratione confecta ſunt, ut omnis antiquitatis notitia, pro vario argumenti genere, in quinquaginta & quot excurrit Titulos diſcerperetur; ſub quorum titulorum unoquoque (veluti, uno *de Legationibus*, alio *de Virtutibus & Vitiis*, & ſic porro) quidquid ex eo genere a quoque ſcriptore traditum eſſet, colligeretur: quo fiebat, ut diſcerpta laceratae cuiuſque operis fragmenta per quinquaginta volumina diſpergerentur. Aliud eſt genus *Excerptorum* vel *Eclogarum*, de quo hîc agitur; quo veteris alicuius Scriptoris opus a capite ad calcem continuo tenore ita pertractabatur, ut, quidquid in eo prae caeteris vel fructuoſum vel iucundum aut omnino obſervatione dignum viſum eſſet, ſeligeretur; ſingulaque eodem ordine, quo uſus ipſe auctor erat, deſcripta colligerentur: quae pro-

parte (non amplius) eorum, quae ab Athenaeo ſcripta erant, detractâ, reliqua eodem ordine, quem tenuerat auctor, fere integra conſervaverat. Caeterum cum aliis modis, tum & eo brevitatem ſecutus erat, ut titulos plerumque librorum ab Athenaeo citatorum (haud ſane laudando conſilio) reſecaret, auctorum nomina adpoſuiſſe contentus. Denique id ſibi ſumſerat ille Epitomator, ut ſubinde dictiones loquendique formas, quibus uſus Athenaeus erat, ubi paulo rariores aut exquiſitiores eſſent, cum ſuis uſitatioribus planioribuſque permutaverit: quibus quidem ex ipſis loquendi formis ab Epitomatore de ſuo adhibitis, cum nihil in eiſdem barbari, nihil inconcinni, nihil denique occurrat, quod non Graeci ſermonis probabilem puritatem ſpiret, & doctrinam ſuam ille, & aeta-

prie *Epitome*, id eſt, *Abbreviatum opus* vel *Compendium* vocatur. Talis eſt Stephani Byzantini Epitome, quae de integro illius auctoris opere hodie ſola ſupereſt, ab Hermolao Byzantino (ut Suidas tradit) ſub Imp. Iuſtiniano confecta: talis Epitome aut Chreſtomathia Strabonis, exeunte (ut videtur) decimo ſeculo pertexta: talis etiam Polybii Epitome, ſive Antiqua illa ex Polybio Excerpta, de quibus in Praefatione ad illum Scriptorem T. I. p. VII. p. XVI ſq. rurſuſque p. XLV ſeqq. & T. II. p. I ſqq. diximus.

m) Si qui Hermolaum Byzantinum, eum qui Stephani Ἐθνικὰ in brevius contraxiſſe perhibetur, Athenaei etiam Epitomen confeciſſe ſtatuunt, nihil illi prorſus habebant, quo ſententiam ſuam firmarent. Conf. BAYLE *Dictionnaire*, Art. *Athenée*, not. E.

n) De hac *Athenaei Epitome*, cui uni quidquid de duobus prioribus Athenaei Libris & de initio tertii ſupereſt, acceptum ferimus, confer quae dicta ſunt initio noſtrarum Animadverſ. pag. 5 ſqq. Ex eâdem ſupplere etiam licuit Caſaubono lacunam, qua in medio lib. XI. laborant codices omnes, quibus quidquid de pleniore opere ſupereſt, continetur.

tem, quâ vixit, haud nimis recentem probavit. Illud maxime dolendum eſt, quod exemplum integri operis, quo uſus eſt Epitomator, iam ipſum multis modis fuerit corruptum; de quo partim ipſe ſubinde conqueſtus eſt, o) partim pluribus etiam in locis ex collatione Epitomae cum integro opere, quatenus hodieque ſupereſt, conſtat.

Illâ igitur „*Epitome uſum ſaepe eſſe Euſtathium, integro Athenaei codice neglecto,*“ dixerat Caſaubonus initio ſuarum in Athenaeum Animadverſionum: p) at, *non ſaepe, ſed ſemper & ubique ſolam ei ad manus fuiſſe Epitomen*, Bentleius docuit & extra dubitationem poſuit. q) Quare quum vir non modo eiuſdem generis doctrinae ſtudioſiſſimus, qua abundant Athenaei Deipnoſophiſtae, verum etiam eximius & plane ſingularis admirator illius operis, qui & in principibus ſua aetate eruditionis Graecae ſedibus Conſtantinopoli & Theſſalonicae vitam ageret, & ea conditione viveret, ut a praeſidiis conquirendi comparandique libros minime eſſet de-

o) Lib. II. p. 61. a. ubi imperfectos Epitomator reliquit Nicandri verſus ab Athenaeo citatos, haec adiecit verba: Τὰ δ' ἄλλα οὐκ ἦν ἀναγνῶναι. id eſt, *Caetera vero* (in exemplari) *legi non potuerunt*; puta, quod evanida eſſent, aut lacera, aut quacumque ratione tam deformata, ut ne legere quidem poſſet Eclogarius. Ad quem locum Caſaubonus, qui Codicem Hoeſchelianum totam illam Epitomen complectentem ſedula manu tractaverat: *Similes*, ait, *querelas de corruptis iam tum Athenaei codicibus, in integra quam habemus Epitoma, multas invenimus.* Scilicet (ut docuit idem Caſaub. in Epiſtola ad Lectorem, Animadverſionibus praemiſſa) non ſemel ille ait: τοῦτο ἐπεὶ ἔσφαλται, οὐ μετέγραψα: id eſt, *iſta, quia corrupta erant, non tranſcripſi.*

ſtitutus, eo fuerit redactus, ut ſola huius operis *Epitome* contentus eſſe cogeretur; ſatis id eſſe argumenti videtur, e quo colligamus, iam Euſtathii aetate, id eſt, ante duodecimi ſeculi exitum, plenius Athenaei opus perrarum ac vix cuiquam cognitum fuiſſe; denique, ſi uſquam adhuc integrum ſupereſſet, prorſus in obſcuro alicubi latuiſſe. Cui conſentaneum eſt id, quod de Codicum manuſcriptorum conditione, quibus continetur quantum de pleniore opere hodie reliquum eſt, compertum habemus; ſcilicet, quod omnes ex uno eodemque exemplo, neſcio quibus in latebris Euſtathii aetate abſcondito, derivati ſint; cui exemplo iam tum, cum apographa iſta conficerentur, & duo priores Libri cum initio tertii, & nonnulla tam in medio libro undecimo, [r]) quam ſub finem, & in ipſo fine libri decimi quinti, defuiſſent.

Denique, priuſquam typis excuſus eſſet Athenaeus, ſedulo tractatum fuiſſe eius opus ſub exitum quinti decimi ſeculi ab *Hermolao Barbaro*, patricio Veneto, reperio; qui ex eo ſparſim

p) Docuit ibidem Caſaubonus, ab Epitomatore illo nonnumquam miros in errores ſe abripi paſſum eſſe doctiſſimum praeſulem; velut, cum quae ex *Xenophontis* Memorabilibus verba citavit Athenaeus VII. 277. b. ea *Sophocli* tribuit in Comment. ad Iliad. λ'. p. 814, 22. aut cum ad Il. σ'. p. 1226, 37. quae verba *Sophronis* eſſe docet Athenaeus VII. 281. e. ea pro *Apollodori* verbis habuit; aut cum apud Athen. V. 185. c. perperam φιλοσοφίαν pro φιλίαν legit; aut ſi qua ſunt id genus alia.

q) *A Differtation upon the Epiſtles of Phalaris, by Rich.* BENTLEY, Lond. 1699. p. 130 ſqq.

r) Athen. lib. XI. p. 466. Lacunam eam ex Epitome, quoad fieri potuit, explctam dedit Caſaub. in Animadv. in Librum XI. cap. 4.

nonnulla paene ad verbum in fua *ad Dioſcoridem Corollaria* retulit.[s])

IV.

VENETA EDITIO PRINCEPS.

Typis primum vulgati ſunt Athenaei Deipnoſophiſtae *Venetiis apud Aldum, & Andream ſocerum, menſe Auguſto* (ut ſubſcriptio habet) *M. D. XIIII.* maximâ formâ. Titulus libri, excepta prima voce, *ATHENAEUS*, totus Graecus; ita longus, ut paene Praefationis loco haberi poſſit: quem integrum infra adſcribendo,[t]) quia non admo-

s) Non dubito, plura huc ſpectantia in illis HERMOLAI commentariis reperturum, ſi quis id egerit, ac fortaſſe etiam in eiusdem ad Plinium commentariis. Nos quidem adhuc nonniſi ea fere, quae ab illo *de variis Vinorum generibus* in Corollarior. ad Dioſcorid. lib. V. num. 829 & ſeqq. congeſta ſunt, contulimus, cum in eodem argumento in Athenaeo lib. I. cap. 48. noſtrae editionis verſaremur. Exſtat in Bibliotheca Pariſienſi codex Athenaei, de quo deinde dicetur, eiuſdem Herm. Barbari manu exaratus. *Raphaël.* porro *Volaterranum* in *Commentariis Urbanis* multum uſum eſſe Athenaeo, obſervatum a nonnullis video: ſed ipſum conſulere nondum mihi vacavit.

t) En integrum titulum: „ATHENAEUS: Ἀθηναίου Δειπνοσοφιστοῦ τὴν πολυμαθεστάτην πραγματείαν νῦν ἔξεστί σοι, φιλολόγε, μικροῦ πριαμένῳ, πολλῶν τε καὶ μεγάλων καὶ ἀξιομνημονεύτων καὶ θαυμαστῶν καὶ ποικίλων καὶ δαιδάλων καὶ γλαφυρῶν, καὶ ὧν ἴσως πρότερον οὐκ ἤδεις, εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν· καὶ ὅλως τῶν τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας ἀποθέτων καὶ δυσευρέτων κειμηλίων ἐγκρατεῖ γενέσθαι. Τῶν δὲ βιβλίων πεντεκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν ὄντων, τὰ μὲν τρισκαίδεκα, ὁλοσχερῆ· τὸ δέ τοι πρῶτον καὶ δεύτερον ἐπιτετμημένα σοι παρέχομεν· ἀκεφάλῳ σάματι κεφαλὴν ἀναγκασθέντες ἐπιθεῖναι χολοβόν. Ἀνδρῶν οὖν ἐστιν εὐγνωμόνων, τὸ, ταυτὶ τὰ συγγράμματ' ἀναλεγεμένους, μάλιστα μὲν τοῖς περὶ τὸν Ἄλδον τὸν πολύμαθόν τε καὶ πολυγράμματον εὐχαριστεῖν· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ Μουσούρῳ τῷ διδασκάλῳ, τῷ εἰ καὶ μὴ παντάπασιν ἰασαμένῳ ταὐτίγραφον τῶνδε τῶν τύπων, ἀνηκέστοις ἕλκεσι πελλαχῆ διεφθορὸς, ἀλλ' οὖν πολλὰς μὲν μυριάδας διορθώσαντι σφαλμάτων, πολλοὺς δὲ στίχους τῶν παρεισαγομένων, καταλογάδην πρό-

dum obvius liber, gratum me facturum Lectoribus existimavi. In aversо primo folio est Epistola dedicatoria, sic inscripta: *Aldus Pius Manutius Iano Vyrthesi S. P. D.* E quâ, quae ad Athenaeum spectant, hic adposuisse iuvabit, quibus fere eadem latine efferuntur, quae in titulo graece expressa sunt. *Hosce Athenaei libros* (inquit) *de Coenis doctorum Hominum, plenos variarum & mirabilium scituque dignissimarum rerum, sub tuo nomine exire volui ex aedibus nostris in manus studiosorum, quo fias alacrior ad sacra studia literarum. Hi enim libri, praeter variam ac miram re-*

τερον ἀναγινωσκομένους καὶ χύδην, εἰς τὴν προσήκουσαν τῆς ἐμμέτρου τάξεως εὐκρίνειαν ἀποκαταστήσαντι, χάριν εἰδέναι." -- Ipsa libri inspectio docet, imprimi statim coeptum plenius Athenaei opus, quatenus superest; (sic enim incipit pag. 1. quae in ima ora litera *a.* notatur: ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ. στελέων ραφανίδας &c.) ac dein demum seorsim excusos ex Epitome esse duos priores libros cum tertii initio, qui reliquo operi praefixi sunt, hoc titulo: ΕΚ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΡΩΤΟΥ.

Caeterum *ante hanc Editionem* Venetiis ab Aldo Musuroque curatam, iam *aliam* (nescio an Florentiae) *tentatam Athenaei Editionem* video; quae tamen ultra primum tentamen non progressa videtur. Est apud me codex antiquus, quem nuper Bruncki us noster filio meo Godofredo dono dedit, magno schedarum numero diversi generis constans, aliarum e variis & diversissimi argumenti vetustis codicibus Graecis iam olim (ut videtur) discerptis conservatarum, aliarum Epistolas continentium autographas virorum doctorum, Graecorum praesertim, initio seculi decimi quinti in Italia degentium, &c. Is codex olim *Beati Rhenani* fuerat, qui propria manu pluribus locis nomen suum inscripsit. In illarum schedarum numero unum est folium, cuius prior pagina exhibet luculentis typis, qui minime similes Aldinis sunt, excusum initium Epitomes Athenaei, hoc titulo: ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΝΑΥΚΡΑΤΙΤΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ. Contextus a primis verbis Ἀθήναιος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατὴρ, una & triginta lineis, usque ad ista ἐν ταῖς ἀγυιαῖς·

rum, quas continent, cognitionem, ut piſcium, herbarum, arborum, & aliorum paene innumerabilium, iuvabunt te & ſtudioſos caeteros corrigendis aliis Libris ex plurimis quos citat authoribus. Cuius rei facere fidem poteſt locus apud Theophraſtum de Hiſtoria Plantarum libro quarto, ubi de Malis Medicis ac Perſicis tractat; qui cum ſit mutilatus, & corruptus. - - facile ex eo corrigi poteſt, quod in tertio libro Δειπνοσοφιστῶν [III. 83. d. e.] *citat Athenaeus.* Tum aliquanto poſt ſic pergit: *Haec diximus verboſius, ut cognoſceres quam utiles futuri ſint tibi & caeteris ſtudioſis hi libri, quos* MUSURUS *noſter ſic accurate recenſuit, collatos & cum multis exemplaribus, & cum Epitomate, ut infinitis paene in locis eos emendaverit, carminaque, quae proſâ in aliis legebantur, in ſua metra reſtituerit. Adde, quod*

περιπάτοις· βιβλιοπω- progreditur, in quibus deſinit. In imâ paginae orâ manu eiuſdem, quem dixi, Rhenani haec ſcripta ſunt: *Beati Rhenani ſum. Nec muto dominum. AN. M. D. XIII. Baſileae.* Diſcedit nonnihil paſſim illud exemplum ab exemplo Aldino; quas adnotare diſſenſiones non fuerit ab hoc loco alienum. Referam lectiones, de quibus agitur, ad paginas lineaſque exempli noſtrae editionis, adponamque ſtatim lectionem quamque exempli Aldini, tum ei lectionem noſtrae ſchedae ſubiiciam.

Lect. Ald.	*Lect. ſchedae noſtrae.*
PAG. 3. *lin.* 2. Τιμοκράτη.	Ἐχεκράτη.
l. 3. ταύτῃ τοὔνομα	ταύτηι τὸ ὄνομα.
ib. τῷ λόγῳ	τῶ λόγωι (*ſic*)
ib. Λαρίνσιος	*eodem modo.*
l. 4. τῇ τύχῃ	τῆ τύχΗ (*Et ſic dein plerumque negligitur iota ſubſcr.*
PAG. 4. *l.* 6. ἐκπωμάτων διαφορὰς,	ἐκπώματα διάφορα
ib. πλούτους	πλοῦτον
l. 7. ναῖς	ναᾶν

Primus & Secundus liber, qui in aliis deerant, ex Epitomate additi ſunt cum bonâ parte Tertii Libri; erat enim hic ſine capite; quo factum eſt, ut iidem fere hi aeſtimari poſſint, qui erant integri; quoniam ea eſt materia, ut non multa ſubtrahi ex eis potuerint. Habes igitur integros Athenaei libros.

De hac Editione ex rei veritate iudicavit Caſaubonus, cum ait: *Fatendum vero quod negari non poteſt, viros ſolertiſſimos & doctiſſimos* (Aldum Manutium & Marcum Muſurum Cretenſem) *neque in Exemplaribus nanciſcendis felices fuiſſe, neque in Editionis ſuae emendatione nimis accuratos. Et tamen Muſuri diligentiam ſerio commendat Aldus. Quales igitur fuiſſe dicemus eos codices quibus ille eſt uſus, cum eorum comparatione Aldina editio emendatiſſima cenſeri mereretur?* [u]) Praeter ea quae

Lect. Ald.	*Lect. ſchedae noſtrae.*
l. 13. εἰσηγεῖται	εἰσηγῆται
PAG. 5. *l.* 2. μασούριος	Μανσούριος (*inſertâ* ν *literâ ex perperam acceptâ lineolâ tranſverſâ ſuper vocis initio poſitâ, qua nomen illud eſſe proprium indicabatur.*
l. 4. μόνιος ποιητὴς,	μόνος ποιητὴς
(Vide noſtras Animadv.)	
l. 7. τοιαύτη πολυμαθεία	τοιαύτηι πολυμαθεία (*ſic*)
l. 8 *ſq.* δεύτερος φησὶ	δεύτερός φασι
l. 10. λεονίδης	Λεωνίδης
ib. αἰμιλιανὸς	Αἰμιλιανὸς
l. 11. ζωΐλος	Ζώϊλος
l. penult. πτολεμαιεύς.	Πτολεμαεὺς,
PAG. 6. *l.* 5. *noſtrae ed.* κατ' οὐδὲν	οὐδὲν (*abſque* κατ')

u) Caſaubonus in Praefatione ad Lectorem, Animadverſionibus praemiſſa.

de pleniore opere Athenaei, ipſo in capite, deſiderantur, deeſt in illa editione (perinde quidem ac in aliis omnibus) in libro undecimo *x*) quantum duo fere folia in vetuſto aliquo codice, e quo qui ad nos pervenerunt derivati ſunt, potuerat complere, & ita deeſt, ut ne ſignum quidem ullum, quo ſuſpicio defectus ſignificaretur, ſit adpoſitum. Porro Libro decimo quinto *y*) deſunt omnia, quae in editione Caſauboni duas & viginti paginas complent: *z*) quo loco lacuna ſpatio nonnullo relicto interſertoque verbo ΛΕΙΠΕΙ in ed. Ven. indicatur. Denique propius finem & ſub ipſum exitum eiuſdem libri rurſus ſunt lacunae nonnullae, vacuo relicto ſpatio indicatae. Caeterum, quemadmodum & aliâs cum doctrinam ſuam, tum iudicium, egregie probaverat Muſurus, *a*) ſic & in recenſendo Athenaeo compluribus utique in locis, ubi depravatos omnes eſſe codices cognovi, veram auctoris ſcripturam haud dubie feliciſſime ab hoc Editore reſtitutam eſſe intellexi. Verumtamen, ut taceam infinitum corruptorum locorum numerum, quae intacta ab illo relicta ſunt, nimis

x) Pag. 128. lin. 20. ed. Ald. De quo defectu iam dixi extrema ſect. III. huius Praefat. & ibi Nota *r*.

y) Edit. Aldin. initio pag. 191.

z) Edit. Caſaub. lib. XV. p. 674. a. uſque pag. 696. a.

a) De illius viri cum rarâ doctrinâ, tum politiſſimo acerrimoque ingenio, vide quae commemorantur in BAYLII *Diction.* Art. *Muſurus*, notis A. F. G. & H.

b) Fieri non poteſt, quin, qui ſemel emendare ex ingenio depravata veterum auctorum loca adgreſſus ſit, in idem, cui ſaepe ſuccubuit Muſurus, incidat periculum; a quo me ipſum minime immunem vel adhuc fuiſſe, vel poſthac futurum, haud ſum immemor. Quo magis, non iam dico cautione circumſpectio-

etiam ſaepenumero vel probam codicum ſcripturam ab eodem alteratam atque adeo adulteratam, vel corruptae ſcripturae parum idoneam adhibitam medicinam, aut male incruſtatos librorum errores, liquido cognovi.[b]) Quod ſi eumdem codicem, quo ille uſus eſt, tractare liceret; multo pluribus etiam fortaſſe locis idem ab eo factum comperiretur, ubi nunc haud ſatis certo definiri poteſt, e ſcripto-ne exemplo, an ſuo ex ingenio duxerit eam, quam vulgavit, lectionem.

V.

ALTERA EDITIO; BASILEENSIS.

Anno M. D. XXXV, forma itidem maiori, *apud Ioannem Valderum* typis iterata eſt Athenaei editio hoc titulo: ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑ. *ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARUM, hoc eſt, argute ſciteque in Convivio differentium, Libri XV.* Exponitur deinde in ipſo etiamnum titulo, quid Editor commoditatis gratia Lectorum huic editioni adiecerit; ſcilicet: *Elenchon Titulorum, quo quid, quove in libro, praecipue diſputatur, facile cognoſcitur: Catalogum Scriptorum, quos ipſe*

neque eſſe opus; quas virtutes utique numquam ſatis commendatas ſibi habere poteſt editor: ſed tanto magis, etiamſi & lynceus ille ſit in videndo vero, & ad cavendam praecipitantiam providentiſſimus, neceſſarium iudico, ut, quas vulgato contextui ac praeſertim librorum veterum ſcripturae mutationes adferre praeſumit Editor, earum adcuratam rationem lectoribus reddat; quo & alii, quibus perinde atque illi ipſi cenſendi ius eſt, iudicare valeant, fuerit-ne omnino mutatione aliqua opus, aut, ſi utique corruptus locus erat, potuerit-ne ei aliâ fortaſſe ratione feliciore certioreve ſuccurri.

Athenaeus citat: Sylvulam Proverbiorum: Annotationes [breviſſimas illas quidem] *ex doctorum hominum lucubrationibus animadverſas: Indices duos Rerum, graecum alterum, alterum latinum.* Praefatus eſt IACOBUS BEDROTUS; qui, quum perquam paucis in Germania viſus eſſet (nedum lectus) Athenaeus ab Aldo editus, quo philologiae ſtudioſis tandem theſauro adeo pretioſo potiri liceret, excitatum a ſe typographum, & curam editionis in ſe ſuſceptam profitetur; ita tamen, ut in laboris participatum iuvenem rara eruditione inſignem, *Chriſtianum Herlinum*, ſibi adiunxerit. Nullo ſe codicum manuſcriptorum adiutum fuiſſe praeſidio,[c]) ingenue fatetur Editor: religioni vero ſibi duxiſſe ait, divinatrici coniecturae indulgendo Ariſtarchicam in tam inſigni auctore tyrannidem exercere. *Ne tamen nihil*, inquit, *egiſſe nos ſuſpiceris, aliquot mendarum centurias ſublatas iactare auſim: adhaec quoscunque ex Ariſtotele, Platone, Xenophonte, Herodoto, aliis item, locos citat Athenaeus, ad fidem authorum, unde ſunt deſumti, nos emendaſſe.*

Qui hac verecundiâ conſilium ſuum de edendo Athenaeo expoſuit, &, quae promiſerat,

c) *In ſpem*, inquit, *equidem nonnullam erratis aliquam multis medendi nos erexerat ſcriptum exemplum, quod in Reuchlini bibliotheca latere iactabant: verum quum ſtudioſius qualenam ſit inquiro, idque ex fide digniſſimis & oculatis teſtibus; deprehendi iſtuc Aldino non abſimile eſſe, quod eac-dem fere dictionum aut mutilationes, aut παραγωγαὶ, plus ſatis declarant: atque, ut verbo dicam, tale omnino eſſe fertur, ut Reuchlinus illud nunquam ſibi uſui fuiſſe diſerte ſit teſtatus. Cum igitur iſtud ipſum nihil operae pretii allaturum ſatis hinc didiciſſem, a βιβλιοτάφοις neſcio quibus emendi-*

bonâ fide praeſtitit Editor, non ille commeruiſſe videtur, ut de eo ſententiam altius ſublato ſupercilio pronuntiaret Caſaubonus : [d]) quem tamen eumdem Caſaubonum eidem Baſileenſi editioni tantum tribuiſſe equidem intellexi, ut haud raro, ubi illa, ſive conſilio non optimo Editoris, ſive caſu, diſceſſiſſet a Veneto exemplo, ipſe doctiſſimus cenſor hanc unam, non conſultâ Aldinâ editione, quae meliora dabat, nec inſpectis manuſcriptis, ſi qua illi ad manus erant, fideliter ſequeretur. [e]) Utique multis vitiis premitur haec Editio, in qua non modo pars longe maxima eorum repetita eſt errorum, quibus Aldina laborabat; verum etiam cum alibi nonnumquam temere diſceſſit Editor a probâ Veneti exempli ſcripturâ, aut errorem non correxit, ſed alio mutavit errore; tum vero in eo praeſertim inſtituto, quod ipſe in Praefatione profeſſus eſt, nempe in locis, quae ex Ariſtotele, Platone aliiſque adferuntur, ex praeſcripto editionum earum corrigendis, quibus eorumdem auctorum opera continentur, lubricâ nonnumquam atque etiam prorſus perverſâ ratione uſus eſt, ut, cum ex Athenaei libris

care improbius, quidquid eſt, nolui.

d) *Baſileenſem editionem concinnarunt*, inquit, *Iacobus Bedrotus & Chriſtianus Herlinus; ambo, opinor, iuvenes Germani: qui, etſi a librorum praeſidio imparati, neque multo fortaſſe minus ab idonea eruditione, oneri ſubierunt viribus ſuis impari; vel ſolo tamen bene de literis merendi ſtudio, qui poſteritati oſtendantur, non ſunt indigni.* Casaub. in Praef. ad Lectorem, Animadverſionibus praemiſſa.

e) Paſſim de ea re monendi Lectorem iam partim nobis oblata eſt occaſio, partim deinceps offeretur.

corrigenda fuiſſent vitioſa illorum auctorum exempla, Athenaeum ipſe ad eorumdem praeſcriptum corrumperet. *f*) Sed hoc qualecumque ſit, habet ſane & alias multas commoditates haec Editio, de quibus in fronte dictum eſt; & contextus ſatis probabili curâ & fide e Veneto exemplo in ea repraeſentatur: &, quod maxime ſecutum ſe eſſe profeſſus eſt Editor, id haud dubie eſt conſecutus, ut, cum non modo in Germania, verum omnino cis Alpes, perrara eſſent Athenaei exemplа, *g*) ex eo tempore facile in omnium manus, qui iſta ſtudia colebant, poſſent pervenire.

f) At vero etiam in eiuſmodi locis, & quidem ubi paene in oculos incidebat error, ſubinde eumdem in errorem ab illis *iuvenibus* (quos dixit) *Germanis* abripi ſe paſſus eſt magnus Caſaubonus. Veluti lib. IV. p. 151. d. editionem Baſileenſem ſecutus idem Caſaub. ſic edidit: καὶ ὁ Σεύθης ἀναστὰς συνέπιε, (ſcil. μετὰ τοῦ Ξενοφῶντος) καὶ συγκατεσκέδασε τῷ μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας: manifeſto errore, quem e vulgata tunc apud Xenophontem lectione (de Exped. Cyri, lib. VII. p. 316. ed. Leunel. Baſ. 1569.) adoptaverat Bedrotus; cum veram haud dubie ſcripturam συγκατεσκεδάσατο μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας apud Athenaeum editio Veneta dediſſet; cum qua etiam Suidas conſentit in Κατασκεδάζειν, niſi quod apud hunc τὸ μετ' αὐτοῦ κέρας pro μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας legitur. Continuo deinde apud Athen. in ed. Baſ. ſic legitur, μετὰ δὲ ταῦτα εἰσῆλθον Κερασουντάιοι οἱ αὐλοῖς σημαίνουσιν καὶ σάλπιγξιν: quae fideliter repetiit Caſaub. Atqui erant haec rurſus, pravo conſilio, e Xenophontis editionibus ab editore Baſileenſi obtruſa Athenaeo. Recte eo loco ed. Ven. & mssti dabant, μετὰ δὲ ταῦτα εἰσῆλθον κέρασί τε οἷοις σημαίνουσιν αὐλοῦντες καὶ σάλπιγξιν. De quibus lectionibus veterum librorum apud Athenaeum ne in Animadverſionibus quidem monuit Caſaub. Rurſus ibidem, paulo ſuperius, idem Caſaub. eumdem Bedrotum ſequens τάπιδα edidit: (quod dein in edit. 1612. & ed. 1657. in τάπιτα mutatum eſt:) pro quo rectius, ut videtur, κοπίδα dabat ed. Ven. cum msstis; cuius ſcripturae rurſus ne mentionem

VI.

OPERIS FORTUNA USQUE AD EDITIONEM CASAUBONIANAM.

Latinae Verſiones. Excuſſi meliores Codices manuſcripti Italici.
Virorum doctorum in Athenaeum Emendationes.

Ex quo typis eâ, qua dixi, ratione vulgatum erat Athenaei opus, certatim excitata ſunt virorum doctorum ſtudia, partim ad fructus cuiuslibet generis ex hoc doctrinae cornu copiae capiendos; partim ad conferendum quidquid poſſent, quo ſtudioſorum omnium uſui opus tam praeclarum magis eſſet adcommodatum, facilius-que pateret; partim ad ſarcienda damna ac detrimenta, quibus adhuc adflictum idem opus erat, quale tunc in manibus hominum verſabatur. Infinita ſunt quae hoc loco dici poſſent: e quibus pauca, quae & prae caeteris neceſſaria videntur, & nobis nunc maxime in promtu ſunt, delibabimus.

quidem Caſaubonus fecit. Simillimae culpae Bedrotum, ſimillimae negligentiae Caſaubonum convictum videbimus IV. 144. a. ubi e veteribus Herodoti editionibus (ex Herodot. I. 133.) pro eo quod proximum vero dabat apud Athenaeum editio Veneta, alienum prorſus οὐ χαλοῖτι temere ille Athenaeo obtruſit, hic intactum reliquit.

g) Certe in Gallia etiam ipſe Caſaubonus, ut modo vidimus, nonniſi Baſileenſis editionis exemplo uſus eſt: in eademque Gallia Dalecampius, qui per triginta fere annorum ſpatium Athenaeo latinum in ſermonem convertendo incubuit, non alio ſe exemplo uſum profeſſus eſt; & hic quidem ea etiam cauſſa ſe hac editione uſum ſignificat, quod eam emendatiorem Aldinâ exiſtimaret. Nec vero iam ante hos Muretum alio uſum fuiſſe exemplo, paulo poſt videbimus, not. *m*. ad ſect. VI.

Anno MDLVI Venetiis apud Andream Arriuabenum, formâ maiori, editi sunt *ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARUM, sive Coenae Sapientum, Libri XV. Natale de Comitibus Veneto nunc primum e Graeco in Latinam linguam vertente: compluribus ex manuscriptis antiquissimis Exemplaribus additis, quae in Graece hactenus impressis voluminibus non reperiebantur.* Quae quidem Athenaei in Latinum sermonem conversio ita propemodum invitâ Minervâ confecta est, ut de ea nec iniquum, nec nimis durum, iudicium tulisse Casaubonus censendus sit, cum ait: *Etsi erat vir non indoctus Natalis, quod alia ipsius testantur scripta, versio tamen ab eo edita est adeo nullius*

h) Vide Sect. IV. & ibi notas y & z.

i) In Natalis versione Latina *adiecta* esse *ex codice Mediceo loca, quae in Graecis editis hactenus desiderabantur*, scripsit Fabric. Bibl. Graec. T. III. p. 633. Ubi quod, cum de *manuscriptis exemplaribus* tamquam *pluribus* locutus in operis inscriptione Natalis esset, nonnisi de *uno codice* id dictum accepit Fabricius, haud ita male fortasse fecit: novimus enim superioribus aetatibus morem eum fuisse multorum doctorum virorum, ut manuscriptos codices plurali numero subinde creparent in titulis librorum, ubi vix unum oculis usurpassent aut etiam nonnisi ex ieiunis quibusdam excerptis secum communicatis cognitum habuissent. Quod *loca, quae in Graecis editionibus desiderabantur, a Natale adiecta* Fabricius ait; id fere nonnisi de unâ illâ, maiori quidem utique, lacunâ intelligi debet, quae modo commemorata est: alias lacunas, quae sub finem libri XV & sunt & indicantur in Veneta editione, non explevit hic interpres, sed callide dissimulavit & utcumque incrustavit. Denique quod de *Mediceo codice* nescio quo auctore, quove fundamento, idem Fabricius tradidit, eius nullum vestigium nec in titulo libri, nec in dedicatione, praefationis loco praemissa, adparet: nisi fortasse aliunde (quod mihi incompertum) constiterit, *Florentiae* vixisse viros illos, non Venetiis, quos in praedicta Dedicatione laudavit Natalis, cum ait: *Reverendissimi Card. Visaei, quem dignitatis gra-*

frugis, aut tam exiguae, ut praeter egregiae voluntatis teſtimonium nihil penitus inde laudis reportarit. At habebat tamen cum hoc commodi illa opera, ut homines Graeci ſermonis ignaros in aliqualem Athenaei notitiam adduceret; tum vero illud praeſertim, quod ſuppletâ ingente illâ lacunâ, qua in Graecis editionibus laboraſſe etiam tum decimum quintum Athenaei Librum ſupra diximus, [h]) ſpem certam oſtenderet doctis viris nanciſcendae facultatis, in Graeco etiam Athenaei exemplo damnum illud, ac fortaſſe alia etiam eiuſdem operis detrimenta, e manuſcriptis codicibus, qui in Italia ſupereſſent, [i]) farciendi.

tia nomino, iudicio uſus ſum, Gulielmique Serleti, atque doctiſſimi viri Conſtantini Rhalli, eo tempore, quo apud Reverendiſſimum Card. Urbini, quem etiam honoris cauſa nomino, familiariter eram. Quo etiam tempore permultis erroribus Graecum exemplar expurgavi, non ſine magna antiquorum exemplarium copia. Quae obiter legens aliquis, poterat ita accipere, quaſi dixiſſet Natalis, ſe in *Urbino* oppido tum moratum, cum codices mſstos Athenaei excuteret; quo in oppido Urbinatem ducem inſtructiſſimam libris manuſcriptis bibliothecam poſſediſſe conſtat, quae Romam deinde translata eſt: ſed propius inſpiciendo quae adpoſui verba, non de Urbini oppido ibi agi perſpicuum eſt.

Caeterum *Florentiae*, in *Mediceâ Bibliothecâ*, hodieque *duo* ſervantur *Codices mſsti Athenaei*, qui a Bandinio in Catal. Codicum Graecor. Biblioth. Laurent. T. II. p. 583. nimis quidem breviter recenſentur: quorum alter, membranaceus, *ſeculo XV* ſcriptus, continet (ut ait Bandinius) *Athenaei Deipnoſophiſtarum libros XV. ut in editione Baſil. apud Io. Valderum, quam conſulere non praetermiſimus.* Eſtque procul dubio is codex idem, quem Petrus Victorius, ut continuo dicetur, diligenter excuſſerat. Alter codex papyraceus, pariter ſec. XV. ſcriptus perhibetur; cuius titulum hunc adpoſuit Bandinius: Ἀθηναίου Ἐργα. *Athenaei Deipnoſophiſtarum*, ſive Eruditorum Convivalium Sermonum, *Libri XV.* quem codicem, ex brevibus verbis quae de eo adiecit

Ac paulo quidem priùs, quam in Latina verſione defectum illum ſuppletum Natalis dediſſet, iam Graecum eiuſdem lacunae ſupplementum ex antiquo codice manuſcripto Bibliothecae Mediceae ſe accepiſſe Petrus VICTORIUS Florentinus profeſſus erat: [k]) nec vero niſi aliquanto poſt paulo longiorem aliquam illius Supplementi particulam idem vir doctus publici iuris fecit. [l]) Sed ab illo maxime tempore incredibili ſtudio contendere coeperunt viri quique illius aetatis doctiſſimi, ut ex Italicis codicibus praeſidia ſibi pararent, quibus & plenius & emendatius reddi Athenaei opus, quod maximi omnes

Catalogi auctor, (ſcilicet, *ſuppleri in fine pauca quaedam in ſuperioribus libris praetermiſſa*; adiectasque eſſe Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως *diverſorum Scriptorum ſententias*) intellexi continere *Epitomen Athenaei*, ſimilemque eſſe noſtro Sedano-Pariſienſi. Confer Animadv. ad Lib. II. cap. 86. & 88. noſtrae edit.

Ut ad *Natalem Comitem* revertar: eis in locis quibus verſionem eius cum Graeco contextu contuli, raro quidem nonnihil, quod in ed. Veneta mendoſum erat, ex Msstis ab eo melius in verſione poſitum intellexi; plerumque vero editionis illius errores, etiam ubi noſtri quidem Mssti meliora dabant, fideliter ab hoc interprete repetitos cognovi.

k) *Pet. Victorius*, Variar. Lect. lib. I. cap. 1. Ibidem ex illo Supplemento minutam etiam particulam, haud ſatis quidem emendate deſcriptam, exhibuit, quae ad lib. XV. p. 693. e. pertinet. Prodierant primum illius viri Variarum Lectionum Libri XXV Florentiae anno MDLIII. In eis libris cum aliâs paſſim Athenaeum tractavit emendavitque Victorius, tum lib. I. c. 13. diſerte ex eodem Mediceo exemplari, impreſſis *multo fideliore*, ut ait, probam lectionem commendavit ad Athen. IV. 430. e. ſpectantem; de qua ſuo loco dicetur.

l) Variar. Lection. lib. XXXII. cap. 16. idem *Victorius* ex illo codice depromſit fragmentum pertinens ad Athen. XV. 692. d - f. Poſteriores Variar. Lect. libri, a libro XXV. usque trigeſimum octavum, prodierunt demum anno MDLXVIII.

faciebant, poſſet. MURETUS, Variarum Lectionum libro decimo octavo, ubi loca nonnulla Athenaei emendata dedit, ſic ſcribit: *Huius generis multa admodum in Athenaei libris emendata iam pridem habeo. Diligenter enim Venetiis primum, deinde Romae, totum illum Scriptorem cum libris veteribus contuli.* [m]) Per eadem tempora HENR. STEPHANUS iuvenis, Romae cum eſſet, ex *codice manuſcripto Bibliothecae Farneſianae*, qui omnium emendatiſſimus & integerrimus habitus eſt, omnes varietates ſcripturae ad oram ſui codicis adnotavit; [n]) eumdemque laborem paulo ante Bened. AEGIUS Spoletinus ſuſceperat: de-

m) Muret. Variar. Lect. lib. XVIII. cap. 2. in Gruteri Theſ. Crit. T. II. p. 1202. Exemplum editionis Baſileenſis Athenaei, cui caſtigationes *Caninius* & *Muretus* e Msstis Vaticano & Farneſiano adſcripſerant, recentiori memoriâ in manus incidit Petri Weſſelingii; qui illo ſe uſum eſſe profitetur in Diſſertatione Herodotea p. 96. & lectionem a Mureto ad oram illius exempli e codice Farneſiano adſcriptam (quae ſpectat ad Athen. IV. 144. a.) laudavit in varietate lectionis apud Herodot. I. 133.

n) Caſaubonus in Praefatione Animadverſionibus praemiſſa. Praeter notulas vero ad oras libri ſui adſcriptas, ſeparatim deſcripſerat Stephanus (ut ibidem ſignificat Caſaub.) Supplementum ad Athenaei librum decimum quintum, cum aliis puto ad eumdem Scriptorem pertinentibus fragmentis. Commemoratur in Catalogo Bibliothecae Leidenſis, (p. 403. num. 32.) inter *Codices Voſſianos*, *Fragmentum ex Athenaei libro XV.* cui alia ſuſpicor adiecta eſſe fragmenta e codicibus Italicis excerpta, ad Athenaeum pertinentia: ac ſunt fortaſſe eaedem ipſae ſchedae, in quibus olim *H. Stephanus* ſua e codicibus Athenaei uberiora excerpta conſignavit. Eam in ſuſpicionem me adduxit id quod *Iſ. Voſſius* in Obſerv. ad Melam I. 9. p. 608. ait, *ſervare ſe penes ſe illud* ipſum *apographum*, *quo uſus H. Stephanus erat*, cum Fragmentum illud *De Nili Incremento* (ex Athenaei codice aliquo haud dubie ab illo deſcriptum) ederet, de quo in Animadv. noſtris ad Athen. lib. II. c. 88. noſtrae edit. dictum eſt.

nique fecerunt idem poſtea & alii item multi; ita quidem, ut ſub finem decimi quinti ſeculi, Caſaubono teſte, o) Farneſianae illae Notae & Supplementa ad Athenaeum paſſim reperirentur in eruditorum bibliothecis non ſolum Italorum, ſed & Cisalpinorum. Sed illud quidem latius Supplementum, ad librum Decimum quintum Athenaei ſpectans, non tam diu intra privata eruditorum ſcrinia ſcriptis in chartis ſubſtitit: nam ante annum illius ſeculi ſeptuageſimum iam publici iuris eſt factum per GUIL. CANTERUM, qui illud *ex Italiae Bibliothecis primum*, ut ait, *ad ſe delatum*, ac dein a ſe cum IOS. SCALIGERO communicatum, *Novis* ſuis *Lectionibus* inſeruit, cum Scaligeri emendationibus ad marginem adpoſitis. p) Per eadem tempora, ac partim iam ante, praeter eos ipſos, quos iam nominavi, Paulus LEOPARDUS in Emendationum libris, Iohannes BRODAEUS in Miſcellaneis, Theod. CANTERUS in Variis Lectionibus, Adr. TURNEBUS in Adverſariis, aliique plures doctiſſimi illius aetatis viri, partim emendandis, par-

o) Caſaub. loco cit.

p) Vide Guil. Canteri Novar. Lect. lib. IX. cap. 1. qui liber quo potiſſimum anno primum editus fuerit, cognitum non habeo. Uſus equidem ſum cum editione a Iano Grutero in Theſ. Crit. Tom. III. procurata, tum tertia editione quae vivente adhuc ipſo auctore anno MDLXXI. Antwerpiae prodierat. *Illam partem libri decimi quinti Athenaei Pariſiis a ſe accepiſſe Gulielmum Canterum*, ſcribit Muretus Variar. Lect. lib. XIX. cap. 9. Fabricius Bibl. Gr. T. III. p. 633. ait, *ex Farneſiana bibliotheca* ſupplementum iſtud edidiſſe Canterum, atque etiam *alterius msti codicis a Fulvio Urſino ſibi monſtrati meminiſſe*. Mihi vero iſta Canteri verba nusquam licuit reperire. Confer infra, not. *u*, ad Sect. IX.

tim illuſtrandis Athenaei noſtri Deipnoſophiſtarum libris operam navarunt. Seriem etiam non contemnendam Emendationum e manuſcripto codice, ſimul cum fragmento Panyaſidis poëtae, quod lucem nondum viderat, ad finem inclinante ſeculo edidit Dav. HOESCHELIUS. *q*) Circa eiuſdem vero ſeculi medium, idem quem paulo ante nominavi, Adr. TURNEBUS parandae etiam novae Athenaei editionis conſilium aliquod agitaſſe videtur, certe *primi Libri Deipnoſophiſtarum editionem* Lutetiae procuravit. *r*) Poſt hunc vero Fulv. URSINUS & Henr. STEPHANUS, Lyricorum Poëtarum Fragmenta colligentes, plurima in horum numero ediderunt, ab uno Athenaeo nobis conſervata.

Denique *Anno M.D.LXXXIII. Lugduni apud Anton. de Harſy* eâdem maiori formâ, qua & Natalis Comitis verſio Latina, & duae Graecae quas commemoravi Athenaei editiones, prodiere *ATHENAEI NAUCRATITIS - - DEIPNOSOPHISTARUM Libri quindecim, variis omnium fere rerum narrationibus iucundiſſimi, lectuque digniſſimi, quantâ maximâ fieri potuit curâ, dili-*

q) *Dav. Hoeſchelius*, in libello Auguſtae Vind. MDLXXXVIII. edito, cui titulus: *S. Ioannis Damaſceni Oratio in Transfigurationem Domini, ad msti cod. Aug. fidem emendata: Acceſſit Appendix complurium locorum Philonis, Baſilii Magni, Nazianzeni, Athenaei, & aliorum auctorum; qui partim corriguntur, partim redintegrantur.* Cf. noſtras in Athenaeum Animadv. p. 262. ſq. & p. 477.

r) Eam *editionem libri primi Athenaei*, Pariſiis olim a *Turnebo* curatam, nonniſi ex Caſauboni Animadverſ. ad lib. I. cap. 7. (& paſſim alibi) cognitam habeo. Ipſius Caſauboni verba ad I. 8. b. pag. 88. noſtrarum Animadverſionum adpoſui.

gentia, fide, in Latinum ſermonem verſi a Iacobo DALECHAMPIO *Cadomenſi.* [s]) Idem hic *Dalechamp* eſt, vel *Dalecampius*, ut nomen viri efferre Caſaubonus conſuevit, Medicus, qui deinde de Plinii etiam Hiſtoria Naturali, novâ procuratâ editione, inſigniter promeritus eſt. Is per triginta fere annos, quidquid a Medicae artis profeſſione, quam artem Gratianopoli primum docuerat, dein Lugduni exercebat, reliquum ei fuerat otii, id huic operae Athenaeo praeſtitae impenderat; ut partim ipſe in Praefatione ſignificat, partim ex eiuſdem ore ſe accepiſſe Caſaubonus teſtatus eſt. Nec ſane vanus aut parum fructuoſus is labor optimi doctiſſimique viri fuit. Quamquam enim, ſingulatim ſi inquiras, dici vix poteſt, quot locis a mente au-

s) De hac prima editione *Verſionis Dalecampii* (unâ illâ quidem, quae ab auctore ipſo curata eſt) ita loquuntur & Fabricius in Bibl. Graec. T. III. pag. 633 ſq. & Harleſius in Introd. in Hiſt. Ling. Graec. pag. 429. ut unà cum recuſo Graeco contextu emiſſam diceres: de qua re incertus equidem haeſeram, donec beneficio SCHNURRERI mei Tubingenſis, qui de his noſtris ſtudiis bene merendi nullam praetermittere occaſionem ſolet, ipſius illius editionis exemplo potiri licuit; e quo cognovi, Graeca Athenaei Latinis non eſſe adiecta.

t) Scribit obiter Caſaubonus, (in Praefat.) Farneſianas Notas habuiſſe Dalecampium. Ac habuit ille quidem longius illud, de quo iam ſaepe dixi, libri decimi quinti ſupplementum, pridem ſcilicet a Guil. Cantero typis vulgatum: (conf. infra, not. *u.* ad Sect. IX.) ſed aliis in locis nullum equidem veſtigium in huius interpretis verſione lectionis cuiuſpiam e msto libro ductae reperi, niſi ubi in P. Victorii aut aliorum virorum doctorum ſcriptis lectiones nonnullae ex Italicis codicibus prolatae communi omnium uſui patuiſſent. Quo minus audiendi illi ſunt, quos ſubinde (& in his maxime nuperum Gallicum Athenaei interpretem) videas totum aliquem *codicem manuſcriptum*, *quo uſus ſit Dalecampius*, invo-

ctoris plurimum hic ipſe etiam aberraverit interpres, quotve aliis locis mirâ quadam ingenii audaciâ quos ſolvere non poſſet nodos diſſecuerit; tamen, univerſam rationem ſi ſpectes, qua in opere tot nominibus prae caeteris arduo & ſalebroſo, in miſera illa exemplorum Graecorum conditione, interpres nullis ad emendandum auctorem manuſcriptorum codicum praeſidiis adiutus, [t]) munus ſuſceptum adminiſtraverit; multo magis admirari ſuperatas feliciter tam innumeras tamque immanes difficultates ſas eſt, quam eorum cauſſa, quae minus ex voto ei ſucceſſerunt, invidioſius carpere aut inclementius vituperare virum, quem praeſertim ipſum haud ultra quam fas eſſet de ſuo labore iudicantem videas in Praefatione, ingenua quadam cum

cantes, & coniecturas ex uno interpretis huius ingenio prognatas ad veteris alicuius libri auctoritatem referentes: qui ſi id, quod in hanc partem ipſe profeſſus eſt, diligentius inſpexiſſent, aliter erant iudicaturi. En eius verba in Dedicatione, Praefationis loco operi praemiſſa: *Cum propoſitum urgerem, nec ullo prorſus modo vellem abſiſtere: utererque exemplari Germanico, quod Aldino paulo eſt emendatius; defuit enim manuſcriptum, quod impreſſis non minus eſſe maculoſum audio; uſque adeo vitioſum codicem erroribuſque foedatum comperi, ut ad ſingulas propemodum lineas impeditus haererem, nec progredi longius poſſem, niſi divinatione coniecturiſque adiutus.* Vides, Lector, quis fuerit *codex*, quo *uno* uſus erat hic interpres; nempe impreſſum *exemplum Germanicum*, id eſt, Baſileenſis editionis: vides fontem aliarum lectionum, quas ſubinde Dalecampius ſecutus eſt; nempe ipſius *divinationem coniecturamque*. Nec vero alius eſt codex, de quo ſub finem operis loquitur, in brevi Epiſtola ad Lectorem, poſterioribus quibuſdam *Adnotationibus & Emendationibus in Athenaeum praemiſſa*, ubi ait: *praeſertim codice adeo depravato & corrupto, ut mendis illis expedire ſe, labor incredibilis, & Herculeus plane in Augiae ſtabulo purgando ſit.*

verecundia & egregio candore conſcripta. Quo magis aegre me tuliſſe non diffiteor, cum Caſaubonum, quamvis in Praefatione paulo clementius dimiſiſſe hunc interpretem videri poſſet, in decurſu tamen ſuarum Animadverſionum ſubinde ſuperbius acerbiuſque in eumdem invectum vidiſſem. Nec vero intra nudum munus Graeca in Latinum convertendi ſubſtitit Dalecampii induſtria. Primum enim repletae ſunt totius operis orae *Notulis* & *Obſervationibus*; quibus, quae ſive ad diſcutiendam graecam ſcripturam, ſive ad dilucidandam auctoris ſententiam, ſive ad res, quas breviter ille attigerat, illuſtrandas ſpectant, & quae ſunt eius generis alia, continentur; tum & frequenter aliorum virorum doctorum adferuntur ſententiae, aut, quid ex eorum ſcriptis ad Athenaeum interpretandum ſibi profeciſſe Dalecampius viſus eſſet, declaratur. Praeterea & *Rerum Indices* & *Auctorum ab Athenaeo citatorum*, inchoatos olim ab Editore Baſileenſi, multo auctiores & elaboratiores dedit hic interpres: ita quidem, ut, licet in his quoque, ſive ordinem ſpectes, quo res digeſtae ſunt, ſive diligentiam curamque, qua expoſitae, ſive expletam omnibus numeris copiam & plenitudinem requiras in adnotandis quae notabilia eſſent, plurima etiamnum merito deſideraveris, negari tamen non poſſit, eisdem illis Indicibus maximum adiumentum lectoribus ad faciliorem commodioremque totius operis uſum fuiſſe adlatum. Denique haec ipſa

Dalecampii verſio eſt, ex qua unâ fere ad hunc diem Athenaeum cognoſcere licuit omnibus, qui Graecis literis non ita penitus fuiſſent imbuti, ut Auctorem plurimis in locis tam difficilem, in ipſisque etiam Caſaubonianis editionibus ſatis male adhuc habitum, ſine interpretis adminiculo perlegere poſſent: & hi ipſi ſunt *Indices* cum *Auctorum*, tum *Rerum*, quos eosdem Caſaubonianae Editiones, quales a Dalecampio inſtructi erant, cum omnibus erroribus repetitos exhibent, niſi quod paginarum numeri ad numeros paginarum Caſauboniani exempli ſint adcommodati. Taceo, perſpicuam terſamque ubivis eſſe Latinam huius interpretis orationem, & rebus ipſis pro argumenti diverſitate adcommodatam.

VII.

Editio Isaaci Casauboni.

Accedo ad Casauboni *Editionem*, cum multis modis longe ſuperioribus praeſtantiorem, tum unam eam, ex qua poſt Venetam & Baſileenſem cognoſcere Athenaei Deipnoſophiſtas ad hunc diem hominibus ſtudioſis licuit. Eius eſt titulus huiuſmodi: ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ Βιβλία πεντεκαίδεκα. *ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARUM Libri XV. Cura & ſtudio* Isaaci Casauboni, *Bibliothecae Palatinae, Vaticanae, aliarumque ope, auctiores emendatioresque editi. Cum interpretatione Latina* Iacobi Dalechampii *Cadomenſis. Adiecti ſunt Indices Re-*

rum, Scriptorum, Proverbiorum, Vocum, accuratiſſimi. Apud Hieronymum Commelinum. [u]) *Anno M.D.XCVII.* In ea editione Verſioni Latinae Dalecampii, ad latus Graeci contextus poſitae, adiectae ſunt in interioribus paginarum oris eiuſdem Dalecampii Adnotationes. In exteriori ora ad Graecum contextum nihil adnotatum; & omnino de ratione conſtituendi Graeci contextus, aut de praeſidiis quibus ad eum corrigendum uſus eſſet editor, toto libro, praeter

u) Scilicet ſumtibus *Commelini*, docti Heidelbergenſis bibliopolae; ſed impreſſus liber *Genevae* in Pauli Stephani officina, Henrici filii, uxoris fratris Caſauboni. Vide Iſ. Caſauboni Epiſt. 44. 66. 81. 111. & 486. in collectione Epiſtolarum huius viri, ab Almeloveenio Roterod. 1709. edita.

x) Nec adiecti ſunt operi Indices omnes, quos titulus promiſit, ſed ſolus *Rerum Index*, a Dalecampio iam olim editus, nunc vero ad paginas huius editionis adcommodatus.

y) Suſceperat Caſaubonus (ut partim ex illa Praefatione diſcimus, partim ex Epiſtolis ab Almelov. editis) Athenaei editionem Hieron. Commelini impulſu, cuius ſumtibus ea impreſſa eſt: conſtitueratque, contextui ſtatim & breves Notas adiicere, & omnium Auctorum, Librorum & Dramatum ab Athenaeo laudatorum (quorum titulis nihil erat in ſuperioribus editionibus corruptius) accuratam deſcriptionem. Sed quo tempore impreſſio contextus ad umbilicum fere erat perducta, migratio Caſauboni Genevâ Monſpelium, quo ad docendas humaniores literas vocatus erat, moram nonnullam perficiendis reliquis operis partibus iniecit: eademque migratio (ut profitetur ipſe Caſaubonus) in cauſſa fuit, ut aliquanto inemendatior ea editio prodiret. Itaque *contextui* interim adiectus eſt Dalecampii Index Rerum ad paginas huius editionis adcommodatus, & opus in lucem emiſſum. Deinde, fatis paulo poſt functo Commelino Heidelbergenſi, bibliopola Lugdunenſis (idem apud quem Dalecampii verſio primum prodierat) excudendarum *Animadverſionum* ſumtus ſuscepit: & ipſe quidem Caſaubonus, Monſpelio Lugdunum eâ ipſâ cauſſâ commigrans, operas regebat; ſed Indices ipſius in Athenaeum, quos deſtinaverat, ne tum quidem operi ſunt adiecti: nec vero *Prolegomena* ea, quorum in Praefatione meminit,

iſta quae Titulus profitetur, nihil expoſitum eſt; nihil enim praefationis operi praemiſſum.[x]) Operae Athenaeo a ſe praeſtitae rationem aliquot demum poſt annis expoſuit Caſaubonus in Praefatione ad Lectorem, Commentario praemiſſa, qui anno *MDC. Lugduni apud Ant. de Harſy* ſeparatim eſt editus,[y]) hoc titulo: ISAACI CASAUBONI ANIMADVERSIONUM IN ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS LIBRI XV.[z]) *Opus nunc primum in lucem editum: quo non ſolum Athenaei li-*

(conf. Epiſt. 212. ad Hoeſchel.) quibus *de Athenaeo operisque huius argumento, nec non de convivatore Larenſio & omnibus convivis prolixe a ſe actum eſſe* ait; nec *collecta Fragmenta Athenaei*, quae promiſit idem in Animadverſ. lib. II. cap. 2. (ubi de Panyaſidis verſibus agebatur, quae lib. II. cap. 3. noſtrae editionis exhibentur) lucem umquam viderunt.

[z]) Quemadmodum *Animadverſiones* ſuas in quindecim *Libros* diviſit Caſaubonus, ſic quemque rurſus librum in certum numerum *Capitum* diſtribuit. At *non*, ſicut Libri Animadverſionum ad diſtributionem operis ipſius Athenaei utique referebantur, ſic etiam *Capita* earumdem *Animadverſionum* ad commodam aliquam *Contextus diſtributionem* in ſua *Capita* pertinebant. Sed quum Animadverſiones illas ſuas, quaſi opus per ſe ſubſiſtens, continuo quodam diſputationis tenore pertexeret Caſaubonus; partitione earumdem in Capita id unum maxime ac paene unice ſpectaverat, ut meditationum ſuarum curſum certis quibuſdam veluti reſpirandi & pauliſper requieſcendi intervallis, inter ſe fere aequalibus, diſtingueret. Igitur cum ad alias Contextus partes multa, ad alias pauca aut nihil monendum habuiſſet; videas interdum unum Caput Animadverſionum ad paucas Contextus lineas pertinere, aliud rurſus ad plures continuas paginas relatum: videasque ſaepe, ubi ad novum prorſus argumentum transit Athenaeus, Animadverſiones ad illam partem ſpectantes, eodem Capite coniunctas cum his quae pertinent ad rem diverſiſſimi argumenti, de qua ante dixerat auctor; contra, in medio eodem argumento ita abruptum interdum Caput Animadverſionum, ut Caput ſequens pertineat ad ea verba, quae neceſſario nexu cum his coniungebantur, de quibus ſuperiori capite agebatur. Quo magis & mirum & incommodum accidit, ſi (quod a multis quidem doctiſſimis viris factum

bri quindecim κατὰ πόδα recenſentur, illuſtrantur, emendantur; verum etiam multorum aliorum Scriptorum loci multi quâ explicantur, quâ corriguntur. Animadverſionibus in fine adiecta ſunt *Addenda & ſuis locis inſerenda*, ſedecim paginas complentia. Tres *Indices*, non ad ipſum Athenaei opus, ſed ad Caſauboni Animadverſiones ſpectantes, volumen claudunt.[a])

Haec *prima*, & una proprie nominata *Caſauboni Editio*, bis deinde ita *repetita* eſt, ut in exteriori quidem habitu & in rerum contentarum ordine nonnihil immutatum ſit, caeterum nihil novi ab ipſo Caſaubono acceſſerit. Nempe iam

vide) *Capitum* ille numerus ad *diſtributionem ipſius operis Athenaei* refertur; ut, ubi de aliquo huius auctoris loco agitur, ita ille locus citetur, ut numero *Libri* adiiciatur numerus *Capitis* ex illa diſtributione; quae ad Caſauboni Animadverſiones unice erat adaptata. Qui mos citandi loca Athenaei inde obtinuit, quod (cum in prima Contextus editione, ab ipſo Caſaubono curatâ, nullus eſſet Capitum numerus adnotatus) in duabus poſterioribus editionibus Caſaubonianis, commoditatis cauſſa lectorum, ut hi noſſent quo capite Caſaubonus in ſuis Animadv. quemque locum tractaſſet, numeri illorum Capitum orae contextus fuerint adſcripti: quos numeros deinde multi ita ſunt interpretati, quaſi ad ipſum Contextum in certa quaedam Capita diſtinguendum valerent. Longe commodius haud dubie illi fecerunt, qui in citandis Athenaei locis (quod a plerisque factum eſt) ad *Libri* numerum adiicere conſueverunt numerum *Paginae*, qua quiſque locus *in ed. Caſaub.* legitur; cum praeſertim in omnibus tribus editionibus Caſaubonianis ſingulae paginae inter ſe numero conveniant. Quare etiam nos, quo facilius hi, qui dehinc noſtra uſuri ſunt editione, quaevis loca ex Athenaeo ab aliis citata reperire poſſint, ad interiorem contextus noſtri oram *numeros Paginarum Editionis Caſaubon.* adſcribendos curavimus: adiecimusque ſimul literas *a b* &c. quibus in ſex fere partes aequales quaeque pagina in ed. Caſ. diſtributa eſt; quas literas ſi quis non ſemper cum ſuo exemplo editionis Caſaub. conſentientes repererit,

quinto decimo anno, ex quo editionis illius volumen prius in lucem fuerat emiſſum, recuſi prodiere ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARUM LIBRI QUINDECIM, *iuxta recenſionem Iſ. Caſauboni*. LUGDUNI *apud viduam Antonii de Harſy*. anno *MDCXII*. [b]) In ea editione (quae in titulo *Editio poſtrema* nominatur) praemiſſi ſunt Athenaei contextui Indices nonnulli, qui ſuperiori deerant editioni; ſcilicet primo, *Scriptorum, quibus Athenaeus uti ſolet, & eorum quae quiſque ſcripſerit, Catalogus:* dein, *Elenchus Titulorum, quo praecipua ſingulorum librorum capita ac ſummae continentur:* porro, *Quae apud Athenaeum leguntur Dei-*

ſciat a nobis *e prima Editione* eſſe deſumtas, quae in earumdem literarum diſtributione nonnumquam parum diſſentit a duabus poſterioribus editionibus. Simul vero, ne in quaerendis eis Auctoris noſtri locis nimium temporis conſumat Lector, quae per *Libros* & *Capita* ab aliis paſſim citata viderit, eorumdem *Capitum* numerum in oppoſita ad ſiniſtram ora adnotare conſultum duximus.

a) Eſt primus *Index*, *Auctorum* qui in Caſauboni Animadverſionibus citantur, illuſtrantur, emendantur: alter, *Graecarum dictionum* aut locutionum, quae in Animadv. explicantur: tertius, *Rerum & Verborum latinorum*, quae Animadverſionum libris explicantur. Eiſdem Animadverſionum Libris praefixa eſt *Epiſtola dedicatoria ad Henricum IV.* Galliae & Navarrae regem, a quo paulo ante Lutetiam Pariſiorum vocatus erat Caſaubonus, ubi & humaniores literas doceret, & regiae Bibliothecae praeeſſet.

b) Eo tempore in vivis quidem adhuc fuit Caſaubonus; ſed Londini in Anglia degens, longe aliis occupationibus, quibus parum cum Graecis Muſis commune, diſtrictus erat: ac iam ante id tempus Pariſiis cum aliae occupationes, tum Polybii & Strabonis novae editiones nihil viro laborioſiſſimo reliquerant otii, quod vel recognoſcendo vel expoliendo Athenaeo ſuo tribueret. In omnibus quoque Caſauboni Epiſtolis, quae poſt editum Athenaeum ſcriptae leguntur in collectione Almeloveenii, vix ulla porro huius operis mentio iniecta reperitur.

pnoſophiſtarum Nomina: dein, *Index Graecarum Dictionum, quae ſparſim in hoc opere aut leguntur tantum, aut etiam explicantur:* denique, *Proverbia, quibus ſparſim in libris Deipnoſophiſtarum Athenaeus utitur.* Omnes iſti Indices, a Dalecampio olim ſimul cum Latina Athenaei verſione editi, nonniſi ad paginas huius editionis adcommodati ſunt, caeterum nihil in eis mutatum. Adnotationes vero Dalecampii, quae in prima Caſauboni editione in ora interiore erant poſitae, nunc ad finem operis reiectae ſunt. In *exteriore* vero *paginarum ora* ad latus Graeci contextus primum poſiti ſunt numeri *Capitum*, quibus quemque locum tractavit in ſuis Animadverſionibus Caſaubonus.[c]) Tum vero, in eiſdem *paginarum oris*, ad ea loca, ad quae idem Caſaubonus in ſuis Animadv. emendationem aliquam ſive e ſcriptis libris ſive e coniectura propoſuerat, eae ipſae *Emendationes* uno aut altero verbo indicantur: quae res utique commoditatem haud exiguam adfert lectori, ſed multo maiorem erat adlatura, ſi diverſis praepoſitis ſignis diſtinctae fuiſſent emendationes *e manuſcriptis libris* ductae, ab his quae *ſolâ* Caſauboni *coniecturâ* nitebantur; nunc, cum promiſcue fere

c) Vide paulo ſuperius, not. γ.

d) Eadem res, quod non diſtinctae ſunt Manuſcriptorum Lectiones a nudis Coniecturis, & cunctis fere nota γρ. (quam ſive γράφεται interpretari poteras, i. e. *ſcribitur*, ſive γράφε, i. e. *ſcribe*) promiſcue praepoſita eſt, multos etiam eoſque eruditos viros ſaepe decepit, ut, cum Animadverſiones Caſauboni non eſſent illis ad manus, aut ad excutienda quaevis loca non ſuppeteret otium, meras Editoris coniecturas, easque ſubinde vel minime neceſſarias vel parum

omnibus haec nota γρ. ſit praepoſita, paene periit magna pars illius commoditatis. [d]) Ipſe *Graecus contextus* variis lineolis ad perpendiculum ductis aliisque ſignis diſtinctus ac veluti variegatus eſt, quae partim ad lectiones iſtas marginales referuntur, partim ea loca aut verba indicant, ad quae in Caſauboni Animadverſionibus aliquid, qualecumque id fuerit, adnotatum eſt. [e]) ANIMADVERSIONUM CASAUBONI volumen, ad eamdem editionem pertinens, multo demum poſt, ſcilicet anno MDCXXI. pariter LUGDUNI, *apud* eamdem *viduam Ant. de Harſy & Petrum Ravaud*, prodiit. [f]) In cuius voluminis titulo quod dicitur, *Secunda editio, Authoris curâ diligenter recognita & ubique doctiſſimis Additionibus aucta;* non id ita eſt interpretandum, ac ſi quidquam huic editioni, quod ſuperiore non contineretur, ineſſet: non alio pertinet illud elogium, a bibliopolis operi praefixum, niſi quod, quae a Caſaubono ſuperiori editioni in fine (ut paulo ante dictum) adiecta erant *Addenda*, ea in hac editione ſuis quaeque locis inſerta ſint.

Denique diu poſt Caſauboni obitum, denuo recuſum totum opus eſt, itidem *Lugduni, ſumtibus Io. Ant. Huguetan & Marci Ant. Ravaud;*

felices, pro veterum Codicum lectionibus acciperent.

e) Iſta varia ſigna, ſicut eam commoditatem, quam ſpectavit is qui illam Editionem curavit, adferunt lectori, ſic hoc incommodi habent, ut nec grata accidant oculis, & attentionem lectoris ſubinde non modo morentur, ſed etiam conturbent.

f) Inde factum, ut ſecundam Caſaubonianam Editionem alii anno MDCXII, alii vero anno MDCXXI prodiiſſe ſcripſerint.

ita quidem, ut prior pars, ipſos Athenaei libros cum Indicibus continens, anno M. DC. LVII. prodiret; Caſauboni Animadverſiones vero, demum anno M. DC. LXIV. Quae tertia ac poſtrema editio a ſuperiori nil differt, neque quidquam novi habet, niſi unam *Animadverſionem Pauli Fermat*, Senatoris Toloſani, ex eiuſdem Notis ad Diophantum huc translatam, & pauca quaedam *Conjectanea* ab alio docto Senatore Toloſano, cuius nomen nonniſi literis initialibus *L. I.* deſignatur. *g*)

Recentiſſimâ quidem memoriâ, ante hos fere quinque annos, recudi *Lipſiae* in Saxonia coeptus eſt Athenaeus ex eiuſdem Caſauboni recenſione, hoc titulo: Ἀθηναίου Δειπνοσοφιστῶν βιβλία πεντεκαιδεκα. *Athenaei Deipnoſophiſtarum Libri XV.*

g) Omnes iſtae acceſſiones nonniſi unum illius Editionis folium (p. 703 ſq.) complent. *Fermati* etiam nomen nonniſi initialibus literis *P. F. S. T.* indicatum eſt. Nobis hîc ex alterius illius Viri *Conjectaneis* nonnulla commemorare liceat, quae obſervationem noſtram tum, cum in eis locis verſaremur ad quae illa referuntur, effugerant. De *convivatore*, apud quem Romae coenaſſe finguntur Deipnoſophiſtae, (Athen. lib. I. p. 1. a.) Vir ille doctus ex eo, quod IV. 160. c. eiusdem convivatoris *progenitor* M. VARRO dicatur fuiſſe, colligebat, nomen viri non Λαρήνσιος, ſed Τερήντιος ſcriptum oportuiſſe. Quae quidem ſpecioſa utique foret coniectura, niſi omnibus locis, qui magno numero exſtant, ubi apud Athenaeum nomen illius viri commemoratur, conſtanter libri omnes in ſcripturam Λαρήνσιος (vel Λαρίνσιος, ut eam plerumque corruperunt) conſentirent. Porro ad lib. I. p. 2. d. eſt eiusdem Viri Adnotatio huiuſmodi: *Probo Turnebi emendationem*, ἔτι δὲ νόμων συναγωγῆς. *Sed ſequentia lego in hunc modum*: οὓς οὐκέτι ἀναδιδάσκουσιν, ὡς τὰ Πινδάρου ὁ καμψοδιοποιὸς Εὔπολις φησὶν ἤδη κατασεσιγασμένα. *Senſus eſt clarus, integer, nec hiulcus, ut ex vulgari lectione. Vult, collectas olim Le-*

ad editionem Lugdunenſem poſtremam emendatius expreſſi. Accedunt Villebrunii interpretatio Gallica & Notae: itemque Iſ. Caſauboni Animadverſiones integrae. Curavit, Virorum doctorum Emendationes vel editas vel ineditas adiecit, Indices novos confecit G. A. Schaefer, AA. LL. M. Sed exitum res non habuit. In lucem quidem emiſſa eſt ſeorſim pars Graeci contextus, ſeorſim item pars Gallicae Verſionis, denique rurſus ſeorſim pars Animadverſionum Emendationumque: ſed mox intermiſſum inſtitutum, prorſusque (ut audio) abiectum eſt reliqua exſequendi conſilium. Mihi ex iſtis Partibus, quae edi coeptae ſunt, nullam oculis videre contigit: totumque inſtitutum nonniſi ex Novellis Literariis cognitum habeo.

Ex tribus illis, quas recenſui, Editionibus

ges priſcas, (abſit ut quisquam [cum Caſaubono] *putet, de ulla compilatione a Laurentio facta eum loqui) ex quibus multa Laurentius hauſerat & poſt adinvenerat, non amplius doceri; ſed idem illis accidiſſe, quod Pindari carminibus, iam tacentibus & obſoletis. Alioqui quomodo & leges doceri, & obſolevisse ſimul, dici poterunt? Forte Leges XII. Tabul. intelligit, ex quibus iam obſoletis Laurentius, vir eruditus & φιλολόγος, priſcam eruditionem hauſerat.* [Ad eumdem Athenaei locum, de antiquato illa aetate Legum XII Tabul. ſtudio conf. A. Gell. XVI. 10.] Denique lib. I. p. 7. b. ubi ſcribitur *αἱ γίνονται αὐτόθι ὑπέρ γε τὰς ἐν Σμύρνῃ μέγιστοι, pro μέγιστοι legendum μεγίστας* ille cenſuit, hoc ſenſu: *locuſtas Minturnenſes, quibus Apicius veſcebatur Minturnis ubi degebat, ſuperaſſe magnitudine Smyrnaeas maximas.* At, ſi *μεγίστας* legas, oportet adiiciatur inſuper nominativus *μέγιστοι*, qui ad illa verba *γίνονται ὑπέρ γε τὰς* &c. neceſſario deſiderari videtur: contra, ſi ſolum *μέγιστοι* tenemus, nihil facilius vulgatiusque eſt, quam ut ad *τὰς ἐν Σμύρνῃ* accuſativum *γενομένας* ſubintelligamus. Per ſe vero ex eisdem verbis intelligi par eſt, celebrari ſolitas fuiſſe *Smyrnenſes locuſtas*, ut prae caeteris *maximas*.

Caſaubonianis, ego ex quo ad hanc qualemcumque operam Athenaeo navandam me accinxi, potiſſimum quidem adſuetus ſum exemplo uti tertiae editionis, cuius in oras coniicere etiam notulas meas ſoleo: ſed conſtanter ſimul ſub oculis verſatur prima editio, ab ipſo Caſaubono curata, cuius mihi duo ad manus ſunt exempla; alterum, cuius oris inſcribendas curaveram lectiones e Pariſienſibus manuſcriptis excerptas; alterum, in quo Graecum contextum, prout in eo recenſendo conſtituendoque pro meo iudicio progredior, ad prelum paro & ad inſtitutum meum adapto. Denique, ſicubi differre nonnihil inter tertiam & primam intelligo, adeſt etiam ſecundae Editionis exemplum, quod inſpicio, ut, quid illa det eo loco, videam. Nam licet nulla re paulo maiori differant inter ſe tres illae Editiones; tamen in earum una aut altera interdum operarum errore praetermiſſum eſt nonnihil, quod in altera ſuppletum; aut alius error aliquis ab operis admiſſus, ubi in alia verum ſervatum aut reſtitutum eſt. [h]) Igitur quoties in noſtra editione ſive in brevibus Notulis contextui noſtro ſubiectis, ſive in Animadverſionibus, nude ac ſimpliciter *ed. Caſ.* (id eſt

h) Univerſe ſi ſpectes, omnes illae tres Editiones probabili ſatis curâ impreſſae ſunt, nec ita multis (quae in huiusmodi opere aegre caventur) erratis deformatae: ab his tamen magis caeteris immunis prima eſt, ſub ipſius Caſauboni oculis excuſa; longe pluribus ſcatet altera; rurſus paulo diligentius curata poſtrema, in qua tamen & ſubinde repetita ſunt ſecundae errata, aut novis erroribus (ſed id rarius quidem) aucta. In opere

Editio Casauboni) citatur, plerumque illud citatum ad omnes tres, quas diximus, Editiones pertinet: ubi vero dissensio aliqua harum inter se a nobis est animadversa, ibi *primam, secundam* & *tertiam editionem* suo quamque numero distinximus.

VIII.

Casauboni in Athenaeum Merita.

In enarrandis huius Editionis virtutibus, quae tam iustis, quam consentientibus, omnium Virorum doctorum elogiis celebratae sunt, nil opus est ut sim longior. Satis fuerit, si in universum confirmavero, de *Athenaei Contextu*, qualem haec exhibet editio, ex rei veritate ipsum praedicasse Editorem, cum ait: *i*) *Multa primi publicavimus, antehac Graece edita numquam: plurima item emendavimus, in prioribus editionibus corruptissima, partim librorum secuti auctoritatem, partim certas & omnibus manifestas rationes.* Tum vero, de *Animadversionibus* eiusdem si quaeris, reperies primum, infinitum locorum numerum, quae intacta in contextu & corrupta, ut olim fuerant, relicta sunt, in illis Animadversionibus demum, sive ex manuscriptis codicibus, sive ex

vero, quod tot spinis totque salebris horridum ad nos pervenit, nulla vel vitiosissima scriptura, vel quae levissimi per se momenti videri posset, negligenda nobis visa erat, quin disquisivissemus, esset-ne e veteribus Codicibus ducta, an ex operarum typographicarum errore nata, an denique ex editoris alicuius ingenio invecta.

i) Casaubonus in Praefatione Animadversionibus praemissa.

Editoris ingenio & doctrina, feliciſſime eſſe curata & integritati ſuae reſtituta: deinde vero, partim eadem ipſa loca, partim alia quamplurima, quae difficultatem aliquam habebant, exquiſitâ quadam ac reconditâ, & vere ſtupendâ eiusdem Viri doctrinâ tam mirifice illuſtrata eſſe, ut hoc praeſertim opere *Magni* & *Maximi* cognomen, aliaque honorificentiſſima elogia, commeritus *Iſaacus* noſter *Caſaubonus* ſit; quibus elogiis certatim eum ab omnibus, & quidem, ut quisque fere ipſe fuit doctiſſimus, & in eo genere, quo ille excelluit, conſummatiſſimus, ita ab eo maxime ornatum cumulatumque videmus. [k]) Quodſi omnia doctorum nomina virorum, qui Caſauboni in Athenaeum merita, ac praeſertim Animadverſiones huius viri, ſummis laudibus extulerunt, edere quisquam

k) Ex omnibus hominibus, Graecarum literarum ſtudium & aliquam cum Athenaeo notitiam profeſſis, neminem, praeter nuperum Gallicum interpretem, memini reperire, quin Caſauboni in Athenaeum merita maximi, uti fas erat, faceret. At ille quidem (quâ cauſſâ, quove conſilio, ipſe noverit) in Notis ad ſuam Athenaei Verſionem, non Viri ſummi merita ſubinde conatus eſt elevare, ſed continuo & pertinaciſſimo quodam ſtudio id egit, ut, quidquid in mortalium omnium ignariſſimum ineptiſſimumque, & eumdem impudentiſſimum, congeri conviciorum ab irato homine poteſt, eorum omnium cumulo memoriam Viri non nimis quidem mediocriter de ſe ſentientis, caeterum & innocentiſſimi & integerrimi & (ſi quis umquam) vere doctiſſimi, denique de omnibus humanioribus literis immortaliter promeriti, conſpurcaret. Confer infra dicenda, not. *y*. p. LXII & ſqq.

l) Anno MDXCVIII. XV Kal. Mai. his verbis ſcripſit Caſaubonus ad Ioſephum Scaligerum: *Dies hic alter eſt, cum Dei virtute Animadverſionibus in Athenaeum* τὸν κολοφῶνα ἐπεθήκαμεν. *Si me amas, & ingenii noſtri foetus putas eſſe tanti, eſt quod nobis gra-*

vellet; nominandi huic propemodum forent quotquot ab eo inde tempore quo primum Casauboni in Athenaeum Animadversiones prodierunt, ad hanc nostram usque aetatem, sive in unum aliquem quemcumque Poëtam graecum aut prosaicum Scriptorem, sive promiscue in Auctores Graecos atque etiam Latinos, Observationes criticas, grammaticas, historicas, aut quocumque nomine eruditas, quocumque sub titulo ediderunt. Quem in campum sicut nec huius loci est, nec nostri otii, ut nunc evolemus: sic illud confido haud iniucundum fore Lectoribus, si, quam sibi ipse gratulatus sit Vir optimus, & ab aliis sibi gratulandum censuerit, cum extremam Animadversionibus suis manum imposuisset, ipsius verbis infra adnotavero. *l*)

Sed quantumcumque sit (quod utique ma-

tuleris. Magna enim & molesta cura liberati sumus. - - Dici non potest, quam saepe in ipsis difficultatibus incepti nos poenituerit. - - Magnum aequor sumus emensi: magnis tempestatibus iactati sumus: naufragium saepe fecimus: tandem portum tenemus. (Epist. CLXVI. in collectione Almeloveenii pag. 88.) Idem, circa idem tempus, ad Iacobum Gillottum scripsit: (Epist. CLXVIII.) *Nunc hoc tantum dico, absolvisse me tandem virtute Dei Opt. Max. molestissimum, difficillimum, & taedii pleniissimum opus, Animadversiones in Athenaeum. Si nostras nugas putas esse tanti, Vir magne, gratulare, quaeso, nobis. Multum enim sudavimus, multum aestuavimus, multum ausi sumus: nihil denique reliquimus intentatum, quo exiret hoc e manibus nostris opus vestra, summorum istic Virorum, exspectatione dignum. Quid praestiterim, nescio; nec, si scirem, dicerem tamen.* &c. Denique idem, in Praefatione ad Lectorem, cum de consilio, quod in hoc opere esset secutus, pauca dixisset, sic pergit: *Id vero inceptum quantis laboribus, quantis molestiis nobis constiterit, frustra tibi narrare instituam, nisi periculum ipse huius studii feceris.*

ximum eſt) quod de Athenaeo ea editione promeruit Caſaubonus, tamen, quantus ſit in ipſo *Contextu* etiamnunc locorum numerus, quae corruptiſſima relicta ſunt, ipſae etiam doctiſſimi Editoris (ne longius abeam) Animadverſiones teſtantur. Quot vero rurſus ſint Athenaei loca, quae in eisdem *Animadverſionibus*, non dico, cum illuſtratione inprimis indigerent, tamen ſicco pede praeterita ſunt; ſed, cum eſſent haud dubie aut mutilata aut aliis modis corrupta, tamen vel abſque ulla adnotatione ſilentio praetermiſſa ſunt, vel parum feliciter curata; [m]) demonſtrant Virorum doctorum (eorumdem fere, a quibus certatim celebratas eſſe Caſauboni laudes dixi) ſcripta propemodum infinita, quibus & obſcuriora Athenaei loca, ab illo praetermiſſa, illuſtrantur; & corruptis praeſertim locis, quae vel intacta ab illo relicta ſunt, vel minus feliciter tractata, medicina adfertur.

IX.

Codices Manuſcripti, quibus uſus eſt Caſaubonus.

Quum in veterum Auctorum tractatione, priusquam de eorum, quae ab his ſcripta eſſe perhibentur, *ſententia* ac *interpretatione* quaeras, primum omnium, *quid* ſit, *quod* illi quoque lo-

m) Id quidem ipſum, non omnia perinde ſibi ſucceſſiſſe, pulcre ipſe Caſaubonus intellexerat, ſaepe & dubitationem ſuam & paene deſperationem ingenue profeſſus.

n) Quantum ſtudium Caſaubonus poſuerit in conquirendis

co, de quo agitur, *ſcriptum reliquerint*, debeat conſtare; ad quam iudicandam quaeſtionem multa quidem alia ſubinde ſubſidia debent adhiberi, ſed prae caeteris omnibus *optimorum veterum Codicum*, qui ad noſtram aetatem pervenerunt, *auctoritas* conſulenda eſt; eam rem Caſaubonus, cum edendi interpretandique Athenaei conſilium cepiſſet, non modo non neglexit, ſed vel maxime ad ſuam curam pertinere ratus erat. Itaque nullam viam intentatam reliquit, qua vel codicibus manuſcriptis, quos ipſe ſuis oculis perluſtrare poſſet, potiretur, vel ex his, quos ſibi non licuiſſet ipſos ſuis oculis uſurpare, ſuaque manu tractare, *Lectiones*, aliorum virorum doctorum opera excerptas, nanciſceretur. [n]) Neque irrita utique illa cura fuit. Audiamus ipſum doctiſſimum Virum de Codicibus, quibus ad emendandum Athenaeum uſus eſt, non quidem tam dilucide, quam factum velles, ſed tamen paulo enucleatius, quam alioqui fere mos ferebat illorum temporum, in Praefatione Animadverſionibus praemiſſa differentem. *Cum emendandi veteres Auctores*, inquit, *duplex ſit via: e libris ſcriptis, & ex ingenio: utramque nos viam in corrigendo Athenaeo inſtitimus. Priorem quidem ante annos quatuor, cum impulſu optimi atque amiciſſimi Hieron. Commelini eam editionem adornavi-*

codicum manuſcriptorum praeſidiis, quibus ad emendandum Athenaei opus uteretur, cum Praefatio Animadverſionibus praemiſſa, tum quae in ipſis Animadverſionibus paſſim commemorantur, denique complures ex Epiſtolis eius ab Almeloveenio editis, abunde teſtantur.

mus, quae paulo ante illius viri obitum ex ipſius officina prodiit. o) *Neque levis, neque parum huic auctori utilis, opera illa noſtra extitit. Collata enim editione Baſileenſi cum ea ſcriptorum Codicum copia, quae tum erat ad manum, multa primi publicavimus*, &c. Interſertis hoc loco generalioribus nonnullis de uſu veterum Codicum obſervatis, quae infra p) adpoſuimus; paulo poſt de Athenaei codicibus manuſcriptis dicere pergit: *Ple-*

o) Quod ex Commelini officina prodiiſſe eam editionem dicit, id quo valeat, ſupra a nobis declaratum eſt, ſect. VII. not. *u.*

p) *In ſcriptis*, inquit, *exemplaribus vel antiquiſſimae manus*, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, πολλὰ δὲ λυγρά. *Itaque in illis tractandis iudicio magno opus, magna eruditione, nec mediocri uſu: quae tria Criticum illum γόνιμον perficiunt, alibi nobis informandum. Qui autem codicum vetuſtatem, praeſertim conſentientium, recti argumentum & normam ubique certam eſſe arbitrantur, audiant illi Criticorum non minus, quam Medicorum, principem Galenum, qui in tertio De difficultate Reſpirationis, cum de Hippocratei loci cuiusdam vera lectione diſputaret:* Τὶς τῶν παλαιῶν, ait, βιβλιογράφων ἥμαρτεν. ἔπειθ' οὕτως ἔχον ἐφθασεν ἐκδεθῆναι τὸ βιβλίον· ἐςυλάχθη τε εἰκότως μέχρι δεῦρο τοῦτο τὸ σφάλμα. „Iam olim, *inquit*, librario„rum aliquis locum corrupit: „deinde, edito libro cum illo „errore, non mirum ſervatum „eſſe mendum usque adhuc.“ *Cauſſas poſtea ſervati erroris tamdiu affert iſtas:* τινῶν μὲν ὀλιγώρως ὁμιλούντων τοῖς τῶν παλαιῶν βιβλίοις, ὡς μή τ' εἰ λείπει τι, μήτ' εἰ δι' ἑτέρου γράμματος εἴρηται γνωρίζειν· ἐνίων δὲ γνωριζόντων μὲν, ἀλλὰ προσθεῖναι τὸ λεῖπον οὐ τολμώντων. *Et ita eſt: librariorum culpa & doctorum incuria atque ignavia factum, ut ſemel commiſſa in antiquiſſimis codicibus peccata, in omnia deinceps exemplaria propagarentur, ac per multa ſecula conſtanter ſervarentur. Plura alibi Galenus de iſto genere mendarum; quas Philemon Criticus vetuſtiſſimus appellat* τὰς ἐν τοῖς ἀντιγράφοις ἐμμεμενηκυίας ἡμαρτημένας γραφάς. *Nihil ergo mirum, plenum eſſe huius generis mendorum quantum extat hodie Athenaei exemplarium.*

q) Nempe illud exemplum, e quo Aldina editio expreſſa eſt.

r) Licet in titulo Editionis Caſauboni *Bibliotheca Palatina* in earum numero, quarum ope emendatior illa editio prodierit, primo loco nominetur; id tamen magis in honorem Palatini principis fa-

num huius generis [nempe *vetuſtiſſimorum*] *mendorum, quantum extat hodie Athenaei exemplarium. Quae quidem e duobus inter ſe iam olim diverſis omnia eſſe transfuſa & deſcripta obſervavimus. Ab eorum altero manavit* ALDINUM *illud, de quo diximus:* q) *cui per omnia fere ſimile eſt* PALATINUM, *quod in Heidelbergenſi Bibliotheca illuſtriſſimi Principis aſſervatur;* r) *item aliud cuius nobis vir ampliſſimus Regi ab intimis conſiliis* ANDREAS

ctum videtur, cuius in terris vivebat Commelinus bibliopola, quam quod *Palatino codice* vel multum uſus fuerit Caſaubonus, vel inſignem aliquem ex eo fructum perceperit. Certe ſicut nunc in Praefatione nullo elogio eum codicem proſequitur, ſic in ipſarum Animadverſionum decurſu, quoad quidem adhuc animadverterim, vix umquam mentionem eius fecit, niſi lib. VII. c. x. ubi rurſus nonniſi honoris cauſſa eum nominat: nam ibi cum facilem aliquam, & quae cuivis in promtu foret, emendationem commemoraſſet, quam eamdem in *Italicis* etiam *Excerptis* ſe reperiſſe non diffitetur, ſubito *codicis Palatini* auctoritatem his verbis invocat: *Hunc locum ita iuſſeram edi ex MSS. codice* [iſtâ notâ *MSS.* uti ſolet, non modo ubi de pluribus, ſed etiam ubi de uno codice loquitur] *illuſtriſſimi Principis Palatini emendatum. Nam poſterior verſus peſſime ſcribitur in omnibus aliis quos videre contigit libris.* [ſcilicet in editt. Ven. & Baſ. Nam in Epitome, cuius codicem habuit Caſaubonus, omiſſus eſt totus verſus, ad quem pertinet emendatio; neque eo tempore alium Athenaei codicem manuſcriptum ſuis oculis viderat.] *Utinam ita res noſtrae tuliſſent, ut beneficio magni Principis diutius frui fas fuiſſet: non dubito futuram fuiſſe & aliis multis locis eius libri collationem perutilem. Sed erit, ſpero, aliquis ex eo numero doctiſſimorum virorum, quos inclyta Heidelberga fovet, qui ope illius libratiae merito περιβοήτου caetera perpoliat in hoc auctore, quae noſtrâ diligentiâ in ſplendorem dare non potuimus nos. Ita autem ſcriptum etiam in Italicis codicibus, unde excerptas διαφόρους γραφὰς miſit ad nos Andreas Schottus vir doctiſſimus.*

Poterunt hodie viri docti, qui *Lutetiae Pariſiorum* degunt, ex eodem *Codice, olim Palatino*, qui abhinc aliquot annis in illam inſtructiſſimam Populi Gallici bibliothecam Româ translatus eſt, eam Athenaeo operam praeſtare, quam in deſideratis Caſaubonus

HURALDUS MESSAEUS *copiam fecit.*[s]) *At longe iſtis tribus, & aliis omnibus quae ab eodem exemplo ſunt orta, & emendatius & integrius illud eſt, quod in celebratiſſima Cardinalis* FARNESII *bibliotheca habetur.*[t]) *Ei libro acceptum ferre debes quidquid in prioribus deſideratum, exhibet noſtra editio: multas autem voces, multas periodos integras,*

reliquit. Nobis de eo codice paulo poſt nonnihil adhuc monendi erit occaſio, ubi de noſtro codice Veneto-Pariſienſi & de lacunis verba faciemus, quae ex illo omnium vetuſtiſſimo in reliquos omnes ſunt propagatae. Dicam interim, eſſe librum chartaceum, ſchedis quaternis conſtantem, ſcriptum *Venetiis anno MDV. & MDVI. a Paulo Decan* (ſive *Degan*) *Veneto Patricio*; cuius familiae nomen hodieque Venetiis ſupereſſe audio. De eodem Codice videndum ait Harles (ad Fabric. Bibl. Graec.) Sylburgii Catalogum Bibliothecae Palatinae in Monumentis Pietatis &c. p. 19. num. 47. quem librum mihi non contigit oculis uſurpare.

s) Illius codicis copia facta demum eſt Caſaubono abſolutis & impreſſis Animadverſionibus in XIV priores Athenaei libros. (Vide Caſauboni Animadverſ. ad finem libri XV.) Quare illius nonniſi in Animadverſionibus ad librum decimum quintum, & in *Addendis* ad priores libros XIV, mentionem fecit, & nonnullas ſparſim lectiones ex eo protulit; ſimul quidem profeſſus, plerumque eum cum editis libris conſentire. Quidquid ſit, operae pretium fuerit inquirere, ubinam terrarum hodie lateat ille codex. Videtur a Meſſaeo dono datus fuiſſe Caſaubono: ac fortaſſe poſt Caſauboni obitum cum Hoeſcheliano codice Epitomes (de quo mox) in Regiam Angliae bibliothecam Londinenſem tranſiit. Facile cognoſcetur liber ex ſingularibus quibusdam lectionibus, quas ex illo Caſaubonus citavit; veluti cum III. 110. c. ἐκτίθεται habet ex parum felici coniectura, pro ἑκάτα, ubi perperam ἐκ . . . ατα editum; aut cum IV. 143. c. κατὰ τὴν πόλιν ſcribit, ubi alii omnes κατὰ τὴν Κρήτην.

t) Exſtet-ne ad hunc diem *Farneſianus* ille *Codex*, aut ſuperſit-ne omnino Bibliotheca Farneſiana, nec ullibi memoratum memini, nec nunc vel ex libris, qui mihi ad manus ſunt, vel ex ore eorum virorum, quibus haec talia debere comperta eſſe putaveram, diſcere potui. Et omnino poſt Caſaubonum nullam amplius mentionem huius codicis factam ab alio, niſi qui fere e Caſaubono ſua hauſiſſet, reperi. Videtur tamen haud pa-

interdum etiam plures, ſingulis prope paginis adiecimus; ut taceam de inſigni fragmento libri ultimi, quod ante nos Guil. Canterus indidem nactus publicaverat. Parilem huic Codicem *etiam* in Vaticana *Romae ſervari accepimus.* [u]) *Noſtra editio* Farneſianum *fere exhibet: repraeſentatum nobis a clar. viro* H. Stephano, *qui ante annos ferme quin-*

rum intereſſe debuiſſe virorum doctorum, ut idem Codex, cui acceptum retulerat Caſaubonus quidquid ferme e veteribus libris ad emendandum Athenaeum ab ipſo collatum eſt, denuo adcurate ſtudioſeque conferretur; cum praeſertim & ſaepenumero dubios nos Caſaubonus reliquerit, quid difficilioribus in locis codex ille dediſſet; & alioqui ſatis notum ſit, quam multum in conſulendis manuſcriptis libris abfuerint illius aetatis homines etiam doctiſſimi ab ea diligentia & ἀκριβείᾳ, quam optabile eſt ut adhibeant omnes, quibus probatae bonitatis Codices veteres, praeſtantiorum ex antiquitate auctorum ſcripta continentes, excutere licet.

u) In titulo Athenaei Caſauboniani praedicatur, *Vaticanae* etiam *bibliothecae ope* auctiorem emendatioremque hunc auctorem prodire: nunc fatetur ipſe Editor, ſe nonniſi fando accepiſſe, ſervari in Vaticana Romae parem Farneſiano codicem. Speraverat (puto) bibliopola, *Vaticanae Bibliothecae* nomen, in titulo libri veluti ſigno ſuſpenſo poſitum, maiorem vim habiturum ad alliciendos operi ſumtibus ipſius impreſſo emtores. Caeterum *Vaticanum codicem* ſimul cum Farneſiano nominatum ſupra (not. *m.* ad ſect. VI.) a Weſſelingio vidimus, ubi de Mureti & Caninii Notis excerptis agebatur. Porro etiam Dalecampius quidem p. 502. ſuae Verſionis Latinae, ubi incipit Fragmentum libri XV. a Cantero primum Graece editum, (cf. Sect. VI. & ibi not. *p.*) ad oram ſic ſcripſit: *Lacuna hic fuit exemplaris typis editi: quae ſequuntur fere omnia* e codice Vaticano manuſcripto *reſtituta & inſerta ſunt.* Sed nonniſi Canteri editione eiusdem Fragmenti uſus fuiſſe idem Dalecampius videtur: nec vero *Vaticanum* codicem, e quo illud acceperat, nominaverat Canterus, ſed generatim *codices Italicos.* conf. ſupra, Sect. VI. not. *p.* & *t.* Neque vero de Vaticano Athenaei codice aliunde nobis quidquam compertum eſt: & in Bibliothecae Vaticanae Catalogo, quem in Bibliotheca Bibliothecarum Msstorum exhibuit Montfaucon, ne ullus quidem Codex Deipnoſophiſtarum Athenaei memoratur.

quaginta, cum Romae eſſet, accuratiſſime omnes varietates ſcripturae ad oram ſui codicis adnotaverat. x) *Idem fecerat paucis ante Stephanum annis &* Benedictus Aegius *Spoletinus, qui temporibus illis*

x) Tanta fuerat ſenis Henr. Stephani, adverſus ſuos praeſertim, moroſitas, ut generum ſuum, Iſaacum noſtrum Caſaubonum, ne ſemel quidem in vita ſuam paſſus ſit inſpicere bibliothecam: de quo obiter conquerentem videmus ipſum Caſaubonum in Epiſtola ad Ioſephum Scaligerum. (Epiſt. 175. ed. Almelov.) Quare paene in eam incideram ſuſpicionem, nonniſi honoris cauſſa fortaſſe hoc loco a Caſaubono laudata eſſe Stephani ex Romanis Athenaei codicibus excerpta, nec vero ipſi uſum eorum fuiſſe conceſſum. Sed vidi deinde, eumdem Caſaubonum in Animadverſionibus, ubi quaedam commemorat ex Italicis libris a ſe adiecta aut emendata, plerumque quidem nude & generatim dicere, ſe ea *e MSStis libris* aut *e membranis* accepiſſe; ſubinde vero rurſus *Henr. Stephani collationem codicum Romanorum* prae caeteris omnibus nominatim laudare. Quo minus dubitari debet, fuiſſe illam Caſaubono ab H. Stephano communicatam. Conf. infra, not. *g.*

y) Poſſidet magna Pariſienſis bibliotheca *exemplum* aliquod *editionis Baſileenſis*, quod olim *Caſauboni* noſtri fuerat, qui ſua etiam manu bis nomen ſuum in fronte inſcripſit; primum, cum iuvenis eſſet, quo tempore *Iſ. Hortiboni* nomen ſibi adſciverat: (de quo vide Caſauboni vitam, Epiſtolis ab Almeloveenio editis praefixam) deinde rurſus, aetate maior, verum nomen *Iſaac Caſaubon* alteri ſuperſcripſit. In eiusdem libri fronte (in ſumma ora primae paginae) manu eiusdem Caſauboni haec verba inſcripta ſunt: *In margine annotavimus quam plurima quae non erant edita. Habuimus illa e codice, quem olim Beñed. Aegius Spoletinus diligentiſſime cum manuſcr. Farneſianae bibliothecae contulerat. Eo codice & Notis Aegii manuſcriptis uſi ſumus Petri Galeſii Hiſp. beneficio.* Hunc librum commemorans Gallicus Athenaei interpres (de cuius incredibili in Caſaubonum & malevolentia & maledicentia ſupra dixi, not. *k.* ad ſect. VIII.) in Praefatione p. 8. ſic ſcribit: *L'Exemplaire même de Caſaubon, & ſur les marges duquel il a jeté toutes les variantes & les paſſages non imprimés alors, & qu'il devoit au travail d'Aegius de Spolete: cet exemplaire préſente nombre de remarques d'une & même de deux autres mains, dont Caſaubon a profité, ſans dire d'où il les tenoit.* Tum in ſubiecta Adnotatione, poſtquam Caſauboni verba eadem retulit, quae in fronte illius libri inſcripta dixi, ſic

Romae inter peritiſſimos Graecarum literarum eſt habitus: eius etiam Codicem *vidimus nos inter alios neutiquam vulgares Petri Galeſii Hiſpani libros.* γ) *Fecerunt idem poſtea & alii item multi. Itaque* Far-

pergit: *Caſaubon dit dans ſon avis, qu'il en doit la collation* [collationem dicit Manuſcripti Farneſiani] *à Henri Etienne, & ſe garde bien de faire l'aveu qu'on lit ici: c'eſt dont un plagiaire.* Eademque plagii criminatio ſaepius deinde, ſingularibus locis, in Adnotationibus ipſi Verſioni ſubiectis, tam fidenter, quam ſtudioſe, ab eodem Gallico interprete repetita eſt: denique rurſus, in fine operis, Epilogus Verſioni ſubiectus his verbis clauditur: (T. V. p. 477.) *Quant à Caſaubon, j'oſe aſſurer que je ne l'ai que trop epargné. - - - Je me contente donc des preuves nombreuſes que j'ai données de ſon inutile erudition & de ſes plagiats; car il doit tout ce qu'il a de bon à Aegius, qu'il ne nomme même pas dans ſon verbeux commentaire.* Ego vero & memoriae meritiſſimi Viri & ipſis Lectoribus noſtris hoc me debere arbitror, ut, qua cura ille homo inſpexerit hunc librum, cuius teſtimonio plagii arguere Caſaubonum auſus eſt, quave fide, quae in eo reperit, retulerit, prolatis nonnullis exemplis (prouti in manus inciderint) declarem: ſic ſimul, quid de aliis rebus ſtatuendum ſit, quas pari fiducia idem ſubinde pronunciat & perſuadere lectoribus conatur, capi coniectura poterit. Ecce igitur, lib. II. p. 50. e. ubi in ora ed. 2. & 3. Caſ. legitur γρ. τό τε γὰρ φέρον αὐτὰ &c. ad eumdem locum haec adnotavit Villebr. in Gallica verſione T. I. p. 188. *Je ſuis la leçon de mon manuſcrit. - - Caſaubon liſoit comme mon manuſcrit, d'après celui de Farneſe.* Atqui in praedicto Caſauboni exemplo ed. Baſ. p. 25. l. 36. ad eum locum nulla nec Aegii, nec alterius cuiusquam viri, adnotatio legitur: ipſe vero Caſaubonus in Animadv. lib. II. c. XI. diſerte nos docet, *de illa ſcriptura ſe a Io. Levinio monitum eſſe;* a quo viro multas alias lectiones e membranis, quas ille poſſidebat, Epitomen Athenaei continentibus, communicatas eidem fuiſſe mox dicetur. Ad verba τὰ ἐν ὄγκῳ II. 67. e. haec adnotavit Villebr. T. I. p. 263. *Je ne m'arrêterai pas à relever les bavardages que Caſaubon a fait ſur le mot* ὄγκος, *dans ſes commentaires. Il a cité ce qu'il n'entendoit pas, ou plutot il a copié Aegius ſans l'entendre.* At nec ad iſtum locum (ed. Baſ. p. 34. l. 4.) nec ad III. 79. b. ed. Caſ. (pag. 39. ed. Baſ. lin. 48.) ad quem locum rurſus de eodem vocabulo diſputat Caſaubonus, quidquam quod ab Aegio ille mutuari potuiſſet, immo ne ullum quidem verbum adnotatum eſt.

neſianas *illas* Notas *paſſim reperias in eruditorum bibliothecis.* - - *Habuit eas* - - Conradus Geſnerus, *cuius librum doctiſſ. Gaſp. Wolfii ope-*

Rurſus II. 71. b. (ed. Baſ. pag. 35. l. 43.) ad verbum ὀνόπορδον ne verbulum quidem ex Aegianis notis, & nulla prorſus notula, in ora libri illius, de quo quaerimus, comparet. Ad eumdem vero locum Villebrunius T. I. p. 280. poſtquam meliora quidem nonnulla, quam Caſaubonus in Animadv. poſuerat, adnotavit, his verbis concludere ſuam Adnotationem non erubuit: *Voilà comment on prouve que Caſaubon ne conſultoit que les notes qu'il copioit au hazard ſur l'exemplaire d'Aegius, & n'entendoit rien de ce qu'il écrivoit ici.* Eadem ratio eſt lib. III. 72. b. (ed. Baſ. p. 36. l. 18.) ubi Villebr. T. I. p. 286. ait, *attribuiſſe ſibi Caſaubonum lectionem collationis Aegii.* Pariter lib. III. 82. e. (vel f. in ed. 2. & 3. Caſ.) ubi in textu Caſ. & edd. vett. omiſſa eſt vox βαλάνου, in margine autem ſuppleta; ibi rurſus in Aegiana collatione nullum illius vocis veſtigium comparet; ſed in aliis excerptis adnotatam eam Caſaubonus repererat, itaque in Animadv. ad eum locum ait, *auctiores una voce MSS.* καὶ καρύου καὶ βαλάνου. At Villebrunius aliter decrevit: is fidenter aſſeverat, (T. I. p. 327.) *ex Aegii notulis* ductam illam vocem. Denique (ut in hoc tandem finiam) III. 77. f. ad illa verba διὰ τὸ ποιεῖν ματαίσμους (quae Dalech. ſic verterat, *valere contra malum mentis & infatuationes*, quaſi Seleucus Grammaticus, e quo illa verba citavit Athenaeus, ποιεῖν πρὸς ματαίσμους ſcripſiſſet) reprehendit interpretem illum Caſaubonus (in Animadv. lib. III. cap. IV.) quod ſententiam prorſus contrariam ex Plinio in auctorem noſtrum intuliſſet: cenſuitque, Plinium quidem πρὸς olim legiſſe, nihilo minus vero Seleucum & ex eo Athenaeum nude ποιεῖν ματαίσμους ſcripſiſſe. Ad eumdemque locum idem Caſaubon. olim ſua manu in praedicto exemplo editionis Baſ. (p. 38. l. 31.) in eamdem fere ſententiam haec ipſa verba adſcripſerat: „*Interpres locum hunc pervertit, dum emendare ſimulat. Nam quis miretur diverſa ſcribere auctores de eadem re? Atqui ille e medicis voluit Athenaeum exponere. Vide Euſtath. pag.* 838. Od.“ Nec vero quidquam praeterea aliud ibi notatum. At non veretur Villebrune T. I. p. 304. adfirmare, *particulam* πρὸς *ut ſupplendam adnotaſſe Aegium, & male feciſſe Caſaubonum, quod hunc emendationis illius auctorem non nominaverit.* Haec talia, quae bona fide a nobis relata ſunt, ſi cui incredibilia videntur; ultro ego profiteor, non magis mihi, donec oculis meis id quod res eſt fuiſſem edoctus, credibile eſſe

rā nacti ſumus. Eaſdem & - - Marcus Welſerus Auguſta Vindel. ad nos miſit, ab Andrea Schotto - - *ſecum communicatas.* ζ) *Haec igitur*

viſum, ſcribi iſta ab homine ſuis ſenſibus utente potuiſſe.

Caeterum, praeter Aegiana e cod. Farn. excerpta, & argumenti titulos, aut auctorum nomina paſſim adſcripta, nihil in illius libri marginibus continetur, niſi ſubitariae quaedam adnotationes, quae mihi viſae ſunt omnes diverſis quidem temporibus, ſed eâdem unius Caſauboni manu eſſe ſcriptae, neque alium niſi eumdem Caſaub. auctorem habere, niſi ubi ipſe (quod paſſim factum) alium auctorem nominaſſet. Quod vero in Praefatione Animadverſionibus praemiſſa de *Aegii codice*, e quo lectiones iſtas Farneſianas deſcripſerat, ita locutus eſt Caſaubonus, quaſi *vidiſſet* eum tantum, non eodem *uſus eſſet*; cauſſa ea videtur fuiſſe, vel quod nimis raptim nec tam diligenter, quam ipſe voluiſſet, a ſe deſcriptas eſſe illas Aegianas notulas ſciret; vel quod, poſtquam aliorum ac praeſertim H. Stephani excerptas Lectiones nactus eſt, uberiores has eſſe vidiſſet, easdemque pro certioribus ac diligentius deſcriptis habuiſſet, adeoque poſthabitis Aegianis illas prae caeteris eſſet ſecutus. Ac ſane multis locis in Caſauboni Animadverſionibus vidi lectiones e Msstis Italicis laudatas, quas inter Aegianas in iſto codice fruſtra quaeras. (Sic, ut alia loca omittam, quorum partem iam tetigi, in illo, cuius ſupra not. *r.* huius ſect. mentionem feci, lib. VII. cap. x. p. 288. f. ed. Caſ. ubi ed. Baſ. p. 145. l. 3. cum ed. Ven. mutilatam vocem ταμίους habet, nihil in Aegianis lectionibus adnotatum eſt.) Verumtamen haud male facturus fuerat Caſaubonus, ſi ne Aegianas quidem illas Notas neglexiſſet, ſed diligentius eas cum aliis, quibus uſus eſt, contuliſſet. Fuerint fortaſſe alia etiam loca, ſed unus nunc maxime occurrit VIII. 358. f. ubi ex Aegiano codice recte in eo, quem iam ſaepe dixi, Caſauboni libro (ed. Baſ. p. 179. lin. 9.) adiicienda notantur verba ἃ φησιν οὗτος, (quae & noſtrae vett. membranae eodem loco habent, & omnes vulgo VII. 313. c. agnoſcunt) quae ibi quidem, quod fortaſſe in aliis quoque Excerptis praetermiſſa erant, nec in contextum recepit Caſaubonus, nec de illis in Animadverſionibus monuit.

ζ) Miſiſſe eas ad Welſerum Schottus videtur, ut ille easdem cum Caſaubono communicaret. Itaque in Animadv. ad lib. VII. c. x. ſcribit idem Caſaubonus, ad ſe illas ab Andr. Schotto miſſas eſſe. De Codice msto Epitomes, quo ipſe Schottus uſus eſt, & nonnulla Athenaei

omnia exemplaria, ſicut modo dicebamus, mendis inquinata ſunt, adeo vetuſtis, ut ante Euſtathium & eo priorem Excerptorum auctorem, qui multas illarum retinent, ſint natae: adeo non facilibus ad emendandum, ut eruditus vir, qui ante multa ſecula Epitomen confecit, fateatur ingenue, multa ſe, quod eſſent corrupta, miſſa facere.

Praeterea cum ad emendanda corrupta Athenaei exemplaria haud ſpernendum utique praeſidium exſpectari ab eis *Codicibus msstis* debuerit, quibus EPITOME huius operis continetur, ne illud quidem circumſpicere neglexerat Caſaubonus. *Eſt in manibus noſtris*, inquit, *beneficio doctiſſimi, optimi, integerrimique viri Davidis* HOESCHELII *id opus integrum*, [integram Epitomen dicit] *primo libro excepto & ſecundi parte: tantum enim fere ab Epitome Hoeſcheliana abeſt a fronte praeciſum, quantum extat libris editis inſertum.*[a]) Et nullo quidem libro manuſcripto frequentius, quam eo ipſo, cum in conſtituendo contextu, tum in Animadverſionibus uſum eſſe hunc Editorem videmus.[b]) Uſus vero etiam eſt, in Animadverſionibus utique, difficilioribus nonnullis in locis, lectionibus ex *alio codice Epitomes membra-*

fragmenta primus inde edidit, deinde ſect. x. dicetur.

a) Caſaubon. in Animadv. ad lib. I. cap. 1.

b) Acceperat eum codicem ab Hoeſchelio anno MDXCV. teſte Epiſt. XXVI. in collectione Almeloveenii. Videtur autem dono eum Caſaubono dediſſe vir longe optimus Hoeſchelius: certe in propriorum deinde Caſauboni librorum numero is codex manſit, & poſt huius viri obitum cum aliis eiusdem libris in Regiam Londinenſem Bibliothecam emtionis iure pervenit, ut docet Bentlei in *Diſſertation on the Epiſtles of Phalaris* p. 130 ſq.

naceo, melioris notae, a Iohanne LEVINIO (eodem puto, quem apud alios *Levineium* nominatum reperio, qui Canonicus fuit Antwerpiensis, vir & aliâs de literarum ſtudiis bene meritus) ſecum communicatis. [c])

Ex iſta commemoratione Codicum Athenaei, ſi iungas haec quae in ſubiectis Adnotationibus a nobis monita ſunt, intelligitur, cum in conſtituendo Athenaei ipſo Contextu, qualis a Caſaubono editus eſt, tum in concinnandis Animadverſionibus, *praecipuum Codicum Manuſcriptorum praeſidium*, quo uſus hic Editor eſt, fuiſſe partim *Farneſianas* illas, quas dixit, *Notas*, partim *Hoeſchelianum codicem Epitomes*. Palatinum codicem viderat quidem, ſi recte accepi; [d]) ſed parum eo uſus eſt: Huraldinum nonniſi cum ad finem properaret Animadverſionum labor, accepit, raptimque eum etiam tum percurrit: utrumque vero horum haud multum differre ab Aldino exemplo, multoque inferiorem eſſe Farneſiano reperit. Ac Farneſianum quidem codicem unum tantummodo commemorat: ſed ex eodem codice a pluribus viris ſibi communicatas Notas, id eſt, excerptas Lectiones ha-

c) Paſſim illum Codicem, & lectiones ex eo excerptas, laudatas a Caſaubono videas. Praeter alia loca, vide eius Animadv. ad lib. II. cap. 8. (conf. noſtras Animadv. ad II. 47. d. p. 332.) & ad lib. II. cap. XI. (in noſtris Animadv. ad II. 50. e. p. 348.) tum ad lib. XI. cap. 4. ubi codicem quidem ipſum ſibi non viſum eſſe teſtatur.

d) Haud ſatis tamen ſcio, ipſe-ne eum codicem viderit Caſaubonus; an ſolummodo amico ipſius, docto bibliopolae Commelino, uſura illius ad breve tempus, de quo querentem Caſaubonum vidimus, fuerit conceſſa.

buit, quibus partim in contextu conſtituendo, partim in Animadverſionibus uſus eſt. Quae ipſa copia, ſicut illud utique commodum habere poterat, ut, quod in una collatione vel deeſſet vel minus adcurate excerptum viſum eſſet, id ex alia ſuppleri emendarive poſſet; ſic ſimul fieri non poterat, quin eadem ſimul cauſſa eſſet multarum dubitationum & difficultatum, quas levare aut tollere Editor, cui ipſum conſulere codicem non licebat, nullo modo poſſet. Caeterum multum abfuerant ea aetate docti viri ab illâ curâ ac ſcrupuloſâ (ut ſic dicam) religioſitate, quam in conferendis vetuſtis codicibus merito hodie requirimus; unde factum, ut plurimis in locis, quibus non dubito vel veram lectionem, vel vero propiorem quam quae vulgata eſt, potuiſſe in illo codice reperiri, nihil tamen ex eo ad emendandum noſtrum auctо-

e) Tale exemplum, ubi Caſauboni deſideratur induſtria, paulo ante vidimus extremâ nota *y*. p. LXV.

f) Non ego nunc id ago, ut in culpâ ponam aut gravius vituperem illam negligentiam, quâ ſicut nihil iſtis temporibus in hoc genere vulgatius erat, ſic nihil excuſabilius videbatur: ſed, quid factum ſit, quid non factum, quaero. Illius igitur, quam dico, negligentiae luculentum documentum in ipſo operis initio habemus; nempe quo loco incipiunt ea quae de opere olim integro ſuperſunt: lib. III. p. 74. a. ed. Caſaub. Ibi enim cum editiones Ven. & Baſ. ab his verbis initium feciſſent, *στελέων ῥαφανίδας σιχύους τέτταρας. σιχύδιον δ' ὑποκοριστικῶς εἴρηκε Φρύνιχος ἐν Τραγαίῃ·* eadem verba eodem modo repetiit Caſaubonus. Atqui nullum dubium eſt, verba *ἐν Τραγαίῃ* nonniſi coniecturae perquam infelici editoris Veneti deberi; qui ſicut in poſtremis verbis, quae ex Epitome praemiſſa ſunt, temere verbum *ἐντραγεῖν* in *ἐν Τραγαίῃ* mutaverat, ſic eamdem rurſus coniecturam hoc loco intruſit. Et ſuſpecta quidem haec ſcriptura Ca-

rem prolatum a Casaubono videamus: cuius quidem silentii caussa subinde quidem esse potuerit minus circumspecta ratio, qua Excerptis, quae habebat, usus est editor; [e]) sed haud dubie plurima etiam loca ab ipsis illis viris, qui Lectiones istas excerpserunt, levi pede praetermissa erant, quibus in locis aliquid notatu minime indignum fuerant reperturi. *f*) Porro, quod saepe aliâs in impressis veterum auctorum exemplis, quae cum codicibus manuscriptis collata sunt, usu venit, ut *Lectionibus* eis, quae e manuscriptis excerptae ad oram libri adscriptae sunt, interspersae sint virorum doctorum (sive eorumdem, qui Lectiones istas excerpserunt, sive aliorum) *Coniecturae*, idem etiam in Farnesianis illis Notis, quibus usus Casaubonus est, factum esse, liquido mihi cognovisse visus sum: & id ita quidem factum, ut nullo certo signo a codicis Lectionibus nudae Coniecturae essent

saubono erat, sed in omnibus suis Notis Farnesianis nihil ad hunc locum adnotatum reperit: nec in Aegiana collatione quidquam adnotatum est. Denique in Addendis ad Animadv. docuit Casaubonus, se in Huraldi Messaei cod. msto. sic scriptum reperisse Φρύνιχος . . . τρόπῳ, exiguo ante τρόπῳ vacuo spatio relicto. Nunc ego compertum habeo, eodem prorsus modo & in Palatino & in duobus aliis Parisiensibus Codicibus, de quibus deinde dicam, scriptum esse: quare nullum esse dubium debet, eodem pariter modo in Farnesiano codice scriptum fuisse, sed eam scripturam (de qua quid facerent nesciebant) neglectam esse ab illis viris, qui Lectiones discrepantes ex eo codice excerpserunt. Dicam in transitu, quod Casaubonus coniectaverat vocem τρόπῳ ex Μονοτρόπῳ esse decurtatam, id confirmari vetustissimarum nostrarum membranarum auctoritate, quae scripturâ quidem paene evanidâ, sed eâ tamen (si oculos intenderis) satis adhuc dignoscendâ, Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ exhibent.

diſtinctae; qua confuſione deceptus ſubinde Caſaubonus incertam coniecturam pro veteris Codicis lectione accepit. *g*) Denique vero certum eſt, non modo Palatinum codicem, & Huraldinum, verum etiam ipſum illum celebratiſſimum Farneſianum, cum ſuam & inter ſe & cum Aldino cognationem, tum iuniorem ſuam aetatem, vel hoc ipſo eſſe profeſſos, quod non ſolum duobus prioribus libris & parte tertii pariter truncati, ſubito ab eisdem verbis e medio orationis curſu abruptis initium cepiſſent, verum etiam ſub finem operis, tribus quatuorve locis, pariter omnes eisdem lacunis hiaſſent. *h*)

g) Illius confuſionis, ut mihi quidem videbatur, frequentia exempla in Animad. noſtris p. 71 ſq. tum pagg. 141. 172. 199. 229. 297. 362. 369. adnotavimus. Ac iſta quidem omnia exempla ex Athenaei libro primo & ſecundo, id eſt, ex Epitome ducta ſunt: qui duo libri cum deeſſent Hoeſcheliano codici Epitomes, in eisdem libris (praeter Lectiones nonnullas a Levinio acceptas) nullum aliud e manuſcriptis libris praeſidium, niſi Notas e codicibus Italicis excerptas Caſaubonus habebat. Et, Henricum quidem Stephanum Romae, praeter reliquos integros Athenaei libros, etiam duos iſtos priores libros Epitomae cum antiquis membranis contuliſſe, diſerte Caſaubonus in Animadv. ad lib. I. cap. XXIV. & ad lib. II. c. VIII. teſtatur: videnturque etiam in aliis Italicis Notis, quas idem Caſaubonus habuerat, Lectiones ex lib. I. & II. fuiſſe; certe ſubinde in Animadverſionibus plurium manuſcriptorum codicum auctoritatem invocavit. Fuerintne vero illi duo libri Epitomae in fronte eiusdem codicis Farneſiani, qui reliquos libros integros continebat, an alius fuerit codex, nuſquam video declaratum. Caeterum in reliquis etiam libris haud ſemel in eumdem, quem dixi, errorem incidiſſe doctiſſimum hunc Editorem videbimus. Unum hoc loco exemplum adferam ex lib. IX. pag. 380. e. ubi, quum in περίφερε Κοιχόα cum editione Veneta recte conſenſerit Huraldinus codex, (teſte Caſaub. in Addend. ad Animadv. lib. IX. cap. V.) conſentiantque & vetuſtiſſimae noſtrae membranae, & Hermolai Barbari

X.

ATHENAEI FORTUNA POST EDITIONEM CASAUBONI.

Plurima ad eius Emendationem ex Coniectura a Viris doctis collata: paucula ex Msstis. Athenaei opus in Gallicam linguam conversum.

Post illam a Casauboni ingenio & industria navatam Athenaeo operam, toto septimo octavoque decimo seculo, ut iam obiter a nobis significatum est, certatim studia sua eo contu-

codex, denique quum nec in Aegianis Notis (ed. Bas. p. 189. l. 4.) diversa adnotata sit scriptura, nec in suis msstis libris Natalis Comes (qui in eo ipso loco incertus haesisse deprehenditur) aliud quidpiam invenerit; nullus est dubitandi locus, quod *ex Italicis exemplaribus se* ibi περιφερε κύκλῳ *edidisse* Casaubonus ait, id non ex vetere libro ductum esse, sed ex ingenio docti alicuius viri, qui sic coniecta-verit, cum illam vocem in ed. Ven. asteriscos, ut suspectam, notatam videret. Eadem quidem coniectura in Hermolai Barbari codice inter lineas (nescio an a recentiore manu) verae lectioni superscripta est, ut ex Villebrunio disco Vers. Gallic. T. III. p. 420.

h) Illae lacunae in ed. Ven. (ut supra dictum) fideliter indicatae sunt, quoniam scilicet in ipsis codicibus msstis unoquoque loco vacuum quoddam spatium relictum erat: eamdemque rationem cum Veneta editione tenuit editor Basileensis. Atqui, Palatinum codicem & Huraldinum similes fuisse Aldino, confitentem ipsum vidimus Casaubonum. Ad Farnesianum vero quod spectat, sive qui sunt alii codices Italici, e quibus ductae erant lectiones, quibus Casaubonus usus est: non modo in Aegianis Lectionibus ad nullam illarum lacunarum quidquam adnotatum est, sed ne in aliis quidem Excerptis quidquam adnotatum ille repererat, quod vel ad explendam aliquam illarum partem vel ad rationem earum explicandam valeret: ex quo satis adparet, nihil aut parum omnino hac in parte interfuisse inter Aldinum exemplum & inter codices omnes, quos vel viderat Casaubonus, vel e quibus excerptas Lectiones habuerat. Sed de eisdem lacunis paullo post (sect. XII.) enucleatius dicendi locus erit.

lerunt viri omni doctrinae genere clariſſimi, ut & difficiliora Athenaei loca ſuis obſervationibus, per varii generis ſcripta ſparſis, illuſtrarent; & corruptis locis, quae vel intacta Caſaubonus reliquerat, vel parum feliciter curaverat, probabilem aliquam certamve, quoad fieri poſſet, medicinam adferrent; aut etiam, ſicubi immerito ſuſpectum aliquid aut mendoſum Caſaubono viſum fuiſſet, vulgatae olim lectionis defenſionem ſuſciperent. Quorum ſi ſingulorum in hoc genere merita vellem commemorare, a Grotio, Salmaſio, Reineſio, aliisque praecipuis eorumdem temporum viris, per longam clariſſimorum nominum ſeriem uſque ad Valckenaerios, Toupios, Ruhnkenios, nupera ſidera, progrediendum foret; hisque adiungendi quotquot his ipſis noſtris diebus ſuperſunt doctiſſimi Viri, Graecarum Muſarum antiſtites. Illorum igitur virorum ingenio & induſtriâ ſicut patefactum eſt, quantum eſſet, quod, poſt ſumma Caſauboni in Athenaeum merita, ad emendandum expoliendumque hoc opus adhuc deſideraretur; ſic & ampliſſima & egregia futuro novo editori materia parata eſt, quâ ad perficiendum (quoad fieri poſſet) id, quod tam felicibus auſpiciis ille inchoaverat, uteretur. Quam materiam, ex eorumdem Virorum ſcriptis (quatenus quidem vel innotuiſſent ea mihi, vel potiri eis licuiſſet) ſtudioſe conquiſitam, in Athenaei noſtri uſus ita convertere, ut quid cuique auctori debeam ſuo loco profiterer, conſultius duxi, quam hîc

in operis introitu ambitiosâ quadam magnorum nominum commemoratione, & librorum titulis infinito numero sub unum conspectum expositis, videri fucum velle facere Lectoribus.

Quaecumque vero ab his ad emendandum Athenaei opus collata sunt, ea fere unice ad illud genus *Emendationum* pertinent, quae *Coniecturâ* nituntur. Et est quidem in his ipsis pars haud exigua, quae, concurrentibus omnium rationum momentis, non modo insigni & praecipua quadam veri specie sese commendent, sed etiam pro evidenter veris certisque debeant haberi: ita plane, ut, etiamsi deinde accederet insuper probatissimorum codicum testimonium, nova quidem fortasse ansa daretur ad laudandum ingenium doctrinamque auctoris qui emendationem proposuisset; ad ipsius emendationis certitudinem, quae iam ante plena perfectaque erat, accedere nihil posset. At pars utique longe maior ultra aliquem probabilitatis gradum, maiorem illum minoremve, non procedit: cuius probabilitatis ea est ratio, ut, nisi accedat illud momentum, quod (in hoc genere, de quo agimus) a probati Codicis auctoritate exspectatur, semper aliquid desideret animus, nec in ea securus adquiescere queat. Ac norunt quicumque in hoc genere non plane sunt hospites, Emendationum ex coniectura propositarum eam esse naturam, ut, cum vel maximâ veri specie sese commendaverint, subinde vel unus melior Codex posthac consultus clare ostendat, longissi-

me eas a vero, quod acu tetigisse nobis visae erant, abfuisse.

Ex *Manuscriptis libris* quae post Casauboni editionem ad hunc usque diem sive ad emendandum Athenaeum, sive ad defectus nonnullos in illius opere explendos fuerint collata, nonnisi perpauca mihi innotuerunt. Haud multo post septimi decimi seculi initium, Andreas SCHOTTUS, in *Observationum Humanarum* libris, [i]) ex vetere *codice Ger. Corselii*, Iurisconsulti & Antecessoris Lovaniensis Academiae, ῥήσεις nonnullas & minuta fragmenta edidit, veluti supplementa primum a se in lucem protracta locorum quorumdam mutilorum apud Athenaeum. Sed

i) Andr. SCHOTTUS, Observ. Hum. lib. I. c. 6. Primum prodiere illae Observationes Antwerpiae anno MDCXIV. biennio postquam iterato iam prodiisset Casauboni Athenaeus. *Corselii codicem*, quem dicit, *membranaceum* fuisse obiter commemorat Schottus ibidem num. XIX. Non plenius Athenaei opus, sed *Epitomen* comprehensam eo codice fuisse, intellexi ex his ipsis, quae a Schotto indidem prolata sunt. Novemdecim sunt fragmenta vel supplementa, quorum sex priora, ad primum Athenaei librum spectantia, tunc primum in lucem producta, nunc etiam a nobis e codice Parisiensi, (uno fragmento excepto num. VI. quod in Excerptis ex illo codice non reperi adnotatum) partim emendatiora, partim etiam auctiora, edita sunt, & omnia suo quodque loco inserta. *Num.* I. habes in nostra editione, ubi ad interiorem libri oram notatur pag. 4. a. quem ad locum, & ad reliqua loca, confer nostras Animadversiones. *Num.* II. habes p. 14. d. *Num.* III. p. 15. a. *Num.* IV. p. 21. f. *Num.* V. p. 24. b. *Num.* VI. p. 28. e. Sequuntur alia, iam a Casaubono suis locis inserta. *Num.* VII. reperies lib. IV. p. 138. b. *Num.* VIII. lib. V. pag. 192. c. *Num.* IX. p. 194. d. & f. *Num.* X. refertur ad lib. V. p. 210. a. sed nihil aliud est, nisi Epitomatoris monitum, quo ablegatur lector ad superiora Athenaei verba, quae pag. 199. c. leguntur. *Num.* XI. refertur ad lib. V. p. 210. b. Sunt autem verba ab Epitomatore contracta & huc relata ex his, quae mox p. 210. c.

illorum ſupplementorum maior pars iam tum a Caſaubono in contextum recepta, & multo etiam ante a Dav. Hoeſchelio, in libello ſupra commemorato,[k]) publici iuris facta erat. Longo deinde ex intervallo, recentiori demum memoria, *Petrus Henricus Koppiers* paucula Antiphanis fragmenta, ab Athenaeo recitata, primus edidit, a RUHNKENIO ex manuſcripto codice Pariſienſi ipſi communicata.[l]) Haud multo poſt RUHNKENIUS ipſe ad Hermeſianactis Elegiam, ab Athenaeo nobis conſervatam,[m]) varias lectiones e duobus codicibus manuſcriptis excerptas, altero Veneto, altero Mediceo, publici iuris fecit.[n]) Denique ex codice Pariſino, di-

iam in veteribus quoque editionibus legebantur. *Num.* XII. reperies lib. VI. p. 273. f. *Num.* XIII. lib. VII. p. 298. c. *Num.* XIV. lib. IX. p. 394. a. *Num.* XV. lib. X. pag. 426. c. *Num.* XVI. lib. X. p. 429. d. *Num.* XVII. lib. X. p. 430. d. *Num.* XVIII. lib. X. p. 451. d. *Num.* XIX. eſt ſcholion ex ora veteris codicis operis integri ab Epitomatore ad oram Epitomes transſcriptum. Idem ſcholion emendatius & in noſtro codice Epitomes, & in vetuſto codice ipſum Athenaei opus continente, legitur.

k) Vide ſupra, p. XXXIX.

l) Ex eodem codice Epitomes, e quo & noſtra editio plurimum profecit, fragmenta illa excerpſerat RUHNKENIUS. Titulus libelli, in quo ea edidit KOPPIERS, hic eſt: *Obſervata Philologica in loca quaedam Antiphanis, Theocriti, Pauli Apoſtoli, Eratoſthenis & Propertii. Lugd. Bat.* 1771. Ea fragmenta habes in noſtra edit. lib. I. p. 55. (ubi in ora ex ed. Caſ. notatur p. 15. a.) tum lib. II. cap. 87. p. 278. ad quae loca vide noſtras Animadverſiones.

m) Athenaeus lib. XIII. pag. 597 - 599. ed. Caſaub.

n) Vide Adpendicem *Epiſtolae Criticae ſecundae* DAVIDIS RUHNKENII, *ex editione altera*, p. 283 ſqq. Adiecta eſt illa altera editio *Hymno Homeri in Cererem*, Lugd. Bat. 1782. Lectiones e codice Mediceo communicaverat Ruhnkenio Abrah. Gronovius; e Veneto, I. P. Bleſſing vir doctus, idem qui Venetiis olim agens de nobis etiam, cum Appianum ede-

verſo ab illo quem modo dicebam, lectiones nonnullas a BRUNCKIO noſtro ſparſim in Notis ad Graecos poëtas memini prolatas. *o*)

Ex eodem codice, quo Bruncknius olim uſus erat, ſparſim deinde lectiones etiam nonnullas protulit *Verſionis Gallicae* auctor, quae ab anno MDCCLXXXIX usque MDCCXCI quinque voluminibus, in quarta forma, Pariſiis prodiit hoc ti-

remus, libello de Rebus Illyricis cum codice Veneto collato optime promeruit. Lectiones, quas e *Mediceo codice* excerptas dixi, habuerat puto a patre Iacobo relictas Abrahamus Gronovius: & commodum fecerint hi, quorum in poteſtate ſunt hodie vel ſchedae Gronovianae ad Athenaeum ſpectantes, vel typis expreſſum Athenaei exemplum, cuius oris inſcripta erat illa collatio, ſi viderint, an, quemadmodum in eiusdem Iac. Gronovii Collectaneis ad Polybium pertinentibus, quae mihi olim Ruhnkenius communicaverat, totum repereram Polybium cum Msstis Mediceis collatum, ſic fortaſſe etiam totus Athenaeus cum Mediceis codicibus collatus reperiatur. Neque vero temere hoc a me coniectari, intelligitur ex eiusdem *Abr. Gronovii* Notis ad Aelianum de Nat. Anim. VIII. 7. ubi ad alium etiam Athenaei locum (ex lib. XV. p. 681. d.) verba nonnulla ex cod. Med. ſupplenda commendantur.

o) Codex ille eſt, quem in Notis & Animadv. ad lib. I. & II. *cod. b.* inſignivimus, ab Hermolao Barbaro ſcriptus; de quo continuo dicetur. Loca, quibus ex eo codice nonnihil in lucem protulit BRUNCKIUS, iam nobis non ſunt in promtu.

p) Quod *pluribus Manuſcriptis codicibus* ſe uſum eſſe in titulo libri profeſſus eſt VILLEBRUNIUS, id eo ſpectabat, quod praeter hos duos, quos nunc commemorat, haberet etiam duo impreſſa exempla editionis Baſileenſis, quorum marginibus inſcriptae erant virorum doctorum Notae: alterum illud Iſaaci Caſauboni, de quo ſupra dictum, (p. LXII ſqq. not. *y*.) quod Aegianas continet Notas: alterum oras omnes repletas habens Emendationibus manu *Antonii* PURSANI; quo de viro nihil aliud ſibi compertum eſſe ait, niſi quod ex Lexico neſcio quo Germanico didicerit, fuiſſe eumdem auctorem libri *Miſcellanea theologica* inſcripti; caeterum ſummâ curâ ab hoc viro lectum olim fuiſſe, ait, Athenaeum, & ſubinde feliciſſimis coniecturis emendatum. Quod elogium quum ſtudium

tulo: *Banquet des Savans par Athenée, traduit tant ſur les Textes imprimés, que ſur pluſieurs Manuſcrits, P.) par M.* LEFEVRE *de* VILLEBRUNE. Qui quibus ſe uſum profitetur codicibus manuſcriptis, eos ipſe his verbis deſcripſit: *Deux Manuſcrits de la Bibliothéque du Roi, l'un No. 3056, écrit, dit-on, de la main d'Hermolaus Barbarus,* q) *excepté les deux premiers livres,*

meum excitaſſet viſendi ipſius libri; facta poteſtate, doctum quidem utique & perinduſtrium virum & in optimorum Graecorum auctorum lectione haud vulgariter verſatum cognovi *Purſanum* illum, quisquis fuit, cuius nomen Graecis literis (ſic, Ἀντωνίου Πουρσανοῦ) in fronte libri inſcriptum eſt; nec indigna eiusdem adnotata intellexi, quae, ſi cui otium fuerit, paulo diligentius perquirantur: caeterum quotquot emendationes in Athenaeum ab hoc viro propoſitas adhuc mihi vacavit excutere, eas fere ad unam omnes nonniſi ex latina Dalecampii verſione Graecum in ſermonem translatas deprehendi. Quod ſi tamen longior nobis conceſſa fuerit illius libri uſura, ſi quid ex eo didicero quod ad noſtrum valeat inſtitutum, lubens eo utar, & bona fide acceptum referam auctori.

q) In impreſſo Catalogo Codicum Graecorum Bibliothecae Regiae his verbis recenſetur idem liber: *Codex chartaceus, quo continentur Athenaei Deipnoſophiſtarum libri decem priores.* *Is codex manu Hermolai Barbari anno Chriſti* 1482 *exaratus eſt.* Et ſcriptum quidem illum eſſe ab *Hermolao Barbaro, anno* 1482 *intra* 37 *dies*, adnotaverat iam Montfaucon in Palaeographia Graeca pag. 100. Quare mirum videri poſſit, cur de ea re dubitanter loquatur Villebrunius: cum praeſertim in fine libri noni, in quem definit codex, haec ipſa verba ſubſcripta legantur: Ἐγράφει [ſic pro Ἐγράφη] ταῦτα, καὶ τὰ λειπὰ ἂν ἡ ἀρχὴ, Ἀλλ' ὥσπερ δεῖπνον, παρ' ἐμοῦ τοῦ Ἑρμολάου τοῦ Βαρβάρου τοῦ Ἐνετοῦ ἐν ἡμέραις λζ'. Ἠρξάμεθα δὲ ἀπὸ τετάρτου τοῦ ὀκτωβρίου μηνὸς 1482 ἐν ταῖς Ἐνετίαις, καὶ ἐτελέσαμεν τῇ ἐνάτῃ τοῦ ἑπομένου μηνὸς τοῦ νοεμβρίου. Sed nimirum orizi ſuſpicio poterat, eſſe fortaſſe hunc codicem ex illo, quem ſua manu Hermolaus ſcripſiſſet, ab alio ſcriba transſcriptum, ab eodemque ſcribâ ipſa quoque illa Hermolai extrema verba ex eodem illius exemplo fuiſſe deſcripta. Quae ſuſpicio inde potiſſimum fit probabilis, quod, cum in ipſa illa ſubſcriptione profiteatur

qui ſont d'une autre main, mais très-ignorante, ou qui a copié ſur un volume très-fautif; cependant ce texte n'eſt pas à mépriſer: le reſte ne va que juſqu'à la fin du livre IX: en général, le texte copié par Hermolaus Barbarus, eſt précieux.[r]) *Le ſecond Manuſcrit eſt le No.* 1853, *très-bien écrit, mais moins ſûr que l'autre. Les deux premiers livres manquent; le reſte ne va pas plus loin que l'autre.*[s]) Unde intelligitur, etiamſi forent optimae notae duo illi codices, a quo multum quidem uterque abeſt, tamen vel hoc nomine plurimum eis ad ſarcienda Athenaei detrimenta deeſſe, quod in eorum utroque integri ſex poſteriores totius operis libri deſiderentur.

XI.

Deſiderata Athenaei Nova Editio.

Talis cum fuiſſet Athenaei ad hos fere dies varia fortuna, deſiderabatur omnium ſtudiis, qui has literas colunt, nova Editio; quae &, quibuſcumque in locis fieri certâ ratione poſſet,

HERMOLAUS, *ſe non ſolum hos libros, verum etiam reliquos* (e quibus decimus, qui proxime ſequi debebat, ab illis verbis incipit, Ἀλλ' ὥσπερ δείπνου) *ſcripſiſſe*, tamen in eodem hoc codice, proxime ante iſta verba, haec legantur, eâdem (ut videtur) manu ſcripta: Ζήτει τὸ λοιπὸν τῆσδε τῆς βίβλου, ὅπερ ἄρχεται ἀπὸ τούτου τοῦ μέρους, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἀλλ' ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ ποικίλος εὐωχία, καὶ τὰ λοιπά. Caeterum quod in praedicto Catalogo Msstorum hic codex perhibeatur *decem priores Athenaei libros continere*, id falſum eſſe, ex his ipſis quae modo dicta ſunt intelligitur: & deſinit ille ſane in his ipſis verbis ἀπὸ τῆς τοῦ Ἡρακλέος ἀδηφαγίας, quae claudunt nonum auctoris noſtri librum.

r) Idem de hoc codice iudicium ſua manu Villebrunius, in uno ex albis foliis codici prae-

emendatiorem Scriptoris huius Contextum exhiberet, & tot Virorum doctiſſimorum varias Obſervationes, quae vel ad illuſtranda loca difficiliora, vel ad probabile remedium corruptis locis adferendum ſpectarent, ex infinito voluminum numero, per quae diſperſae erant, collectas unum ſub conſpectum poneret ſtudioſi lectoris. Et poſteriorem quidem huius conſilii partem propoſitam fuiſſe intelligo docto Viro, qui in Germania ante aliquot annos, ut ſupra dixi, [t]) novam Athenaei editionem molitus eſt; cuius inſtitutum ſi exitum eſſet ſortitum, hac quidem ex parte & nos magnâ moleſtiâ fuiſſemus levati, & ſtudioſo Athenaei lectori melius haud dubie, quam noſtrâ qualicumque operâ fieri potuerit, conſultum fuiſſet. Porro quum ab eo, qui novam Athenaei editionem eſſet ſuſcepturus, illud etiam vel maxime, & quidem optimo iure, requiri videretur, ut in locum Verſionis Dalecampii, quae nimis frequenter ab auctoris mente plurimum recedebat, ſubſtitueret aliam, quae perpetui vice Commenta-

fixis, conſignavit his verbis: *Hunc codicem contuli, plurimaque antiqui textus veſtigia in eo deprehendi. Pariſiis 2. Ianuarii, 1791. Lefebvre de Villebrune.*

s) In Catal. Codd. Graecorum Biblioth. Reg. ſic deſcriptus eſt ille codex: *Chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur:* 1. *Procli Diadochi Commentarius in libros Platonis de Republica.* 2. *Athenaei Deipnoſophiſtae, ab initio ferme libri tertii, ad noni usque finem. Is codex ſeculo XVI. exaratus videtur.* In eiusdem codicis fronte haec inſcripſit Villebrunius: *Hunc codicem contuli: nonnulla ſparſim antiqui textus veſtigia mihi ſolus obtulit. Alter tamen, manu Hermolai Barbari ſcriptus, longe eſt anteponendus. Pariſiis, 22. Ianuarii. Lefebvre de Villebrune.*

t) Vide ſupra, pag. 1 & 11.

rii rite fungeretur; percommode hoc quoque a Lipſienſi Editore erat inſtitutum, ut, quoniam novam ipſe Latinam Verſionem conficere nollet, Gallicam Villebrunii verſionem, quae, univerſe ſpectata, haud abſurda videri debebat, Graeco exemplo comitem daret. Sed, ipſum Graecum Athenaei contextum nulla parte emendatiorem, quam dederat Caſaubonus, velle lectoribus repraeſentare; id vero, in hac literarum luce, & in tanta tamque parata certiſſimarum emendationum copia, pridem a viris doctis in medium collatarum, mireris fortaſſe in animum inducere quemquam potuiſſe. At deſines mirari, ſi conſideraveris, quam lubrico in loco verſentur omnino hi, qui veterum Auctorum ſcripta emendare ſuſcipiunt; quamque multis modis multisque partibus difficilior res ſit, aleaeque plenior, in tali praeſertim ſcripto, quale eſt hoc Athenaei opus, illud tibi munus imponere.

Vidimus magnum Caſaubonum,[u]) de infinitis difficultatibus moleſtiisque, quibus in ſcribendis *Animadverſionibus* in Athenaeum paene oppreſſum ſe narrat, in epiſtolis ad familiares conquerentem: idemque, in Praefatione eiſdem Animadverſionibus praemiſſa, *multo operoſiorem ſibi fuiſſe hunc laborem* profitetur, quam illum quem in *conſtituendo Textu* huius Scriptoris poſuiſſet. Ego vero, ex quo in hoc genere pridem coepi laborare, contrario modo ſemper adfe-

u) Vide ſupra, pag. LIV & ſq.

ctum me ſenſi. In conſcribendis *Adnotationibus* aut *Animadverſionibus*, ſi quid occurrit in auctore obſcurum, aut de quo quid facias haud liqueat; non iam dico, licere editori (quod a multis ſaepe, & ab ipſo maximo Caſaubono haud ita raro factum vidimus) tranſilire quae non intelligat, aut in quibus incertus haereat, & ſupercilioſo quodam ſilentio ſpeciem ſumere, quaſi ita facilia & in promtu ea eſſe iudicaverit, ut nulla notatione aut illuſtratione indigerent: illud dico, ſive de ſcriptura auctoris quaeratur, ſive de verborum ſententia, aut de re quacumque, quae tibi non perſpicua ſit, apertum *in Animadverſionibus* campum te habere liberamque poteſtatem dubitationes tuas & dubitandi rationes proponendi, & in omnes partes verſandi quaeſtionem; nec eſſe tibi impoſitam neceſſitatem, certum aliquid ſtatuendi, aut id, quod nondum ſatis perceptum habeas, quaſi perceptum & exploratum arripiendi. At ubi ipſum *Exemplum* ſive *Contextus* (quem vocamus) auctoris conſtituendus eſt, ſeligenda e pluribus ſive lectionibus ſive coniecturis, non modo diverſiſſimis ſaepius, verum etiam e diametro interdum oppoſitis, una eſt, quam poſthabitis caeteris amplectaris atque unice probare videaris. Atqui ſaepenumero ita paria reperias in partibus contrariis rationum momenta, ut, utram eligas, nulla certa ratione conſtituere tecum poſſis: fitque ſubinde, ut, poſtquam cummaxime in hanc partem tractam inclinatamque

tuam adſenſionem ſenſeris, exiguo interpoſito temporis intervallo rurſus oppoſita pars potiorem inſignioremque veri ſpeciem videatur habere. Eſt autem animo veri ingenue & bona fide ſtudioſo nihil moleſtius, nihil quod magis eum angat prematque, quam ſi in quaeſtione dubiâ pronunciare in alteram utram partem cogatur, & tamquam perceptum atque exploratum ſumere aliiſque proponere debeat id, in quo non videat eas veri notas expreſſas, quae excludant omnem erroris formidinem.*)

Sed praeter alias difficultates, quae ab emendando Athenaei contextu, & veluti novo quodam huius auctoris exemplo conſtituendo, deterrere Editorem ad haec noſtra uſque tempora debebant, erat in eodem hoc opere immenſus ille, quem dixi, & infinitus locorum numerus, quae in mendo cubabant; ita ut ubique fere

*) Levari quidem aliquatenus incommodum illud ea ratione poteſt, quâ nos, ſicut in aliis Graecis auctoribus, quos olim edidimus, ſic & in hoc praeſertim uſi ſumus, ut dubiis in locis, alterâ ſive lectione ſive emendatione in contextum receptâ, ſimul alteram in proximo in brevibus Notulis textui ſubiectis adponeremus. Sed vel ſic vix cavere editor poteſt, ne videatur aliquod inſignius atque potius momentum ei tribuere ſcripturae, quae ab eo in Contextu fuerit poſita, quam alteri. Et quamvis in Animadverſionibus & dubitationem ſuam & incertitudinem ingenue profiteatur, impedire tamen non poteſt, quo minus dehinc a multis, qui editione auctoris ab ipſo procurata uſuri ſint, id quod ab eo in Contextu poſitum fuerit, pro unice vera lectione ſumatur repetaturque, & in alios atque alios libros atque libellos, ubi de eo loco auctoris aut de re ab illo tractata agitur, transferatur. Ita fit, ut, ſi ſcriptura, ſemel ab illo recepta, falſa dein comperiatur, in cauſſa ille quodammodo fuerit, ut error aliquis, isque ſatis gravis interdum, &

nonniſi ex Coniecturâ, eâque lubricâ plerumque & ancipiti, fuiſſet agendum. Quo accedebat etiam ſuſpecta ſaepe & gravi dubitationi obnoxia auctoritas illarum lectionum, quae, tamquam ex Italicis codicibus excerptae, a Caſaubono erant prolatae. Quod ſi ſaltem vel iidem ipſi Italici codices denuo adcurate fuiſſent excuſſi, aut ſi eſſent alii meliores reperti, quorum ope inſignis aliqua pars illorum errorum certâ ratione potuiſſet tolli: ſic non modo, quantum ipſi codices per ſe contuliſſent, tantum lucraturus fuiſſet hic auctor; verum etiam pluribus aliis in locis, obſervata rationis paritate, & collatis aliis locis cum aliis, magna rurſus pars aliorum errorum ratione non minus certa corrigi potuiſſet: denique confirmatio illa, quam ex probatorum codicum auctoritate accepiſſent multae coniecturae a Viris doctis olim propoſitae, novum pondus additura erat aliis ſimili-

plures rurſus alios ex ſe errores gignens, longe lateque ſit propagatus. Sin *Verſionem* etiam *Latinam* Graeci ſcriptoris ſive corrigendam ab alio ante ſe confectam, ſive totam fere de novo concinnandam ſuſceperit editor: (quam laboris partem imprudentior ego, ſemel ſuſcepto editoris munere, ne ipſam detrectare debere putaveram:) tum vero rurſus non modo eisdem, quibus in Graeco conſtituendo contextu, difficultatibus anguſtiisque preſſum ſe ſentiat neceſſe eſt, quoties quidem non ad nudas quasdam verborum formas, ſed ad ipſam ſententiam resque ipſas pertinebat lectionis varietas: verum etiam alia atque nova accedit anxietas & ſolicitudo, ubi de *ſcripturae* per ſe etiam certae *ſententia* incertus haeret; praeſertim cum cogitat, in Graeco ſcriptore multo plures lectores ex adiecta Verſione, quam e Graeco exemplo, ſolere ſapere, tantoque magis cavere debere interpretem, ne falſâ interpretatione maiorem etiam hominum numerum in errorem ſecum abripiat.

bus coniecturis etiam eis in locis ubi siluissent codices.

XII.

Meliores Athenaei Codices reperti.

Atqui tales, quales optare fas erat, sperare vix licebat, duos maxime *Athenaei Codices Manuscriptos* nuperrime repertos esse, sciant gaudeantque quibus hic Auctor curae est. Eorumdemque Codicum praesidio in adornanda hac Editione, praeter alia quae praesto fuere adiumenta, nobis contigit uti. Primum enim, quod ad Epitomen spectat, quae cum sola, quidquid de duobus prioribus Athenaei libris supereſt, nobis conservavit; tum ad emendandos reliquos libros, qui integri superſunt, haud leve momentum Casaubono contulerat: vidimus profitentem eumdem Casaubonum, *y*) in *Codice Hoeſcheliano Epitomes*, quo ille uno usus est, *tantum fere abfuisse a fronte praeciſum, quantum extat libris editis inſertum.* Itaque in prioribus illis libris emendandis, praeter ea loca quae apud Eustathium ex ipsa Epitome excerpta leguntur, nullum ex veteribus codicibus praesidium Casaubono suppetebat, nisi lectiones quaedam spar-

y) Sect. IX, pag. LXVI.

z) Non in alio certe, nisi in eodem illo codice, supplementa ista quaerenda esse debebat videri; quoniam non modo Catalogus Codicum Graecorum, sed ne Villebrunius quidem, qui quidquid ad Athenaeum pertinens Bibliotheca Parisiensis possideret perquisivisse videbatur, alterius cuiusdam codicis, Epitomen Athenaei continentis, mentionem feciſſet.

a) Est ille codex supra a nobis

sim a Levinio ipsi communicatae, eaeque quas in Excerptis e codicibus Italicis lubrica fide adnotatas repererat. Quare optandum quidem utique erat, ut ex illo saltem codice Parisiensi, quem ex Catalogo manuscriptorum & ex Gallici interpretis praefatione cognitum habebamus, quamquam mendosum admodum esse ipse Villebrunius professus erat, tamen continuo tenore cum editis exemplis conferrentur *duo priores Epitomae libri*, qui in illo codice continentur; cum praesertim credibile esset, fragmenta illa, quae e Codice Parisiensi a Ruhnkenio excerpta & a Koppiersio edita dixi, ex illo ipso esse depromta: τ) unde spes quoque elucebat, alia etiam insuper Athenaei supplementa in eodem fortasse iri repertum. Sed optabile praesertim erat, ut probatus aliquis codex totam etiam Epitomen exhibens reperiretur; cum quo & ea conferri possent, quae ad reliquos tredecim Athenaei libros emendandos ex Hoescheliano codice Casaubonus protulerat, & e cuius collatione aliis fortasse etiamnunc male adfectis auctoris nostri locis medicina inveniri posset. Et, ecce, exhibemus hodie Lectori non solum lectiones ex praedicto Codice [a]) continua quadam

descriptus, pag. LXXVII. not. *q.* quem & in brevibus Notis ad lib. I. & II. contextui subiectis, & in uberioribus Animadversionibus hac nota *cod. b.* insignivimus. In reliquis libris non nisi raro admodum mentionem eiusdem factam reperiet Lector, ubi vel a Brunckio, vel a Villebrunio lectionem ex eo prolatam referam. Ibi vel sub nomine *Codicis Hermolai Barbari* a nobis citabitur, vel hac notâ *cod. B.* aut *ms. B.* insignietur.

& diligente collatione excerptas: verum etiam, cum in eodem fruſtra quaereres Ruhnkeniana illa ſupplementa, aut iſta quae ab Andrea Schotto[b]) iam olim edita commemoravi, repertus eſt alius *Codex*, (is ipſe, quem Ruhnkenius olim tractaverat) *totam Athenaei Epitomen* continens, praeſidiumque haud vulgare offerens cum ad corrigendos, non modo duos priores, ſed & reliquos auctoris noſtri libros, tum vero ad ſupplenda paſſim nonnulla, quae in impreſſis exemplis adhuc deſiderabantur.[c])

Eſt is Codex nitidiſſimus, duobus ac ducentis membranaceis foliis maioris menſurae conſtans; totam, ut dixi, Athenaei Epitomen exhibens, inſuperque ſeparatim Fragmenta quaedam ex libro ſecundo olim integro excerpta, quae ab Epitomatore in ipſa illius libri epitome praetermiſſa erant. Terſiſſima libri ſcriptura; currente licet manu exarata, multisque ſcribendi compendiis implicata. Aetas quidem medium decimum quar-

b) Vide p. LXXIV ſq. not. *i*.

c) Illum codicem cum in Notulis noſtris contextui ſubiectis, tum in Animadverſionibus ad lib. I. & II. hâc notâ *cod. a.* inſignem fecimus: in tertio vero libro & ſequentibus idem codex iſtâ notâ *ms. Ep.* & inſignitus eſt, & deinceps inſignietur.

d) Adnotatum in MORERII Lexico Hiſtorico reperio, venditione diſtractam fuiſſe publicam Sedanenſem bibliothecam, poſtquam anno 1681 ſtudiorum Univerſitas, quae Sedani floruerat, regio edicto eſſet ſublata. Inde Codex ille primum in manus pervenit *Renati Franciſci de Sluſe*, cuius nomen etiam poſt illa verba, *Bibliothecae Sedanenſis*, ibidem inſcriptum cernitur: quem fuiſſe doctum virum Leodienſem canonicum, vita functum anno 1685, ex eodem Lexico Hiſtorico voce *Sluze* didici. In Bibliothecam Pariſienſem nonniſi poſt annum 1740, quo editus eſt Catalogus Graecorum Msstorum, per-

tum ſeculum vix videtur attingere. Calligraphus nusquam ſuum prodidit nomen. Picturis ornata prima pagina, multo inſuper auro nitet: nitet etiam auro libri cuiusque exordium. Generalis titulus, ut in Animadverſionibus etiam a nobis adnotatum eſt, in fronte hic inſcriptus: *Βίβλος ἡ λεγομένη Δειπνοσοφιστής*: tum in fronte cuiusque ſingularis libri ſcribitur, *Ἀθηναίου ἐκ τοῦ α'. β'.* (& ſic porro) *βιβλίου*. Primo folio albo inſcripta verba *Bibliothecae Sedanenſis* indicant, ex bibliotheca Univerſitatis olim Sedanenſis, neſcio per quae fata, in Pariſienſem Bibliothecam publicam eſſe invectum. [d]) In hoc igitur *Codice* SEDANO-PARISIENSI non modo ea ſupplementa, quae ſparſim ab H. Stephano, ab Hoeſchelio, ab Andr. Schotto, a Koppierſio edita fuerant, nec dum in Athenaei editionem ullam erant recepta, ſed & alia nonnulla, nusquam antehac edita, reperta ſunt, & ſuis locis a nobis inſerta. [e]) Praeterea vero, quamquam nec admo-

veniſſe eumdem codicem, inde adparet, quod nulla eius mentio in illo Catalogo facta eſt: ſed, abhinc annis amplius triginta ibidem ſervari, intelligitur ex his, quae ex Koppierſii Adnotatis Philologicis (anno 1771 editis) ſupra retulimus. Quo magis mireris, nullam non dico rationem habitam huius codicis, ſed ne mentionem quidem factam a Villebrunio.

e) Vide noſtram Edit. lib. I. ubi in interiori adnotatur p. 3. f. & conf. Animadv. p. 43. Tum I. 14. f. coll. Anim. p. 126 ſq. I. 15. a. coll. Anim. p. 129. I. 21. f. coll. Anim. p. 177 ſq. I. 24. b. coll. Anim. p. 188. II. 36. d. coll. Animadv. p. 262 ſq. II. 49. a. coll. Animadv. 339. Denique quaecumque habes in noſtra edit. lib. II. cap. 86 & ſeqq. pag. 276 ſqq. coll. cum Animadv. p. 477 ſqq. In Supplementis a Schotto editis unum eſt num. VI, ſpectans ad I. 28. e. de quo in Animadv. p. 213. dixi, neſcire me-

dum eſt antiquus, nec ab errorum utique contagio immunis; tamen, quantum ſit, quod diligens huius codicis excuſſio ad emendanda corrupta in ſuperioribus Athenaei editionibus loca contulerit, cum in duobus quidem prioribus libris quaelibet fere pagina noſtrae editionis declarat, tum in ſequentibus etiam libris magno documentorum numero conſtabit. *f*)

Accedo ad *Codicem* VENETO-PARISIENSEM, quem multò etiam maioris eſſe momenti intelligent, & Athenaeo noſtro gratulabuntur, qui vel, quae ex eo ad emendandos reliquos inde a tertio operis integri libros profecerimus, conſideraverint; vel, quae hoc loco bona fide de eo codice expoſiturus ſum, cognoverint. Eſt igitur membranaceus codex, toto ſtatim habitu venerandam quamdam prodens vetuſtatem, trecentis ſeptuaginta tribus foliis conſtans maximae menſurae. Quaelibet codicis pagina in duas columnas diſtincta. Scriptura, nullis usquam compendioſis nexibus horrens, ſimilis maxime ei, quam pro exemplo ſcripturae decimi ſeculi

an in noſtro etiam cod. *a*. (id eſt, in hoc olim *Sedanenſi*) legatur. Nunc, quum hoc ipſo tempore, quo iam ſcripta haec Praefatio ac propemodum typis expreſſa erat, ipſe hic pulcerrimus Codex, iuſſu doctiſſimi ſapientiſſimique *Rerum Interiorum Reipublicae Gallofrancicae Adminiſtri*, & *Curatorum publicae Bibliothecae Pariſienſis* benevolentiâ, ad me fuerit tranſmiſſus; video idem illud Fragmentum eodem loco, ad quem illud a Schotto relatum eſt, interiori orae folii 14. verſi minutis rubris literis adſcriptum. Scilicet alia omnia Primi Libri Supplementa, quae hic Codex dedit, ipſi contextui inſerta in eo leguntur; hoc unum orae adtextum eſt, eamque ob cauſſam ab eo adoleſcente, qui hunc co-

adpoſuit Montfaucon in Palaeogr. Graec. pag. 282. num. VI. In diphthongis α, η & ω, ſubiunctiva vocalis iota interdum quidem omiſſa, ſed plerumque ac fere conſtanter adeſt ad latus poſita, nunquam ſubſcripta. Rarae eliſiones vocalium, praeſertim etiam in verſibus, ubi metri ratio eliſionem deſiderabat: plerumque omnia verba plene, ut aiunt, ſcripta. Accentus & ſpiritus plerumque ſatis adcurate poſiti; ſaepe tamen, difficilioribus praeſertim in vocibus, deſunt. Partitio verborum, id eſt, diſtributio literarum quatenus eae vel ad praecedens verbum vel ad ſequens pertinent, frequenter ſine iudicio & contraria prorſus ratione, quam ſententia poſtulabat, inſtituta eſt; pariterque ſigna diſtinguendis orationis membris inſervientia, praeter rationem alieniſſimo frequenter loco poſita conſpiciuntur: ut, quid eſſet, quod ex exemplari, in quo voces non eſſent a ſe invicem diſtinctae, deſcriberet, parum intellexiſſe librarius videatur; *g*) qui & ſuam vel ignorantiam, vel parum ſupra vulgus elatam ſcientiam, perpetuâ confu-

dicem in uſum noſtrum cum impreſſo exemplo contulit, neglectum erat. Vide Supplementum Animadverſionum ad Lib. I. & II. poſt Animadverſiones noſtras in Librum ſecundum.

f) Iam ſaepe a multis, & paſſim etiam a nobis alibi obſervatum eſt, nec iuniorem codicis alicuius aetatem, nec magnum errorum numerum, quo contaminatum videas, obſtare, quin ſimul praeſtantiſſimus, & veteris veraeque ſcripturae veſtigiorum plurimis in locis, ubi corrupti alii codices, ſervantiſſimus eſſe poſſit. In codice Pariſienſi Commentarium Simplicii in Enchiridion exhibente luculentiſſimum eius rei documentum nuper etiam vidimus.

g) Ex quo illud ſaltem ſatis

ſione vocalium diphthongorumque η ι ει υ & ο ſatis prodidit. Comprehenditur eo codice quidquid de pleniore Athenaei opere hodie ſupereſt, ab initio fere tertii libri uſque ad finem quinti decimi. [h])

Priora quae hodie in hoc libro ſuperſunt folia, ſitu & vetuſtate nonnihil detrita ſunt, & ſcriptura primae praeſertim paginae ita exſoleta ac paene evanida, ut ſatis adpareat, longo tempore nudum hac parte & apertum librum iacuiſſe. Denique nullâ praefixâ inſcriptione, in ſuprema primae illius paginae parte, eodem in angulo, qui reſpondet ei loco, a quo ſequentes omnes rectae paginae continuo tenore opus perſequentes incipiunt, ſubito & ex abrupto fit totius operis initium ab his verbis:

στελεω ραφανίδας· σικυοῦ στέτ
ταρας σικύδιον ἀ' ὑποκορεστι
κῶς εἴρηκε φρύνιχος ἐν μονο
τροπωι· [i]) κὰν τραγειν σικύδι
οὐ: θεόφραστος δέ φησι,

Quae ſunt omnino talia, ut, quicumque huius codicis principium inſpexerit, ad primum ſtatim obtutum non poſſit quin cogitet perſuaſumque habeat, fuiſſe hunc eumdem ipſum codicem olim initio auctiorem & integriorem; abruptasque ab eodem, priusquam eo involucro, quo hodie compactus eſt, includeretur, eas mem-

probabiliter colligi poteſt, non eſſe verendum, ab illo homine quidquam in hoc codice ex ingenio aut temerariâ quadam coniecturâ eſſe mutatum.

h) Confer quae de diſtributio-

branas esse, in quibus praecedens operis pars scripta fuisset. Id autem si verum est, consequens fere erit ut statuendum sit, alios omnes Athenaei codices, qui quod de pleniore opere supereſt continent, quorum quidem adhuc notitia ad nos pervenerit, ex hoc eodem ipso codice, de quo loquimur, tamquam e communi fonte, esse derivatos. Qua de re si cui etiam atque etiam dubitandi locus videtur supereſſe; age, videamus nos, quaenam sit eiusdem codicis ratio eis in locis, quibus partim in libro undecimo, partim sub finem decimi quinti libri, sicut Aldinam editionem, sic & alios omnes quos novimus codices, lacunis quibusdam hiare diximus.[k])

Igitur libro XI. p. 466. d. lacuna est, male ab editore Veneto (p. 188. l. 20.) incrustata ac dissimulata; quam deinde Casaubonus in Animadv. lib. XI. cap. 4. ex Epitoma, quoad fieri potuerat, supplevit. Cuius lacunae non alia causa aut origo est, nisi quod in istis nostris membranis eodem loco folia aliquot (quatuor puto) olim, priusquam compactus esset liber, abrupta fuerint atque perierint.

Sub finem libri decimi quinti, prima est lacuna in editione Venetâ pag. 292. fere extremâ, eo loco qui in editione Casauboni est pag. 699. lit. f. Ibi editio Ven. subito definit in his ver-

ne librorum huius Operis dicta sunt, p. xv seqq. not. z.

i) De ista voce μετοτρόπω vide superius dicta, p. lxix not. *f*.

k) Vide supra, p. xxviii & p. lxx sq. not. *g*.

bis, πίσσα δ' ὑπὸ γραβίαν ἔσταζεν οἷον
Tum linearum aliquot ſpatio vacuo relicto ſic pergitur, initio a nova linea ſumto: Τῆς δ' ἐν τριόδοντι ἢ ῥωποπώλῃ προειπὼν &c. Eam lacunam Natalis Comes (is quem ſupra vidimus [l]) praedicantem, magnam ſibi codicum manuſcriptorum copiam praeſto fuiſſe) in Latina verſione p. 287. callide diſſimulans, Graeca ad verbum ſic latine reddidit: *pix ſub grabia ſtillavit uti. At in Tridente ſive Seplaſiario, praedicens.* Cuius fere exemplum ſecuturus Caſaubonus, cum callidius etiam agere vellet, imprudentius egit, & quidem (quid enim verum verear fateri, cum in aprico ſit?) imprudentius multo. En verba, quae eo loco ille in contextu a ſe edito poſuit: Θεοδωρίδας γοῦν ὁ Συρακούσιος ἐν Κενταύροις διθυράμβῳ φησὶ, πίσσα δ' ὑπὸ γραβίων ἔσταζεν. λυχνοῦχον δὲ τὸν φανὸν ἐν πολλοῖς εὑρήσεις. Ἀλεξις. Τίς ἂν ὁ πρῶτος † τίς δ' ἐν Τριόδοντι ἢ Ῥωποπώλῃ προειπὼν, &c. Scilicet in omnibus ſuis Excerptis ex Italicis codicibus nihil ad eum locum adnotatum repererat Caſaubonus; certo argumento, eodem defectu, quo Aldinam editionem, codices illos hoc loco laboraſſe. At nimirum in *Epitoma* (cuius codicem Hoeſchelianum ob oculos habuerat; nobis eam co-

l) Vid. p. XXXIV. ibique not. *i*.

m) Quaenam eſſet verborum a ſe ibi temere adeo in contextu poſitorum ſententia, ipſum ſe neſciviſſe, indicavit Caſaubonus interpoſitâ illâ crucis figurâ; quam adponere ille conſueverat non ad lacunam aliquam aut defectum nonnullorum verborum ſignificandum, ſed ut indicaret, aliquid in ſingulis verbis ſe corruptum eſſe iudicare: cuiusmodi in locis minutum aſteriſcum Venetus editor ponere ſolitus erat. Sic (ut hoc utar, quoniam in proximo eſt) pag. 700. a. in ed.

dex Sedanenſis exhibuit) poſt illa verba quae ſic ibi ſcripta leguntur, *πίσσα δ' ὑπὸ γραβίων ἔσταζεν.* continuo in hunc modum pergitur: *λυχνοῦχον δὲ φανὸν ἐν πολλοῖς εὑρήσεις* [ſic vitioſe, pro *εὑρήσεις*] *τις ἄν. Ἀλεξις· Ὁ πρῶτος εὑρὼν μετὰ λυχνούχου περιπατεῖν,* & reliqua quae deinde eadem ipſe etiam Caſaubonus pag. 700. a. perinde atque Veneta editio exhibet. Eademque fere, quae ex Epitoma adpoſui verba, ex eadem Athenaei Epitoma repetiit etiam Euſtathius in Comment. ad Odyſſ. *η'.* pag. 272. lin. 47. coll. lin. 54. quem locum Euſtathii ipſe etiam Caſaubonus cognitum habebat, ut ex eius Animadv. ad illa verba *πίσσα δ' ὑπὸ γραβίων ἔσταζε* adparet. Iam quum manifeſtum eſſet, Epitomatorem praetermiſſis prorſus his, quae ex fabula *Τριόδοντι ἢ Ῥωποπώλῃ* ab Athenaeo prolata ſunt & in editis etiam libris conſervata, ſtatim ad ea, quae deinde ſequuntur, tranſiiſſe: miro quodam conſilio & incredibili prorſus inconſiderantiâ Caſaubonus miſere diſcerpſit Epitomatoris verba, & eorum partem alieniſſimo loco intruſit; ita quidem, ut, quid ſibi voluerit Vir doctus, non modo lector neſciat, ſed ne ipſe quidem intellexerit.[m]) Quod vero magis etiam mireris: in Animadverſionibus ne ver-

Caſ. haec verba tali modo expreſſa leguntur, *Ἀναξανδρίδης δ' ἐν Ὑβρίου κοβυ † λαβὼν τὸν φανὸν ἄψοις μοι λύχνον.* Ubi utique non tam defectus locus, quam alio modo corruptus eſt: neque meliora dant ibi noſtrae membranae, niſi quod in his *ἄψεις*, non *ἄψοις*, ſcribitur. Igitur Caſaubonus iſta *ἐν Ὑβρίου κοβυ* ſic corrigenda cenſuit, *ἐν Ὑβρεϊ ἢ Κονδύλῳ.* Ego vero, (ut hoc in tranſcurſu adiiciam) memor eorum, quae cum de inepta vocum in membranis noſtris diſtributione, tum de vocalium ſimilis fere ſoni (in qui-

bulo quidem de *lacuna*, quae ibi in vulgato contextu fuerat, monuit; nec ullam rei tam praeclare a se hoc loco administratae rationem reddere dignatus est. In *codice* olim *Palatino*, quem in publica Parisiensi Bibliotheca cuivis hodie inspicere licet, eadem hoc loco, quae in Veneta editione, lacuna conspicitur: postrema ante lacunam verba sic ibi scripta sunt, *απογραβιαν ἔστηζεν οἷον*

tum spatio vacuo relicto sic pergitur, *τῆς δ' ἐν τριόδοντι* &c. Iam nostrae quid docent *Veneto-Parisienses membranae?* Scilicet, in his verba illa, quae proxime praecedunt lacunam, scripta sunt sub finem posterioris columnae paginae rectae, sed pars ima eiusdem folii abrupta est; unde factum, ut in fine cuiusque ex quinque postremis lineis huius columnae aliquid interciderit: nempe, postquam linea sexta ab ultimâ exiit in literas *δι*, a quibus incipit vox *διθυράμβῳ*, reliquae quinque lineae, prouti hodie supersunt, sic habent:

θυραμβω φησιν. πισ
σαδ' ἀπο γραβιον ἐστ
ζεν οἷον α-
παδων μν
γραβιων κο

Deinde in proximâ columnâ, quae est prior co-

bus etiam ο & ω) frequenti permutatione supra dixi; tum recordatus similitudinem in eisdem membranis literarum κ & β, nonnisi paulo eminentiore sinistro cornu literae κ differentium; (vide exemplum scripturae ex Montfauc. Pal. Graec. pag. 282. num. VI. supra citatum; & confer ibi figuram literae β in ἐλάβομεν lin. ult. cum figura literae κ in νικρᾶν lin. penult.) sic cor-

lumna eiusdem folii verſi, ſcriptura ſitu fere prorſus evanida & partim etiam exeſa eſt; poſterior vero eiusdem folii verſi columna incipit ab illis verbis, quae in editione Veneta atque etiam in Palatino codice poſt praedictam lacunam ſequuntur, quae in membranis ſic habent, *της δ' ἐν τριόδοντι* &c. Nempe non Τῆς cum circumflexo accentu, ut in ed. Ven. expreſſum, ſed *της* absque accentu eſt in membranis, quemadmodum etiam in Palatino codice; ut videatur *της* eſſe extrema ſyllaba in quam exiit nomen poëtae, cuius erat fabula Τριόδους ἢ Ῥωποπώλης, ſive *Pherecrates* is fuit, ſive quis alius: nam nomen illius fabulae nusquam alibi citatum memini, nec nunc quaerenti mihi licuit reperire. Quibus ita expoſitis, & origo atque ratio illius lacunae, quae reliquos omnes codices eo loco occupavit, adparet; &, quantum ſit, quod & in editis libris & in reliquis manuſcriptis ibi deſideretur, intelligitur; nempe tantum, quantum in noſtris membranis unam integram columnam, cum aliquot inſuper lineis, compleverat. At ſunt tamen ea ipſa, quae continet illa columna, quam fere prorſus evanidam dixi, non ita penitus deſperata, uti viſa fuerant ei homini, qui ex hoc exemplari illud apographum confecit, [n])

ſigere non dubitaverim: Ἀναξανδρίδης δ' ἐν Ὕβρει·

Οὐκ ὠχὺ λαβὼν τὴν φανὴν, ἄψεις μοι λύχνον;

n) Nempe cum lacerae eſſent poſtremae lineae ſuperioris columnae, adeoque interrupta eſſet orationis connexio, tanto minus operae pretium duxerat iunior librarius, (mercede fortaſſe conductus homo, & operae temporique parcens) inutile tempus

e quo caeteri codices, qui hodie ſuperſunt, manarunt. Nonnulla certe ex eisdem etiam nunc, ſi & oculos & ingenium intendas, partim ſatis commode legi, partim certâ ſatis ratione ſuppleri poſſunt: quae ſuo tempore, ſi Deus nobis conceſſerit, ut finem ſuſcepti operis videamus, cum Lectoribus noſtris communicabimus.

Altera in ed. Ven. indicatur lacuna pag. 393. lin. 25. poſt verba Κλείταρχος φησί. quae verba in ed. Caſ. p. 700. f. leguntur. Poſt eadem certe verba, quae in ed. Ven. ante mediam lineam deſinunt, relictum in eadem editione eſt ſpatium vacuum trium fere linearum. At ibi rurſus Caſaubonus, cum nihil eo loco adnotatum ex Italicis codicibus reperiſſet, o) nec lacunam indicavit, nec omnino, quid eo loci ab Editore Veneto admiſſum eſſet, odoratus eſt. Scilicet: quod in *Codice Palatino* factum eſſe, quisquis voluerit, hodie in Pariſienſi bibliotheca videre poteſt, ut deſinat ille in his verbis, Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι μέμνηται, (quae in ed. Caſ. p. 700. e. habes) tum ſpatio nonnullo vacuo relicto, praetermiſſisque ſex lineis, quae poſt eadem verba in ed. Ven. & Caſ. leguntur, ſtatim ſic pergat, καὶ Πλάτων ἐν Νυκτὶ μακρᾷ: idem ipſum haud dubie etiam in

in tentando conſumere, an ex his, quae in illa columna evanida ſuperſunt, aliquid ſatis probabile poſſet extundere.

o) Debuerant hi, qui ex Italicis illis codicibus excerpta confecerunt, adnotare ad eum locum, non modo lacunam in illis codicibus eſſe indicatam, verum etiam deeſſe in eisdem manuſcriptis plura quaedam ex his, quae in editione Veneta & Baſileenſi ibi leguntur. Sed, quod iam ſuperius monui,

eo exemplari quo uſus erat Venetus editor, & in Florentino & in Romanis codicibus obtinuerat; eam vero lacunam Venetus editor Muſurus ex *Epitome* explevit, in qua eo loco verba illa, quae in ed. Ven. inſerta cernimus, leguntur. Iam vero eiusdem, quam dico, lacunae origo rurſus ex eisdem noſtris *membranis Veneto-Pariſienſibus* manifeſte derivata eſt; in quibus cum prior columna folii recti deſineret in illa verba Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι μέμνηται, poſterior columna tota reſciſſa eſt, exceptâ minutâ in ſummo particulâ, in qua dimidiatae paucae lineae ſuperſunt. Sic vero & prior columna paginae ſequentis (verſi folii) periit, poſterior vero columna ab his incipit verbis, partim etiamnum laceris:

σω καὶ Θρυαλλίδ' ην
δενὶ: καὶ Πλάτων ἐν νυκτὶ &c.

a quibus verbis, Καὶ Πλάτων ἐν Νυκτὶ μακρᾷ, in caeteris quos dixi codicibus poſt lacunam rurſus pergitur oratio. Ita igitur factum, ut in libris ex hoc fonte derivatis eo rurſus loco tantum deſit de Athenaei verbis, quantum in noſtris membranis duas columnas compleverat, exceptis paucis illis quae ab Epitomatore conſervata ſunt. *p*)

non tam diligentes olim fuerant docti viri in adnotandis quibusque codicum manuſcriptorum diſſenſionibus ab impreſſis exemplis.

p) Aliquanto poſt, ubi pag. 701. e. in ed. Caſ. haec verba leguntur, quae eodem modo etiam Veneta editio exhibet, καὶ ἐπὶ τοῖς δεινοῖς ἀλεξητήριον, τινὰ παροιμίαν φασὶν, ἵν παιδὸν, καὶ οὐχὶ ἵε παῖ. πολλοὶ δὲ καὶ &c. Ibi in codice Palatino omiſſa ſunt verba ἀλεξητήριον & quae

Denique eſt alia lacuna, a Caſaubono etiam indicata pag. 701 extr. inter illa verba, ὁ μέν τις θυματήριον· ὁ δὲ . . . . & iſta, ἔθος δὲ ἦν ἀναστᾶσι &c. quam lacunam paucis verbis ſuppleri poſſe ille putaverat. Paulo maiorem indicat editio Veneta. Eodemque loco & codex Palatinus defectus eſt, & eodem vitio laborabant Italici codices Caſauboni. Eius lacunae haec cauſſa, haec ratio eſt. In vetuſtis noſtris membranis de poſteriore columna paginae rectae poſtremi folii rurſus reſciſſa pars eſt, ita ut poſtrema verba, quae in illa columna ſuperſunt, ipſa illa ſint, θυματήριον· ὁ δὲ — At non modo periere ea verba, quae in abſciſſa parte folii fuerant ſcripta; verum etiam in pagina ſequente, quae eſt poſtrema totius codicis, duodecim fere primae lineae prioris columnae ita ſunt vetuſtate evanidae & detritae, ut nec hodie ullo pacto, quid in eis ſcriptum fuerit, queat diſcerni; & iam olim ab his, qui ex hoc exemplari apographum fecerunt, legi non potuerit. Deinde verſus mediam columnam, inde a verbis ἔθος δὲ ἦν ἀναστᾶσι τοῦ

ſequuntur usque ἵε παῖ: & relicto ſpatio indicata lacuna. Nec dubito, eamdem lacunam in aliis etiam iunioribus msstis eſſe: deſuiſſe certe ea verba in eo exemplo, quo Venetus editor uſus erat, ab eoque *ex Epitome* eſſe ſuppleta, inde colligo, quod verbum φασὶν noverim in *Epitoma* eodem loco legi; cum *membranae noſtrae*, in quibus integra ῥῆσις adeſt, multo aptius ei loco verbum λέγουσι habeant.

q) Quod ſi quidem Caſauboni & contextum & animadverſiones inſpicias, ſecus ſe res habere videri poſſit. Is enim cum in *verſ.* 6. *paeanis in Sanitatem*, τὰς εὐδαίμονος &c. poſuiſſet, monuit in Animadverſionibus, *melius in Epitome* ἰσοδαίμονος *legi*; ſcilicet, ut *regia poteſtas* dicatur *hominem Diis aequare*; unde videri poterat, εὐδαίμονος iſtud e

δείπνου, aliquatenus rurſus dignoſci, quamquam vix, ac maiori ex parte ne vix quidem dignoſci poteſt ſcriptura. Itaque ne illa ipſa quidem verba, nec Paeanem εἰς Ὑγίειαν, qui mox ſequitur, habet codex Palatinus, ſed poſt lacunam ſtatim ſic pergit: ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι . . . λέγει οὕτως· Κρεανομοῦμαι, καὶ τὸν ἐκ Τυρρηνίας &c. quae leguntur in ed. Caſaub. p. 702. b. vel c. Neque aliud quid fuerat vel in eo manuſcripto exemplo, quo uſus erat Venetus editor, vel in illis codicibus Italicis, e quibus notas excerptas habuerat Caſaubonus. Nempe omnia iſta, quae leguntur in ed. Caſ. inde a pag. 701 extr. uſque pag. 702. b. (& in his totus ille paean, qui ibi inſertus legitur,) opportune conſervata erant ab Eclogario; e cuius *Epitoma* Muſurus iſta accepit, & eorum ope lacunam ex parte ſupplevit. 9) Quae deinde & in impreſſis libris & in iunioribus manuſcriptis verba ſequuntur, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι . . . λέγει οὕτως, ea hanc rationem habent. Poſtquam ima pars prioris (quam dixi) columnae extremi folii ver-

vett. edd. & ex codd. msstis fuiſſe ductum, quoniam de ortu illius ſcripturae nihil adnotavit Caſaubonus. At illam ipſam ſcripturam ἰσοδαίμονος, quam ex Epitoma commendat Caſaub. ex eadem Epitoma cum tota cantilena adſciverat Venetus editor: nec niſi operarum errore factum erat, ut in ed. Ven. ἰβδαίμονος excuderetur, quod dein in ed. Baſ. repetitum eſt. Eum errorem ex ingenio correcturus Caſaub. εὐδαίμονος in contextu poſuerat; ſive ab alio viro docto eam emendationem acceperat, ac fortaſſe ipſe pro veteris alicuius libri ſcriptura habuerat. Recte vero non modo Epitoma ἰσοδαίμονος dedit, ſed & vetuſtae noſtrae membranae eamdem agnoſcunt lectionem; niſi quod librarius, ſuo more vocalem ε cum ει permutans, εἰσοδαίμονος ſcripſit.

ſi rurſus partim prorſus evanida eſſet, partim abſciſſa; poſterior dein eiusdem paginae eademque poſtrema totius libri columna, in qua fere media totum opus finitur, incipit ab his verbis, quorum priora rurſus duobus locis exeſa ſunt, οἴδασιν . . . . πατρος γὰρ . . . . . γράφος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι φακὴ λέγει οὕτως. Ubi quae vetuſtate exeſa ſunt verba omittens iunior librarius, poſt lacunam, quam dicebam, ab illis demum verbis ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ incepit; verbum autem φακὴ, quod vel non perſpicue discernebat, vel (cum non intelligeret) diſcernere non poſſe ſibi videbatur, rurſus praetermiſit, vacuo ſpatio indicans defectum. [r]) Nec vero potuerat Venetus editor hunc locum ex Epitoma ſupplere; in qua poſt verba οὔτις εὐδαίμων, quae exit paean, praetermiſſa ſunt omnia usque ad iſta & cum iſtis τὸν χαλκοῦν Διονύσιον. At in membranis noſtris poſt vocem δράματι oculus recte intentus ſatis adhuc perſpicue vocabulum φακὴ diſcernere valet: cuius vocabuli adminiculo (quandoquidem aliunde conſtat, auctorem

r) Illum defectum, in edd. vett. etiam indicatum diſſimulavit Caſ.

s) Quod ad ſequens verbum Κρεανομοῦμαι ſpectat, quoniam in hoc ſum, notabo, perperam in edd. Ven. & Baſ. diviſis vocibus ſic ſcribi Κρεανο Μοῦσαι, tum vero in ed. Caſ. 1. & 2. recte Κρεανομοῦμαι expreſſum, in ed. Caſ. 3. vero rurſus perperam Κρεανομοῦσαι. In eo igitur verbo corrigendo membranas Italicas & codicem Huraldinum ſecutum ſe eſſe profitetur Caſaubonus. Iam in Aegianis quidem excerptis κρεανομοῦμεν minus recte ſcribitur: in Stephanianis igitur, aut in aliis Italicis excerptis, veram ſcripturam κρεανομοῦμαι ille invenerat; quam eamdem ſcripturam codicibus omnibus praeiverant noſtrae membranae.

dramatis, cui Φακὴ vel Φακῆ titulus, *Sopatrum* fuiſſe poëtam, ſaepe Noſtro laudatum, quem modo τὸν παρῳδὸν, modo τὸν φλυακογράφον Athenaeus nominat) ſimul intelligitur, ſuperiores duas minutas lacunas tali quodam modo eſſe ſupplendas, Σώπατρος γὰρ ὁ φλυακογράφος.[s])

Ex his quae hactenus de *Codice Veneto-Pariſienſi* expoſita ſunt, ſatis evictum putamus id quod initio ſignificavimus: *eſſe eum non modo omnium, qui hodie ſuperſunt, antiquiſſimum;*[t]) *verum etiam communem omnium, quibus quae de pleniore Athenaei opere reliqua ſunt continentur, fundum fontemque.* Cum quo conſentit, quod nullam emendationem, nullam probam ſcripturam ex aliorum codicum ullo prolatam hactenus offenderim, quin vel eamdem ipſam, vel probatiorem aliam, a qua paululum iſta deflexerit, reperiri in his membranis cognoviſſem. Sed ad augendum pretium, quod eidem ſtatuendum eſt, hoc inſuper accedit momentum, quod ex omnibus aliis iunioribus codicibus, qui hodie ſuperſunt, nullus eſſe videatur, qui ex ipſo illo fonte proxime & rectâ ductus, non per ca-

Extremum operis verbum cum in ed. Ven. & Baſ. perperam (fortaſſe ex παραδιορθάσει Veneti editoris) πιθανότατον (ſic) eſſet ſcriptum; Caſaubonus πιθειτότατον edidit, idque ex Epitoma a ſe adſcitum docet in Animadv. Atqui eam ſcripturam non modo Epitome habet; ſed eadem etiam in Excerptis Aegianis ex codice Romano adnotata eſt, eamdemque Palatinus codex agnoſcit, praeeuntibus rurſus vetuſtiſſimis noſtris membranis.

t) Quae quidem & de ſcriptura huius codicis, & de reliqua eius conditione habituque diximus, concurrunt puto omnia, ut, niſi ante, certe circa eadem tempora ſcriptum ſtatuamus, quo Epitome ex pleniore Athenaei opere confecta eſt.

nales turbidos & multis iam modis male adfectos ſit derivatus: ita multa certe deprehendimus in vulgatis libris miſere corrupta loca, quibus, quum nec Caſaubono ex Romanis codicibus, nec olim P. Victorio ex Florentino, (ut Natalem Comitem taceam) nec nuper Brunckio [u]) aut Villebrunio ex Pariſienſi Hermolai Barbari codice, medicina ulla ſuppeteret, unae illae vetuſtae membranae, ſive corruptelarum monſtroſas turbas diſcutiendo, ſive verbum unum aut alterum, quod exciderat, opportune ſupplendo, feliciſſime medentur.

Quae cum ita ſint, optandum utique fuerat, ut, qui novam Athenaei Editionem adornaret, ei non modo *Lectiones ex hoc codice excerptae* praeſto eſſent, ſed facultas daretur *codicem ipſum* coram inſpiciendi & per otium tractandi excutiendique. Sed cum nec rerum noſtrarum ratio ita tuliſſet, ut eâ cauſſâ ad illas beatorum ſedes, ubi hodie is codex ſervatur, me conferrem; & pudor me retinuiſſet, ne peterem, ut tanti pretii κειμήλιον ad me hanc in urbem ex

u) De Brunckii collatione illius Codicis mox ſectione ſequente dicetur.

x) Ad curam quod ſpectat, quam ille in hoc critico periculo explorator noſter praecurſorque adhibuit ad excutiendas has membranas, & ad expiſcandum quidquid in eis ineſſet quod in uſum conduceret Athenaei, illud non debeo praeterire, quod difficilioribus quibusque locis, eis praeſertim ad quos in duabus poſterioribus editionibus Caſaubonianis emendatio aliqua in ora adnotata eſt, non ſolum *diſſenſiones* noſtri codicis ab exemplo impreſſo adnotaret, ſed & *conſenſum* eiusdem cum impreſſis certo ſigno indicaret; quo ſcilicet conſtaret, diligenter inſpecta fuiſſe ea ipſa loca, nec caſu ac temere factum eſſe, ut nulla diſcrepantia adnotaretur. De-

centum leucarum & amplius intervallo transmitteretur; habeo ego interim, habentque Lectores, quibus id curae eſt, quod Athenaeo noſtro gratulemur, cum totus ille idem Codex tanto ſtudio, tantâ fide, tamque exquiſitâ & continente diligentiâ, cum impreſſo exemplo primae editionis Caſaubonianae collatus ſit, ut nihil fere, quod in hoc genere (niſi nimis moroſus difficilisque fueris) deſiderare poſſis, reliquum eſſe videatur. Illud igitur ſingulare huius Editionis praeſidium, quod quanti faciendum ſit iuſti rerum aeſtimatores facile cognoſcent, ſciat Lector Athenaei ſtudioſus, debere nos eidem viro iuveni GODOFREDO SCHWEIGHAEUSER, cuius iam aliquot ab annis ſimilia de Epicteti Enchiridio, itemque de Simplicii Commentario in Enchiridion, merita praedicavi. Is non ſolum diſcrepantias omnes, ex eo codice diligentiſſime excerptas, & in oris impreſſi exempli editionis Caſaubonianae a ſe conſignatas, ad me transmiſit; [x]) verum etiam totius codicis rationem ac conditionem, de qua conſulto enuclea-

nique, prout in excutiendis lectionibus ex hoc codice excerptis, & in conſtituendo ad earum praeſcriptum (quatenus res fert) contextu, progredior; ubi in loco quodam maioris alicuius momenti dubitatio aliqua mihi de codicis ſcriptura oboritur, de ea dubitatione certior factus idem ille noſter ſpeculator, etiam nunc Pariſiis agens, denuo locum in ipſo codice inſpicere ſolet, mihique quid in illo ſecundis curis repererit ſignificare. Eadem cura ad excutiendos duos alios Pariſienſes codices, de quibus ſupra dictum, in duobus prioribus Athenaei libris, qui nonniſi in *Epitoma* ſuperſunt, adhibita eſt. Sed codicis olim *Sedanenſis*, qui totam Epitomen continet, in tertio libro & ſequentibus, qui integri ſuperſunt, paulo operoſior collatio fuit hoc

tius in hac Praefatione dicendum iudicavi, adeo luculenter & adcurate expoſuit, adiectâ etiam ſcripturae delineatione, ſpeciminibus cum ex ipſo codicis principio, tum rurſus e medio, denique ab extremitate, cunctis e locis illis ubi vulgo lacunae ſunt, petitis: ut, quoties illius notulas deſcriptionemque inſpicio, ipſum codicem oculis meis ſubiectum habere mihi videar. Cuius meriti cauſſâ, in Athenaeum collati, ſi gratiam nonnullam deberi GODOFREDI noſtri induſtriae iudicaverint qui noſtra editione utentur; ne hoc quidem ignorare eos velim, quod lubens atque merito publice hoc loco profiteor, partem illius gratiae haud poſtremam deberi cum Virorum doctorum, qui Bibliothecae Pariſienſi praeſunt, tum aliorum, benevolentiae, qui vel facultatem commoditatemque ſtudioſo iuveni indulgere voluerunt, ut per otium incumbere illi operae poſſet, vel neceſſariis adminiculis eumdem inſtruere, vel conſiliis ſuis regere dignati ſunt. Caeterum quicumque laboris illius conferendorum codicum manuſcriptorum uſum aliquem aut vel levem notitiam habent, facile intelligent, fieri non poſſe, quin, quantacumque tandem fuerit cura in huius codicis collatione poſita, vel ſic etiam multa ſu-

ipſo, quod alia multa paſſim praetermiſit Epitomator, alia in brevius contraxit, & orationis formam ſubinde mutavit. Ille igitur codex inde a tertio Athenaei libro multâ quidem etiam curâ, nec vero tam perpetuâ & continente diligentia, quam Venetae membranae, cum impreſſo exemplo collatus eſt; at eis tamen maxime in locis diligenter inſpectus, quae aut aliquam prae

perſint loca, in quibus is, qui novo ſtudio eumdem adcurate perquiſiverit, vel aliquid differens ab eo quod nunc inde prolatum fuerit, ſit reperturus; vel diſcrepantiam nonnullam ab impreſſo contextu, quae diligentiam prioris ſpeculatoris effugerit, ſit deprehenſurus. Quare cupio, atque etiam ſpero, fore ut poſthac vel nobis ipſis, abſolutâ bono cum Deo hac prima rudioreque operâ, quam in emendando Athenaeo ponimus, poteſtas olim detur, aut ut interim vir aliquis doctus Athenaei ſtudioſus, qui Lutetiae verſetur, hanc ſibi provinciam ſumat, exemplum huius auctoris a nobis utcumque conſtitutum denuo quam adcuratiſſime cum eodem codice comparandi, & quae ille ſuppeditaverit ad emendandum hoc opus ſpicilegia in publicos uſus conferendi.

Is codex, de quo adhuc verba fecimus, priusquam aliquot abhinc annis, bonâ Athenaei fortunâ, Venetiis Pariſios fuiſſet translatus, per trium ſeculorum decurſum, & amplius, in Marcianae Bibliothecae neſcio quibus penetralibus ita reconditus iacuit, ut nemini non modo per otium excutiendi illius poteſtas, ſed ne inſpiciendi quidem facultas data fuiſſe videatur. *y*) Fuerat olim *Beſſarionis Cardinalis:* eoque viro

caeteris difficultatem habere videbantur, aut in quibus vel emendatio quaedam in ora editionis Caſaubonianae 2. & 3. eſt adnotata, vel diſcrepantia aliqua Venetarum membranarum ab impreſſo exemplo reperta erat.

y) Nec Aldus olim aut Muſurus, cum primam Athenaei editionem curarent, & codices ſtudioſe conquirerent, nec Hermolaus Barbarus, nec Natalis Co-

anno 1472 fatis functo, cum reliqua eiusdem libraria supellectile ex ipsius legato in Marcianam bibliothecam Venetias illatus est. Bessarionis nomen in chartaceo folio, ex adverso primi folii membranacei compacto, his verbis scriptum legitur: Κτῆμα Βησσαρίωνος Καρδινάλεως τοῦ τῶν Τούσκλων. τοπ. νζ. Paulo inferius alia manus latinis literis scripsit: *Naucratitae decem libri . . . . . Liber b. Card. Tusculani. Locus* 57. Proxime ante praedicta Graeca verba, haec leguntur: Ναυκρατίτης περὶ Δειπνων. ἄρχεται ἀπὸ τοῦ έ.ου βιβλίου, οὗ μὲν ἡ ἀρχὴ ἐλλείπει καὶ λήγει εἰς τὸν ιε'. (Id est: *Naucratita de Coenis. Incipit a quinto libro, cuius quidem initium deest: & definit in librum decimum quintum.*) Quae verba qui scripsit, sive ipse Bessarion fuit, sive alius, is veterem illam distributionem operis Athenaei in *triginta libros*, (de qua Sect. II. dictum est) quae in inscriptione priorum librorum isto volumine comprehensorum commemoratur, cum altera vulgata partitione in *quindecim libros*, quae in eodem codice in fronte posteriorum librorum sola commemorata adhibitaque est, permiscuit ac confudit. t)

mes, nec Decanus ille, qui Palatinum codicem sua manu scripsit, nobiles omnes Veneti, vetustas has membranas, quae in publica urbis, quam habitabant, bibliotheca servabantur, inspexisse, nedum eis usi esse videntur. Recentiori vero memoriâ, Venetus ille codex, quem Ruhnkenii in gratiam (emendandae Hermesianactis elegiae caussa) Blessingius excussit, fuerit-ne hic ipse vetustus, de quo agimus, an alius, haud satis compertum habeo. Conveniunt quidem pleraeque lectiones, quas a Blessingio enotatas Ruhnkenius retulit, cum his quas nos e nostris membranis enotatas habemus: sed cum vel minutissima quaeque ad-

Eâdem de cauſſâ factum, ut, qui non curatius excuterent eum codicem, ſibi perſuaderent, nonniſi *decem Athenaei libros de triginta libris* eo volumine contineri; ſcilicet a quinto (nam ex illa diſtributione in XXX libros, is qui ex vulgata ratione *tertius* eſt, *quintus* numerari debuerat) usque ad decimum quintum. Quem errorem non modo erravit is, qui praedicta latina verba poſt iſta graeca Κτῆμα Βησσαρίωνος adſcripſit; verum etiam alius neſcio quis, qui in ſuprema eiusdem paginae parte, ante iſta Ναυκρατίτης περὶ Δειπνων, haec ſcripſit: Ἀθηναίου Ναυκρατίτου Δειπνοσοφιστῶν βιβλία λ'. Ἐνταῦθα εἰσὶν δέκα. Id eſt, *Athenaei Naucratitae Deipnoſophiſtarum Libri XXX. E quibus hic inſunt decem.*

Hic denique eſt Codex, quem in Animadverſionibus noſtris nonnumquam *Membranarum Venetarum*, aut *Codicis manuſcripti Veneto-Pariſienſis* adpellatione indicavimus: plerumque vero in eisdem Animadverſionibus, & conſtanter in Lectionibus contextui ſubiectis inde a tertio libro, brevi hac notâ *ms. A.* aut *cod. A.* inſignivimus.

notare Bleſſingius non neglexerit, velut literam ν ἐφελκυστικὴν, aut iota ſubſcriptum, tamen nonnullae lectiones, quas noſtrae membranae ſuppeditant, ab illo ex ſuo Veneto codice non adnotatae ſunt; verbi cauſſa ſtatim verſ. 2. Θρῆσσαν στειλάμενος κιθάρην, quae vera videtur lectio, ubi vulgo κιθάρῃ: aut verſ. 28. ubi μουσοπόλον habent membranae noſtrae, non μουσοπόλων. Contra ex ſuo Veneto Bleſſingius mendoſas nonnullas ſcripturas adnotavit, veluti verſ. 29. λεπτὴν δ' pro λεπτήν γ', aut vſ. 39. ἠδ' ἤχθεε pro ἤχθεε δ', ubi nullus ab impreſſis diſſenſus e noſtris membranis adnotatus eſt.

ζ) Vide ſupra, p. XV ſq.

XIII.

Noſtrae Editionis conſilium & Subſidia nonnulla praeter ſuperius commemorata.

His talibus ad inſtaurandos Athenaei Deipnoſophiſtas praeſidiis, poſt iſta quae iam exſtabant, ex inſperato repertis: ſi quis vir doctus, ex longo tempore in eiusdem operis ſtudio exercitatus, & in omnibus literarum Graecarum, & omnino antiquarum, partibus diligenter verſatus, Poëtarumque praeſertim lectione atque uſu penitus imbutus, cui inſuper & rerum cuiusvis generis, de quibus diſputant Deipnoſophiſtae, cognitio, & otium atque facultas multis abhinc annis ſuppetiiſſet ad excerpendum congerendumque ex infinito librorum numero quidquid ſive ad emendandum ſive ad illuſtrandum hoc opus pertineret: ſi quis igitur, ſic praeparatus inſtructusque, ad moliendam novam Athenaei editionem acceſſiſſet; potuerat ab eo utique aliquid in hoc genere quod operae pretium foret exſpectari. Quarum rerum facultatem ſi ingenue ego fateor (quod fruſtra vellem diſſimulare, de quo etiam ſaepe in Animadverſionibus noſtris res ipſa querelas mihi expreſſit) maiori ex parte longe a me abeſſe: ſi profiteor, & plurimarum ex eis ipſis rebus, quae ex profeſſo in hoc opere tractantur, cognitionem a meis ſtudiis eſſe alienam; &, quamquam habeam aliquem in tractandis Graecis Hiſtoricis ac Philoſophis uſum, tamen in Poëtarum lectione (quod genus utram-

que huius operis paginam facit) mediocriter admodum esse versatum; porro, licet ab usu Graecorum codicum manuscriptorum non sim prorsus alienus, tamen ea non confidere felicitate ingenii, quae desideretur ad tot tamque immania errorum monstra atque portenta procuranda, quae, e vetustissimis exemplaribus propagata, optimi etiam nostri Codices intacta reliquerunt; denique si non dissimulavero, ante hoc biennium & parum quod excurrit, sparsim quidem loca nonnulla ex Athenaeo, quo tempore maxime in edendo Polybio eram occupatus, a me esse tractata, sed nullam operis partem paulo maiorem umquam fuisse perlectam, nedum quidquam ad editionem illius spectans provisum aut praeparatum: video, a me quaesituros Lectores, qua ergo vel animi audacia fretus, vel levitatis vento agitatus, aut qua tandem necessitate compulsus, ego potissimum ad consilium edendi huius Auctoris me contulissem. Cuius consilii rationem, priusquam praefandi finem faciam, reddendam mihi esse intelligo.

Scilicet illa Lipsiae instituta Casauboniani Athenaei instauratio, de qua supra dictum est, sicut aliorum hominum studia in hunc auctorem denuo converterat, sic & Virum quemdam inprimis doctum, (cuius lubens & nomen ederem, & de me filioque meo merita praedicarem, si per singularem ac propemodum dixerim iniquam ipsius verecundiam liceret) qui in-

de a triginta annis prae caeteris aliis auctoribus Athenaeum in deliciis habuerat, & ab illo inde tempore quidquid ad expoliendum hunc auctorem pertineret ſtudioſe conquiſiverat adnotaveratque, excitavit, ut ſuarum in Athenaeum Obſervationum & Emendationum ſyntagma per me EXTERO noſtro, Viro docto, qui inſtituto typographico Societatis Bipontinae praeeſt, quod hodie hac in urbe ſedes ſuas habet, typis vulgandas offerret. *Exterus*, cui haud immerito conſilium illud Lipſienſium Athenaei editionem ita inſtaurandi, ut contextus Caſaubonianus absque mutatione repeteretur, parum commode initum viſum erat, & cui iam tunc ſuſpicio erat oborta exitum non habituram illam editionem, multo melius ſatisfactum iri deſideriis commodisque ſtudioſorum lectorum iudicabat, ſi non tam ſeparatim ederentur in Athenaeum Obſervationes, quam ſi ope totius adparatus criticarum Adnotationum, quae in hunc auctorem exſtarent, adhibito ſimul ſi quod ſuppeteret codicum manuſcriptorum ſubſidio, primum conficeretur ipſius *exempli* ſeu *Textus*, qui dicitur, nova recenſio, adiecta itidem nova *Verſione*, emendato contextui adaptata; tum ſi *Adnotationes* cunctae, ſive critici argumenti, ſive hiſtorici, aut cuiuscumque generis, ſimul cum *Caſauboni Animadverſionibus* in unum continuum Commentarium coniicerentur, ad novam Editionem adcommodatum. Illud *Exteri* conſilium, ipſius rogatu, communicavi cum eo, quem dixi, do-

cto Viro: qui & probavit rationem; & aegre quidem, ſed tamen ſpem fecit, ſe ipſum totam illam operam in ſe ſuſcepturum. Ea ſpe incitatus *Exterus*, Godofredo noſtro, alterum tunc iter Lutetiam ingredienti, dat in mandatis, ſi quid, quod operae pretium fore videretur, offerrent Codices Pariſienſes, (quorum nonniſi duos illos tunc cognitos habebamus, qui ſunt in impreſſo Catalogo Codicum manuſcriptorum commemorati,) ut id in uſum novae Athenaei Editionis ſtudioſe excerperet. Qui quum ibi & praeſtantiſſimum totius Epitomae codicem olim Sedanenſem, & vetuſtas illas Beſſarionis membranas reperiſſet; eo nuncio ad magnas, uti par erat, ſpes erectus *Exterus*, iam plane atque praeciſe eidem iuveni, ut illorum codicum utrumque quam adcuratiſſime excuteret & cum Caſauboniano exemplo compararet, mandavit: eo minus nunc recuſaturum doctum illum Virum, quem dixi, ratus, quin Editoris munus onusque ſuſciperet, cum ad reliqua, quae iam parata ipſe habuiſſet, hoc tam inſigne praeſidium eſſet acceſſurum. At is iam, neſcio qua ſive verecundiâ, quae modum certe excedebat, quave aliâ cauſſâ retentus, ſubinde magis atque magis cauſſatus inſtituti huiusmodi difficultatem, ad extremum prorſus ac deſtinato recuſavit Editoris provinciam. Ita ad me, cuius interventu & prima illius incepti cogitatio adlata Extero, & conferendorum codicum manuſcriptorum inita ratio fuerat, adit idem Exterus, meque compel-

lare & urgere inſtareque non deſinit; donec diu quidem reluctantem, cum difficultates, quibus obſitum undique id negotium eſſet, ſuſpicarer quidem, nec tamen ſatis perviderem, tandem permovit, ut ad procurandam eam, quam volebat, Athenaei editionem, vix tum Simplicii Commentario in Epictetum ſupremâ manu impoſitâ, operam meam qualemcumque pollicerer.

Neque vero ulla conditione onus illud, cui ſuſtinendo pulcre noveram quam impares mei eſſent humeri, imponi mihi paſſurus fuiſſem; niſi ad cogitationem adiumentorum, quae mihi partim ex praeſtantiſſimorum codicum collatione, partim ex tot doctiſſimorum virorum ſcriptis, cum ad emendandum tum ad illuſtrandum Athenaeum ſpectantibus, praeſto eſſent futura, ſpes etiam certa acceſſiſſet de aliis nonnullis inſignibus praeſidiis, quae mihi in ea opera non defutura eſſe perſuaſum habebam. Nam primum quidem omnium, eiusdem Viri docti, quem iam ſaepius dixi, Obſervationes manuſcriptas, de quibus ad Exterum noſtrum transmittendis iam erat conventum, confidebam praecipuo mihi adiumento futuras. Tum vero maximas ſpes in BRUNCKII noſtri & eruditionis theſauris & benevolentia amoreque, quo me longis abhinc annis complectitur, reponebam. Nec enim ſolum confidebam, ex inſtructiſſima huius Viri bibliotheca neceſſarios libros omnes, qui aliunde non ſuppeterent, praeſto mihi futuros; verum etiam ipſius Viri praeſtantiſſimi (quem

praeſertim in ipſo etiam Athenaeo tractando ſingulare ſtudium olim poſuiſſe noveram) & eruditione & ingenio quibusvis in locis difficilioribus, ſive ad emendandum, ſive ad illuſtrandum hunc auctorem, me iri adiutum. Denique, quum plurima pars rerum, de quibus verba facit Athenaeus, ex univerſae Naturalis Hiſtoriae late patentibus campis eſſet petita, effetque mihi collega, idemque & vicinus, & familiaris ab ineunte aetate coniunctiſſimus, IOHANNES HERMANNUS, conſummatiſſimus Naturae omnis ſcrutator & interpres, idemque humaniorum omnium literarum & antiquitatis cognitione mirifice imbutus; certo ſciebam, ad huius Viri eruditionem humanitatemque apertum mihi fore aditum, quotieſcumque in aliqua re ad Naturae cognitionem ſpectante dubitatio fuiſſet obortа. Quod niſi certo perſuaſum habuiſſem, (iterato profiteri non piget) illorum praeſidiorum nullum in hoc labore mihi defuturum; numquam profecto, non dico, auſus eſſem iſti oneri meos humeros ſubducere: ſed nec compellationem de eo ſuſcipiendo audire, aut deliberare an ſuſcepturus eſſem, nec ne, ſuſtinuiſſem.

Ea igitur ſpe erectus fidem meam Exteро dederam; opus eram adgreſſus; nec iam licebat pedem recipere; cum inopinato propemodum omnia illa praeſidia, quibus fretus rem ſuſceperam, evaneſcere & veluti e manibus meis erepta vidi. Vir doctus, qui ſuas in Athe-

naeum Obſervationes Extero pollicitus erat, poſtquam intellexit, mihi Editionis provinciam eſſe delatam, iamque initium me feciſſe ex omni librorum copia, qui mihi adeſſent, quaecumque in Athenaei uſus facerent enotandi, ſignificavit nobis, ſuas Obſervationes nihil fere aliud niſi Notas ex eisdem libris, de quibus ego ad eum ſcripſeram, continere, neque adeo magno mihi adiumento fore: denique ſe eas miſſurum eſſe negavit, &, quamquam aliis multis modis ad hunc usque diem inſtitutum meum benevole iuvare non deſtitit, tamen ab illa repulſa non paſſus eſt ſe dimoveri. BRUNCKIUS, quoscumque quidem libros in his regionibus rariores ab eo peterem, e quibus quae ad Athenaeum conducerent excerperem, pro ſua & in me benevolentia & bonas literas quovis modo iuvandi ſtudio, nihil mihi negare, liberaliſſime omnia ſubminiſtrare. At, abſoluto fere excerpendorum librorum labore, abſolutaque prima rudiore totius operis pertractatione, poſtquam eumdem Virum adii, de locis nonnullis difficilioribus ex primo Athenaei libro conſulturus, primum ille de die in diem me differre, ad extremum graviter adfectus animo tale reſponſum dare: „Pergerem ab ipſo petere quos vellem li„bros; lubentem ſe eorum, quicumque cladi „ante hos octo annos acceptae ſupereſſent, co„piam mihi facturum: ſed ſi ſe amem, nullo „porro verbo vel de Athenaeo vel de Graecis „omnino literis proferam; quibus, ſuis olim de-

„liciis, prorſus valedicere ſibi decretum eſſet.“ Et paulo poſt, quo valeret illud tam mihi triſte quam inexſpectatum reſponſum, intellexi; cum cognovi, decretum eſſe optimo & ad hunc diem vegeto iucundiſſimoque ſeni, totum etiam librorum ex eo genere adparatum, qui ei magnificentiſſimus inſtructiſſimusque ſupererat, auctionis lege divendere: moxque eae etiam initae ſunt rationes, ut, libris in alias aedes transvectis, nemini facile, priusquam venum expoſiti fuerint, uſura eorum concedi poſſit. Ita non modo, quae ex colloquiis conſiliisque praeſtantiſſimi Viri commoda Athenaeo noſtro acceſſura confiſus eram, his deſtitutum me vidi: verum etiam, quibus libris ex eiusdem bibliotheca ante illum diem uſus non eram, eis neſcio an umquam utendi facultatem ſim nacturus; &, e quibus nimis brevia excerpta confeceram, confidens, ubi ad eum Athenaei locum, ad quem illa referuntur, tractandum acceſſero, poteſtatem me habiturum denuo ipſos libros excutiendi, in his cogor brevibus illis excerptis & interdum nudis titulorum citationibus eſſe contentus. Iam illud praeſidium, quod in HERMANNO mihi & Athenaeo meo paratum fuerat, acerbius etiam fatum praecidit: qui, cum iam eo mihi proceſſiſſet praevius in Athenaeo labor, ut adeſſet tempus quo paulatim de ſingulis ad Naturalem Hiſtoriam ſpectantibus cum Viro deſideratiſſimo collaturus eram, mihi & ſuis & frequenti amicorum numero & avidis doctrinae

alumnis & orbi literato, cuius in usus, praeter sparsim in lucem emissa, plurima partim adfecta, partim iam paene perfecta reliquit, praematura morte ereptus est.

Quibus iacturis adflictus, tamen ad illud maximum praesidium, quod in codicibus, quos supra dixi, manuscriptis inveni, nonnulla etiam singularia accessere, quae grato animo commemorare par est. Primum, in magno librorum numero, quorum mihi usura a Brunckio concessa est, duo erant exempla editionis Casaubonianae, quorum in oris plurimas notulas ipse BRUNCKIUS, partim ex aliis libris excerptas, partim suo ex ingenio & doctrina ductas, olim adscripserat; alterum etiam illorum exemplorum, multis in locis priorum decem Athenaei librorum, Lectiones ex Codice illo Parisiensi, quem ab Hermolao Barbaro scriptum esse diximus, continebat. Eas igitur Notas, bona cum Brunckii voluntate, transcripsi omnes: quibus recte ne, an secus, usus sim, docti iudicabunt lectores; bona fide me Brunckio nostro, quae ipsius erant, accepta retulisse, haud ita multo post cognoscere poterunt hi, quorum in manus duo praedicti libri, cum reliqua Brunckii bibliotheca divendendi, pervenerint. Alios nonnullos li-

a) Ipsi KUSTERO illas Notas deberi, cum ex eo intellexi, quod eâdem manu sunt scriptae qua scriptum in fronte est Küsteri nomen, ut domini libri, tum quod illarum auctor provocet subinde ad suas in Hesychium Adnotationes, quae sunt eaedem ipsae, quae post *Küsteri* obitum ex huius viri schedis in Albertino Hesychio editae leguntur. Ex Schweighaeuseri mei Excerptis

bros, quibus mihi opus fore intellexeram, cum in hac urbe non reperiſſem, partim e Gœttingenſi Bibliotheca per *Heynii*, Viri incomparabilis, benevolentiam, partim a *Pariſienſibus amicis*, ad me transmiſſi ſunt. Ex Univerſitatis noſtratis Bibliotheca, &, quae cum ea coniuncta eſt, Schoepfliniana, praeter alios rariores libros, praeſto mihi fuit exemplum editionis ſecundae Caſaubonianae, quod olim *Ludolfi* KUSTERI fuerat: cuius oris adtextae ſunt paſſim Notulae, quas ab ipſo Küſtero profectas & optimae frugis eſſe cognovi. [a]) Obſervationes porro nonnullas in Athenaeum mihi communicavit Vir doctiſſimus DE LA PORTE DUTHEIL, cuius curae commiſſi ſunt in Pariſienſi Bibliotheca Codices Graeci manuſcripti: quae ſunt eiusmodi, ut velim eidem Viro, a cuius doctrina plurimum ornamenti in Athenaeum noſtrum proficiſci poterat, plura eiusdem generis debere. Denique eximium ac prorſus ſingulare decus & praeſidium eſt, quo hoc noſtrum inſtitutum ornare voluit vir doctus *Adamantes* CORAY, *Smyrnenſis*, ut Medicinae Doctor ſolertiſſimus, ſic in Graecarum literarum, quae ei vernaculae ſunt, exquiſitiori ſtudio veriſſimus Valckenarianae & Ruhnkenianae ſcholae alumnus; [b]) qui ſuas in plurima diffi-

Pariſienſibus cognovi, eſſe in publica Pariſienſi Bibliotheca ſimilem librum, easdem prorſus Notas oris adiectas habentem. Quod quale ſit, ac ſint-ne illae Notae pariter ab ipſo *Küſtero* ſcriptae, an ex Schoepfliniano exemplo olim transſcriptae, non habeo dicere.

b) Idem, cui & doctiſſimas Notas in Xenocratis libellum de Alimentis ex Aquatilibus, (Nea-

ciliora vexataque Athenaei loca *Emendationes & Adnotationes*, non minus profunditate eruditionis, quam ingenii acumine insignes, ultro mihi obtulit communicavitque.

De ratione, qua cum hisce, tum aliis praesidiis, quae mihi praesto fuere aut posthac etiam sunt accessura, utendum in adornanda hac Athenaei Editione duxerim, ad haec quae adhuc vel ex professo declaravi, vel obiter significavi, nihil habeo quod adiiciam. Nec enim aliud fere institutum, sive in universa tractatio-

poli anno 1794 cum ipso libello editas) & Characterum Theophrasti editionem Graecam cum Gallica versione, & Hippocratis librum de Aëre, Aquis & Locis, Graece ex manuscriptis emendatum, in Gallicumque sermonem conversum, & exquisitissimis Observationibus illustratum, orbis eruditus debet. Eidem a principe Gallofrancorum Consule partes haud postremae demandatae sunt in exsequendo consilio nuperrime capto de Straboneis Geographia in Gallicum sermonem convertenda, eisque Observationibus illustranda quibus ad hodiernos usus, quam maxime fieri possit, praestantissimum illud philosophi Geographi opus adcommodetur. Nostrae in Athenaeum Animadversiones iam ultra dimidiam partem secundi Libri typis erant expressae, quum egregiae docti huius Viri Adnotationes in manus meas pervenerunt. Itaque inde ab Animadv. pag. 366. (ad II. 54. e. edit. Casaubon.) nostris has ita inserui, ut earum quamque, adiecto CORAYI nomine, auctori suo acceptam referrem: quae vero ad loca Athenaei superiora spectabant, eas in *Supplemento, post Animadversiones ad Librum secundum* reiecto, exhibui.

c) Verbi caussa, ut hoc utar cuius nunc maxime in mentem venit: nil opus esse, immo vero contra rationem, putavi, in hoc scriptore certam aliquam constantiam sive in orthographia sive in formis eorumdem vocabulorum desiderare, aut sequi velle, ubi diversam rationem codices mssti tenent. Quum enim diversissimorum auctorum testimonia & ῥήσεις verbotenus adferat Athenaeus, potuerunt diversi diversissimaeque aetatis auctores eodem in vocabulo diversa scribendi ratione diversisque formis uti.

d) Nec vero erit ab hoc loco

ne, ſive in ſingulis partibus, ſequi volui, quam quo in aliis nonnullis Graecis ſcriptoribus uſus eram, qui ante hunc operâ qualicumque noſtra inſtaurati prodiere. Si quid in ſingulis quibusdam fuit obſervandum, quod ad rationem ſpectet, qua in hoc potiſſimum auctore, verſandum putavi; [c]) id in *Animadverſionibus*, quarum Pars prima ſimul cum prima Parte Contextus prodit, abunde, ac vereor ne interdum etiam verboſius, expoſitum eſt. [d]) Caeterum ſi quid (cuius generis vereor ne nimis etiam multa ſint futu-

alienum, de brevibus *Notulis Criticis ſub Contextu poſitis* praemonere, non illud mihi propoſitum fuiſſe, in eis Lectiones omnes ſive ſuperiorum Editionum, ſive manuſcriptorum Codicum, quae a lectione a nobis in Contextum recepta diſſentirent, referre. Longum fuiſſet, & parum utilitatis habiturum, ſi Lectoris attentionem, in perlegendo auctore maxime occupati, turbare morarive voluiſſem lectionibus vitioſis ob oculos eius poſitis, ubi in Contextu probam lectionem dediſſem, quae nulli dubitationi obnoxia mihi viſa eſſet. Hoc maxime ſecutus ſum, ut, ubi haud ſatis certa ratione conſtituere mecum potuiſſem, utram ex duabus ſive Lectionibus ſive Coniecturis amplecterer, ibi alterâ in contextu poſitâ, alteram in proximo infra contextum adponerem. Tum vero, ubi haud dubie quidem corrupta mihi videbatur ſcriptura, quam vel ſuperiores Editiones vel Manuſcripti darent, ſed nulla occurrebat ſatis probabilis coniectura, quam in eius locum ſubſtituerem; ibi corruptâ ſcripturâ in Contextu relictâ, coniecturam qualemcumque, ſi qua modo occurriſſet, in ora poſui. Contra, ubi coniectura ſatis probabilis, quamquam non citra exceptionem certa, praeſto erat, haud dubie vero corrupta videbatur librorum ſcriptura; ibi probabilem illam coniecturam in Contextu poſui, corruptam vero ſcripturam non idcirco prorſus ex oculis Lectoris amovendam putavi, ſed contextui ſubiiciendam, ut eam in proximo haberet eruditus Lector, cui fortaſſe inter legendum alia occurſura eſſet felicior certiorque emendatio. Denique illud monendum memini, in eisdem *Notulis contextui ſubiectis* vocem *vulgo*, qua perſaepe uſus ſum, non ita me uſurpaſſe, ut eas ſolummodo Lectiones dice-

ra) sive in universa ratione, sive in singulis partibus, parum commode a me administratum esse censuerint iusti iudices, lubens ab his meliora discam: & cum sint plurima, quae mihi non liquere ingenue in Animadversionibus professus sum, magno me beneficio obstringet, qui ea docere dignabitur. Denique si qui sunt docti Viri, qui, cum non prorsus inutilem in expoliendo hoc Auctore operam a nobis positam iudicaverint, praeter ea praesidia, quibus me instructum intelligent, aliis insuper me augere, aut omnino quacunque ratione adiuvare hoc nostrum studium Athenaeo dicatum, voluerint; eis & grates quas par est habebo, & pro mearum modulo virium operam me daturum spondeo, ne eos poeniteat, ad huius operis vel ornamentum vel perfectionem aliquid contulisse.

Scripsi Argentorati, mense Florali anni IX. (Maio, MDCCCI.)

rem quas darent *libri typis vulgati*. Nam lectionem *iam olim editam*, *ubi consentirent Editi libri*, hac nota *edd.* indicavi; ubi dissentirent, vel singulas editiones, de quibus agebatur, nominavi, vel *Editionem Venetam & Basileensem* communi denominatione *editt. vett.* complexus sum, tres vero Casaubonianas communi notâ *ed. Cas.* indicavi. At ubi significare volui, *non modo Editiones omnes, sed & Manuscriptos codices* in lectionem aliquam consentire; ibi saepe quidem diserte *edd. & mssti* scripsi, plerumque vero brevitatis caussa voce *vulgo* eumdem illum librorum impressorum & manuscriptorum consensum indigitatum volui.

ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΑΙ.

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΟΥ Α'. ΒΙΒΛΙΟΥ.

ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΑΙ
ΚΑΤ' ΕΠΙΤΟΜΗΝ.

Ed. Caſ. Cap. 1. p. 1.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

I. Universi operis Argumentum.

a ΑΘΗΝΑΙΟΣ μὲν ὁ τῆς βίβλου πατήρ· ποιεῖται δὲ τὸν λόγον πρὸς Τιμοκράτην.[1] Δειπνοσοφισταὶ[2] δὲ ταύτῃ τοὔνομα. Ὑπόκειται δὲ τῷ λόγῳ Λαρήνσιος, Ῥωμαῖος, ἀνὴρ τῇ τύχῃ περιφανής, τοὺς κατὰ πᾶσαν παιδείαν ἐμπειροτάτους ἐν τοῖς ἑαυτοῦ δαιτυμόνας ποιούμενος. ἐν οἷς οὐκ ἔσθ' οὗ τινος τῶν καλλίστων

1 Τιμοκράτη edd. 2 Δειπνοσοφισταὶς vulgo.

ATHENAEI
DEIPNOSOPHISTAE
EX VETERIS ABBREVIATORIS EPITOME.

EPITOME LIBRI PRIMI.

AUCTOR libri ATHENAEUS eſt, qui verba facit ad TIMOCRATEM. Titulus, DEIPNOSOPHISTAE. (Id latine eſt, ERUDITI CONVIVAE.) Fingit autem auctor LARENSIUM, Romanum, virum fortuna ſplendidum; quem ait eruditiſſimos quovis genere diſciplinarum viros convivas apud ſe habuiſſe, quorum ſermonibus nihil eorum, quae pulcerrima ſunt, praetermiſſum facit, de quo illi non diſ-

οὐκ ἐμνημόνευσεν. ἰχθῦς τε γὰρ τῇ βίβλῳ ἐνέθετο, καὶ τὰς τούτων χρείας, καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων ἀναπτύξεις· καὶ λαχάνων γένη παντοῖα, καὶ ζώων παντοδαπῶν· καὶ ἄνδρας ἱστορίας συγγεγραφότας, καὶ ποιητὰς, καὶ b
ὅλως σοφούς· καὶ ὄργανα μουσικὰ, καὶ σκωμμάτων εἴδη μυρία, καὶ ἐκπωμάτων διαφορὰς, καὶ πλούτους βασιλέων διηγήσατο, καὶ νηῶν μεγέθη, καὶ ὅσα ἄλλα οὐδ' ἂν εὐχερῶς ἀπομνημονεύσαιμι, ἢ ἐπιλίποι με ἡ ἡμέρα κατ' εἶδος διεξερχόμενον. Καὶ ἔστιν ἡ τοῦ λόγου οἰκονομία, μίμημα τῆς τοῦ δείπνου πολυτελείας· καὶ ἡ τῆς βίβλου διασκευὴ, τῆς ἐν τῷ λόγῳ παρασκευῆς. Τοιοῦτον ὁ θαυμαστὸς οὗτος τοῦ λόγου οἰκονόμος Ἀθήναιος ἥδιστον λογόδειπνον εἰσηγεῖται· κρείττων τε αὐτὸς ἑαυτοῦ γινόμενος, ὥσπερ οἱ Ἀθήνησι ῥήτορες, ὑπὸ τῆς ἐν τῷ λέγειν θερμότητος, πρὸς τὰ ἑπόμενα c
τῆς βίβλου βαθμηδὸν ὑπεράλλεται.

putaverint. Inſeruit enim huic operi diſputationes cum de Piſcibus, quorum & uſum & varia nomina explicat, tum de omni genere Olerum, de Animantium diverſis generibus, de Viris qui Hiſtorias conſcripſerunt, de Poëtis, & omnino de Sapientibus. Ad haec, Inſtrumenta muſica, Iocorum innumeros modos, Poculorum varia genera, & Regum opes expoſuit, & Navium moles, aliaque multa, quae ſigillatim recitare difficile eſt, idque conantem dies deficiat. Sequitur autem ſermonum ordo ipſum ſumtuoſae coenae adparatum: & libri diſpoſitio, ſermonum ſequitur ordinem. Hanc igitur iucundiſſimam Sermonum Coenam, velut admirabilis quidam diſpenſator, nobis proponit Athenaeus: & paullatim ſeſe ipſe ſuperans, ſicut Athenis oratores, dicendi ardore evectus, ad ea, quae in inſtituto opere ſequuntur, gradatim ulterius properat.

II. Convivarum index.

Οἱ δ' ἐν τῷ δείπνῳ δῆθεν ἐπιδημήσαντες δειπνοσοφισταὶ, ἦσαν· Μασούριος, νόμων ἐξηγητὴς, καὶ πάσης παιδείας οὐ παρέργως ἐπιμέλειαν ποιούμενος. Μάγνος [1] [- - Μυρτίλος,] ποιητὴς, ἀνὴρ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην παιδείαν οὐδενὸς δεύτερος, καὶ τὴν ἐγκύκλιον οὐ παρέργως ἐξηλωκώς. ἕκαστον γὰρ ὧν ἐπεδείκνυτο, ὡς μόνον τοῦτο ἠσκηκὼς, ἐφαίνετο· τοιαύτῃ πολυμαθείᾳ ἐκ παίδων συνετράφη· ἰάμβων δὲ ἦν ποιητὴς, οὐδενὸς δεύτερος, φησὶ, τῶν μετ' Ἀρχίλοχον ποιητῶν. παρῆν δὲ καὶ Πλούταρχος, καὶ Λεωνίδης ὁ Ἠλεῖος, καὶ Αἰμιλιανὸς ὁ Μαυρούσιος, καὶ Ζωΐλος, γραμματικῶν d οἱ χαριέστατοι. Φιλοσόφων δὲ παρῆσαν, Ποντιανὸς καὶ Δημόκριτος οἱ Νικομηδεῖς, πολυμαθείᾳ πάντας ὑπερηκοντικότες· Φιλάδελφός τε, ὁ Πτολεμαεὺς, ἀνὴρ οὐ μόνον ἐν Φιλοσόφῳ θεωρίᾳ τεθραμμένος, ἀλ-

1 Μάγνος. Perperam vulgo Μόνιος aut Μόνος. Deeſt autem in libris cum *Magni* elogium, tum *Myrtili* nomen, quod ex coniectura adieci, uncis incluſum.

2. Deipnoſophiſtae vero, qui coenae interfuerant, hi ſunt. MASURIUS, legum interpres, in omnibus diſciplinis diligenter verſatus. MAGNUS, [..... MYRTILUS,] poëta, vir omnium bonarum artium cognitione nulli ſecundus, & qui omnium diſciplinarum orbem ſic abſolverat, ut, de quacumque re illi differere libitum eſſet, eam unam excoluiſſe videretur; adeo multiplici rerum ſcientia ab ineunte aetate inſtructus erat: eumdemque etiam in Iambica poëſi nemini eorum, qui poſt Archilochum exſtitere, ſecundum fuiſſe, ait. Adfuerant vero etiam PLUTARCHUS; & LEONIDES, Eleus; & AEMILIANUS, Maurus; & ZOILUS; Grammaticorum politiſſimi. Ex Philoſophis adfuerant PONTIANUS & DEMOCRITUS Nicomedienſes, variis doctrinis ſic tincti, ut quoſvis antecellerent: tum etiam PHILADELPHUS, Ptolemaeenſis, vir non ſolum in philoſophica contemplatione innutritus, ſed & in reli-

λὰ καὶ κατὰ τὸν ἄλλον βίον ἐξητασμένος. τῶν δὲ Κυνικῶν εἷς ἦν, ὃν Κύνουλκον καλεῖ· ᾧ οὐ μόνον δύο κύνες ἀργοὶ εἵποντο, ὡς τῷ Τηλεμάχῳ ἐκκλησιάζοντι, ἀλλὰ τῶν Ἀκταίωνος πολὺ πλείονες. Ῥητόρων τε ἦν ἄγυρις, τῶν Κυνικῶν κατ' οὐδὲν ἀπολειπομένη· ὧν κατέτρεχε, μετὰ καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι τι ἐφθέγγοντο, Οὐλπιανὸς ὁ Τύριος, ὃς, διὰ τὰς συνεχεῖς ζητήσεις, ἃς ἀνὰ πᾶσαν ὥραν ποιεῖται ἐν ταῖς ἀγυιαῖς, περιπάτοις, βιβλιοπωλείοις, βαλανείοις, ἔσχεν ὄνομα τοῦ κυρίου διασημότερον, Κειτοὐκειτος. οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμον εἶχεν ἴδιον, [1] μηδενὸς ἀποτρώγειν, πρὶν εἰπεῖν, κεῖται; ἢ οὐ κεῖται; οἷον, εἰ κεῖται ὥρα ἐπὶ τοῦ τῆς ἡμέρας μορίου; καὶ εἰ ὁ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρός; [2] εἰ ἡ μήτρα κεῖται ἐπὶ τοῦ ἐδωδίμου βρώματος; εἰ σύαγρος κεῖται, τὸ σύνθετον, ἐπὶ τοῦ συός; Ἰατρῶν δὲ παρῆσαν, Δάφ-

1 Abeſt vulgo ἴδιον. 2 Abſunt vulgo & illa εἰ ὁ μεθ. ἐπὶ ἀνδρὸς, e Suida a nobis adiecta.

qua omni vita probatus. E Cynicis unus erat, quem CYNULCUM auctor nominat; quem non ſolum, ut Telemachum concionantem, duo canes ſtrenui comitabantur, ſed multo plures quam Actaeonem. Adfuerat & Oratorum coetus, haud minus numeroſus, quam Cynicorum. Hos, & quicunque ex aliis verba facerent, inſectabatur ULPIANUS, Tyrius; qui ob aſſiduas quaeſtiones, quas numquam non, in viis, in ambulationibus, in librariorum tabernis, in balneis, proponere conſueverat, cognomen habuit, proprio nomine illuſtrius, Κειτοὐκειτος. Huic viro mos erat ſingularis, nihil cibi deguſtare, priuſquam quaeſiſſet, ſcriptumne alicubi legeretur, an non legeretur? veluti: an vocabulum ὥρα ſcriptum reperiatur de *parte aliqua dici*; an μέθυσος, de *viro*; an μήτρα, (*vulva*) de *eduli cibo*; an σύαγρος, compoſitum nomen, dictum exſtet de *apro*? Ex Medicis interfuerant coenae:

νος Ἐφέσιος, ἱερὸς τὴν τέχνην καὶ κατὰ τὰ ἤθη, τῶν Ἀκαδημαϊκῶν λόγων οὐ παρέργως ἁπτόμενος· Γαληνός τε ὁ Περγαμηνὸς, ὃς τοσαῦτ' ἐκδέδωκε συγγράμματα φιλόσοφά τε καὶ ἰατρικὰ, ὡς πάντας ὑπερβαλεῖν τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν οὐδενὸς
f ὢν τῶν ἀρχαίων ἀδυνατώτερος· Ῥουφῖνός τε ὁ Νικαεύς. Μουσικὸς δὲ παρῆν Ἀλκείδης ὁ Ἀλεξανδρεύς. καὶ ἦν ὁ κατάλογος οὗτος στρατιωτικὸς, φησὶ, μᾶλλον, ἢ συμποτικός.

Δραματουργεῖ δὲ τὸν διάλογον ὁ Ἀθήναιος ζήλῳ Πλατωνικῷ· οὕτως γοῦν ἄρχεται. III.

Ratio operis & ipsum Exordium.

ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ, ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

a Ἆρτος, ὦ Ἀθήναιε, μετειληφὼς τῆς καλῆς ἐκείνης συνουσίας τῶν νῦν ἐπικληθέντων Δειπνοσοφιστῶν, ἥτις ἀνὰ τὴν πόλιν πολυθρύλλητος ἐγένετο; ἢ παρ' ἄλλου

Daphnus, Ephesius, & in arte sua divinus, & moribus sanctus, qui Academicorum disciplinam non perfunctorie attigerat; tum Galenus, Pergamenus, qui tot editis libris philosophiam medicinamque locupletavit, ut superiores omnes post se reliquerit; idemque, vim elocutionis si spectes, nemini veterum postponendus: denique Rufinus, Nicaeensis. Musicus vero adfuerat Alcides, Alexandrinus. Tanta igitur, ait, erat multitudo, ut militum potius catalogum hunc esse diceres, quam convivarum recensionem.

3. Distinguit autem dialogum Athenaeus dramatica quadam ratione, Platonem scilicet imitatus; talique modo orditur:

Timocrates, et Athenaeus.

Timocr. Ipsene, Athenaee, interfuisti eleganti illi congressioni virorum, quos *Deipnosophistas* nunc vocant, cuius fama celebrata per urbem est; an ab aliis acce-

μαθὼν, τοῖς ἑταίροις[1] διεξήεις; ΑΘΗΝ. Αὐτὸς, ὦ Τιμόκρατες, μετασχών. ΤΙΜ. Ἆρ' οὖν ἐθελήσεις καὶ ἡμῖν τῶν καλῶν ἐπικυλικίων λόγων μεταδοῦναι;

(Τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον·
ὥς που φησὶν ὁ Κυρηναῖος ποιητής.) ἢ παρ' ἄλλου τινὸς b
ἡμᾶς ἀναπυθανεσθαι δεῖ;

IV. Laus Convivatoris.

Εἶτα εἰσβάλλει μετ' ὀλίγον εἰς τὸν τοῦ Λαρησίου ἔπαινον· καὶ λέγει, ὡς ὑπὸ φιλοτιμίας πολλοὺς τῶν ἀπὸ παιδείας συναθροίζων, οὐ μόνοις τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ λόγοις εἱστία, τὰ μὲν προβάλλων τῶν ἀξίων ζητήσεως, τὰ δὲ ἀνευρίσκων· οὐκ ἀβασανίστως, οὐδ' ἐκ τοῦ παρατυχόντος τὰς ζητήσεις ποιούμενος, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα μετὰ κριτικῆς τινος καὶ Σωκρατικῆς ἐπιστήμης, ὡς πάντας θαυμάζειν τῶν ζη-

1 ἑτέροις vulgo.

ptam enarrasti familiaribus tuis? ATHEN. Ipse equidem, ô Timocrates, interfui. TIMOCR. Placebitne igitur, mecum etiam sermones eos, quos inter pocula illi contulerunt, communicare? (Fiet autem, quod alicubi ait Cyrenaicus poëta:

Qui tertia vice idem exemplum imitando expresserit, ei Dii dant, ut felicius id agat.)

An ex alio quodam haec scisciari nos oportet?

4. Paucis deinde interiectis, ad Larensii laudes pergit Athenaeus: eumque, ait, ubi pro sua munificentia multos apud se eruditos viros congregasset, non modo caeteris rebus, quae ad convivium pertinerent, verum etiam sermonibus eos excepisse, partim proponentem quae digna forent inquisitione, partim vero & ipsum inquirentem; neque enim inexplorato, nec fortuito, protulisse quaestiones, sed, quoad maxime fieri posset, cum critica quadam ac Socratica scientia; ut rationem, quam in movendis quaestionibus ille tenebat, admirarentur omnes.

c τήτεων τὴν τήρησιν. λέγει δ', αὐτὸν καὶ καθεσταμένον
ἐπὶ τῶν ἱερῶν εἶναι καὶ θυσιῶν ὑπὸ τοῦ πάντ' ἀρίστου
βατιλέως Μάρκου, καὶ μὴ ἔλαττον τῶν πατρίων τὰ
τῶν Ἑλλήνων μεταχειρίζεσθαι. καλεῖ δὲ αὐτὸν καὶ
Ἀστεροπαῖον τινα, ἐπίσης ἀμφοτέρων τῶν φωνῶν προϊ-
στάμενον. λέγει δ' αὐτὸν καὶ ἔμπειρον εἶναι ἱερουργιῶν
τῶν νομισθεισῶν ὑπό τε τοῦ τῆς πόλεως ἐπωνύμου Ῥω-
μύλου καὶ Ποmπιλίου Νουμᾶ, καὶ ἐπιστήμονα νόμων
πολιτικῶν. παντα δὲ ταῦτα μόνον ἐξευρεῖν ἐκ παλαιῶν
d ψηφισμάτων καὶ δογμάτων τηρήσεως, ἔτι δὲ νόμων
συναγωγῆς, (οὓς ἔτι διδάσκουσιν,) ὡς τὰ Πινδάρου ὁ
a κωμῳδιποιὸς Εὔπολίς φησι, ἤδη κατασεσιγασ-
μένων ὑπὸ τῆς τῶν πολλῶν ἀθιλοκαλίας. Ἦν δὲ, φη-
σὶ, καὶ βιβλίων κτῆσις αὐτῷ ἀρχαίων Ἑλληνικῶν [1]
τοσαύτη, ὡς ὑπερβάλλειν πάντας τοὺς ἐπὶ συναγω-
γῇ τεθαυμασμένους, Πολυκράτην τε τὸν Σάμιον, καὶ

1 Ἑλληνικῶν τε edd.

Eumdem refert Athenaeus ob optimo maximo Imperatore Marco ſacris faciundis immolandiſque victimis fuiſſe praefectum; nec minus graecas literas, quam patrias, in promtu habuiſſe: vocatque eum *Aſteropaeum* quemdam, ut qui in utroque pariter ſermone excelluerit. Addit inſuper, peritum etiam fuiſſe ſacrarum caerimoniarum, cum a Romulo conditore cognominis urbis, tum a Numa Pompilio inſtitutarum; praeterea legum civilium adprime gnarum: & horum quidem omnium notitiam ſolum conſecutum eſſe ex vetuſtorum decretorum edictorumque ſtudio, & ex collectione legum, quas adhuc in ſcholis interpretantur, *ad ſilentium iam redactas* (ut de Pindari carminibus Eupolis comicus ait) neglectaſque ob remiſſum vulgo rerum praeclararum ſtudium. Porro, vetuſtorum librorum graecorum tantam copiam poſſediſſe eum ait, ut omnes libris coacervandis nobilitatos ſuperaret; Polycra-

Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναίων τυραννήσαντα, Εὐκλείδην τε τὸν καὶ αὐτὸν Ἀθηναῖον, καὶ Νικοκράτην τὸν Κύπριον, ἔτι τε τοὺς Περγάμου βασιλέας, Εὐριπίδην τε τὸν ποιητὴν, Ἀριστοτέλην τε τὸν φιλόσοφον, καὶ τὸν τὰ τούτου [1] διατηρήσαντα βιβλία Νηλέα· παρ' οὗ πάντα φησὶ πριάμενος ὁ ἡμεδαπὸς βασιλεὺς Πτολε- b
μαῖος, Φιλάδελφος δὲ ἐπίκλην, μετὰ τῶν Ἀθήνηθεν καὶ τῶν ἀπὸ Ῥόδου, εἰς τὴν καλὴν Ἀλεξάνδρειαν μετήγαγε. Διόπερ ἐκεῖνα τῶν Ἀντιφάνους ἐρεῖ τις εἰς αὐτόν·

Ἀεὶ δὲ πρὸς Μούσαισι καὶ λόγοις πάρει,
ὅπου τε σοφίας ἔργον ἐξετάζεται.
Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ·
οἷα παίζομεν φίλαν
ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
τραπέζαν·

κατὰ τὸν Θηβαῖον μελοποιόν. Καὶ ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις c

1 Vulgo omnes καὶ τὸν τὰ τούτων. Quod ſi bene habet, inſerendum ante iſta verba, cum viris doctis, *Theophraſti* nomen.

tem dico Samium; Piſiſtratum, Athenienſium tyrannum; Euclidem, Athenienſem; Nicocratem, Cyprium; quin & Pergami reges, & Euripidem poëtam, & Ariſtotelem philoſophum, &, qui huius libros conſervavit, Neleum; a quo (inquit) omnes mercatus eſt rex noſtrâs Ptolemaeus, cognomine Philadelphus, ſimulque cum his, quos Athenis & Rhodi coëmerat, in pulcram Alexandriam transferri curavit. Quare in eumdem (Larenſium) rite aliquis dixerit illud Antiphanis:

Muſarum ſtudiis aſſides uſque, & literis,
ubi certamen cernitur ſapientiae.

tum id, quod ait Thebanus poëta: *Splendet vero & Muſicae flore, qualiter frequenter ludimus nos poëtae amicam circa menſam.* Idem, quoties ad hoſpitium & convivium ali-

δὲ παρακαλῶν, πατρίδα, φησὶ, τὴν Ῥώμην πᾶσιν ἀποφαίνει. τίς γὰρ τὰ οἰκοι ποθεῖ, τούτῳ ξυνὼν, ἀναπεπταμένην ἐχοντι τοις Φίλοις τὴν οἰκίαν; κατὰ γὰρ τον κωμῳδιοποιὸν Ἀπολλόδωρον,

Εις οἰκίαν ὅταν τις εισίῃ Φίλου,
ἐστὶν θεωρεῖν, Νικοφῶν, τὴν τοῦ Φίλου
εὔνοιαν εὐθὺς εισιόντι τὰς θύρας.
ὁ θυρωρὸς ἱλαρὸς πρῶτόν ἐστιν· ἡ κύων
ἔσανε, [1] καὶ προσῆλθεν· ὑπαντήσας δέ τις [2]
d δίφρον εὐθέως ἔθηκε, κἂν μηδεὶς λέγῃ
μηδέν. — —

Τοιούτους ἔδει καὶ τοὺς λοιποὺς εἶναι πλουσίους. [3] V.
ὡς τοῖς γε μὴ τοῦτο ποιοῦσιν ἐρεῖ τις· „Τί μικρολογεῖ; [4] πλεῖαί τοι οἴνου κλισίαι. — δαίνυ δαῖτα γέρουσι θάλειαν· ἔοικέ τοι.“ Τοιοῦτος ἦν τῇ μεγαλοψυχίᾳ ὁ

Alii munifici Convivatores.

1 Ἔσηνε corrigit Toup. 2 Vulgo ὑπήντησέ τις. 3 Pro πλουσίους vulgo πλείους legitur; quod tenens Casaubonus, τοὺς λοιποὺς in τῶν λοιπῶν mutandum censuit. 4 Μικρολογεῖς vulgo.

quos invitaret, efficiebat, inquit Athenaeus, Romam ut omnes suam patriam esse crederent. Quis enim ea, quae domi reliquit, desideraret, ubi cum hoc versatur, qui domum amicis apertam habet? Nam, quod comicus ait Apollodorus:

Amici si quis fuerit ingressus domum;
is si ex animo est amicus, signa, Nicophon,
adparent. Primum, simulatque attigerit fores,
vultu adstat hilari ianitor: adulat canis,
caudam agitans: tum vero aliquis accurrit citus,
sellamque ponit, imperante nemine.

5. Tales oportebat etiam alios esse divites. Nam, qui id non facit, ei dicat aliquis: *Quid sordide parcus es? Plena tibi sunt vino tentoria. Instrue senibus convivium lautum: te decet.* Tali munificentia fuit Alexander Magnus. Quin &

μέγας Ἀλέξανδρος. Κόνων δε, τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ νικήσας Λακεδαιμονίους, καὶ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ, ἑκατόμβην τῷ ὄντι θύσας, καὶ οὐ ψευδωνύμως, πάντας Ἀθηναίους εἱστίασεν. Ἀλκιβιάδης δε, Ὀλύμπια νικήσας ἅρματι πρῶτος καὶ δεύτερος καὶ τέταρτος, e (εἰς ἃς νίκας καὶ Εὐριπίδης ἔγραψεν ἐπινίκιον,) θύσας Ὀλυμπίῳ Διΐ, τὴν πανήγυριν πᾶσαν εἱστίασε. τὸ αὐτὸ ἐποίησε καὶ Λεώφρων Ὀλυμπιάσιν, ἐπινίκιον γράψαντος τοῦ Κείου Σιμωνίδου. Ἐμπεδοκλῆς δ' ὁ Ἀκραγαντῖνος, ἵπποις Ὀλύμπια νικήσας, Πυθαγορικὸς ὢν, καὶ ἐμψύχων ἀπεχόμενος, ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀρωμάτων βοῦν ἀναπλάσας, διένειμε τοῖς εἰς τὴν πανήγυριν ἀπαντήσασιν. ὁ δὲ Χῖος Ἴων, τραγῳδίαν νικήσας Ἀθήνησιν, f ἑκάστῳ τῶν Ἀθηναίων ἔδωκε Χίου κεράμιον. [1]

1 Vulgo Χῖον κεράμειον.

Conon, cum ad Cnidum pugna navali viciſſet Lacedaemonios, Piraeeumque muro cinxiſſet, oblata Diis vera hecatombe, non falſo ſic nominata, cunctis Athenienſibus epulum praebuit. Et Alcibiades, ludis Olympicis primus, ſecundus, & quartus curriculo victor, (quas victorias Euripides etiam carmine celebravit,) ſacris Olympio Iovi peractis, univerſae multitudini, quae ad ſpectandos ludos convenerat, convivium exhibuit. Id ipſum & Leophron Olympiae fecit, cuius victoriam Ceus Simonides cecinit. Empedocles vero Agrigentinus, equeſtri certamine Olympico victor, Pythagoreus cum eſſet, & animantium eſu abſtineret, e myrrha, & thure, & pretioſiſſimis aromatibus effictum bovem his diſtribuit, qui ad eam celebritatem convenerant. Ion autem Chius, Athenis in agenda tragoedia victoriam adeptus, Athenienſium cuique Chii vini plenum fictile donavit.

Τοῦ γάρ τις ἄλλου, πρὸς θεῶν περ, οὕνεκα
εὔξαιτο πλουτεῖν, εὐπορεῖν τε χρημάτων,
ἢ τοῦ δύνασθαι παραβοηθεῖν τοῖς φίλοις,
σπείρειν τε καρπὸν Χάριτος, ἡδίστης θεῶν.
Τοῦ μὲν πιεῖν γὰρ καὶ φαγεῖν τὰς ἡδονὰς
ἔχομεν ὁμοίας· οὐχὶ δὲ [1] τοῖς λαμπροῖσι γὰρ
δείπνοις τὸ πεινῆν παύεται· —

Ἀντιφάνης φησίν.

Ὅτι Ξενοφάνης ὁ Χαλκηδόνιος, καὶ Σπεύσιππος ὁ Ἀκαδημαϊκὸς, καὶ Ἀριστοτέλης, συμποτικοὺς [2] νόμους ἔγραψαν.

a Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνος Γελλίας, φιλόξενος ὢν, καὶ πάντας πολυωρῶν, [3] πεντακοσίοις ἱππεῦσιν, ἐκ Γέλας ποτὲ καταλύσασιν ὡς αὐτὸν χειμῶνος ὥρᾳ, ἔδωκεν ἑκάστῳ χιτῶνα καὶ ἱμάτιον.

1 Deest δὲ ed. Casaub. 2 Pro συμποτικοὺς est βασιλικοὺς in duobus codd. msstis, qui inferunt hoc loco hanc ῥῆσιν, quae in editis desideratur. 3 Vulgo πυλωρῶν.

Nam, quod scribit Antiphanes:

Quid quaeso causſae eſt, cur quis optet a Deis
pecunia florere & rerum copia;
niſi, ut poſſimus amicis opitularier,
& ſerere frugem Gratiae, ſuavis Deae?
Namque ea voluptas, quae in potu atque eſu eſt ſita,
par ferme eſt cunctis: neque magis lautae dapes
eſuriem ſedant.

Xenophanem Chalcedonium (ait Athenaeus) & Speusippum Academicum, & Aristotelem, conviviorum moderandorum leges scripsisse.

Sed & Agrigentinus Gellias, cum hospitum amans esset, multaque cura omnes exciperet, aliquando quingentos equites, qui e Gela oppido hiemis tempore ad eum diverterant, tunica & pallio donavit singulos.

VI. Ὁ τρεχέδειπνος, φησὶ σοφιστής. — Κλέαρχός φησι, Χάρμον τὸν Συρακούσιον εὐτρεπίσαι στιχίδια καὶ παροιμίας εἰς ἕκαστον τῶν ἐν τοῖς δείπνοις παρατιθεμένων. εἰς μὲν τὸν ἰχθῦν·

Verficuli ferculis epulorum aaptati.

Ἥκω λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος.

εἰς δὲ τοὺς κήρυκας·

Χαίρετε κήρυκες, Διὸς ἄγγελοι.

εἰς δὲ τὴν χορδήν·

Ἑλικτὰ, κοὐδὲν ὑγιές. b

εἰς δὲ τὴν ὠνθυλευμένην τευθίδα·

Σοφὴ, σοφὴ, σύ.

εἰς δὲ τὸ ἐν τοῖς ἐψητοῖς ὡραῖον·

Οὐκ ἀπ' ἐμοῦ σκεδάσεις ὄχλον;

εἰς δὲ τὴν ἀποδεδαρμένην ἔγχελυν·

Οὐ προκαλυπτομένα βοστρυχώδεα. [1]

Τοιούτους πολλοὺς, φησὶ, τῷ Λαρησίου παρεῖναι δείπνῳ, ὥσπερ συμβολὰς κομίζοντας τὰ ἀπὸ τῶν στρω-

1 Forſ. βοστρυχώδεος ἁβρὰ παρηίδος.

6. Vocabulo τρεχέδειπνος utitur ſophiſta, (Athenaeus,) eos dicens qui *coenas ſectantur*. — Clearchus refert, Charmum Syracuſium quibuſvis ferculis, in coena adpoſitis, verſiculos quoſdam & adagia lepide adcommodaſſe. Veluti piſcibus: *Adſum relicto Aegaeo ſalſo pelago.* Buccinis conchis, quas κήρυκας Graeci (id eſt, *praecones*) vocant: *Salvete praecones, Iovis nuntii!* Flexuoſis agnorum aut hoedorum lactibus: *Tortuoſa, ſanique nihil!* Loligini exquiſita arte paratae: *Sapiens tu quidem, ſapiens es!* Salſamento ex minutis piſciculis: *Nonne a me turbam diſpelles?* Anguillae excoriatae: *Non velata teneras cincinnis-ornatas genas.* — Tales multos, ait, interfuiſſe Larenſii coenae, qui e collectaneorum ſuorum faſciculis libellos,

ματοδέσμων γράμματα. Φησὶ δὲ καὶ, ὅτι ὁ Χάρμος, εἰς ἕκαστον τῶν παρατιθεμένων ἔχων τι πρόχειρον, ὡς προείρηται, ἐδόκει τοῖς Μεσσηνίοις πεπαιδευμένος εἶναι· c ὡς καὶ Καλλιφάνης, ὁ τοῦ Παραβρύκοντος κληθείς, ἀρχὰς ποιημάτων πολλῶν καὶ λόγων ἐγγραψάμενος, ἀνειλήφει μέχρι τριῶν καὶ τεσσάρων στίχων, πολυμαθείας δόξαν προσποιούμενος. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι διὰ στόματος εἶχον τὰς ἐν τῷ Σικελικῷ μυραίνας, τὰς πλωτὰς ἐγχέλεις, τῶν Παχύνου [1] θύννων τὰς ἠτριαίας, τοὺς ἐν Μήλῳ ἐρίφους, τοὺς ἐν Συμαίθῳ [2] κεστρέας· καὶ τῶν ἀδόξων δὲ, τὰς Πελωρίδας κόγχας, τὰς ἐκ Λιπάρας μαινίδας, τὴν Μαντινικὴν γογγυλίδα, τὰς d ἐκ Θηβῶν βουνιάδας, καὶ τὰ παρ' Ἀσκραίοις τεῦτλα. Κλεάνθης δὲ ὁ Ταραντῖνος, ὥς Φησι Κλέαρχος, πάντα παρὰ τοὺς πότους ἔμμετρα ἔλεγε· καὶ Πάμφιλος δὲ ὁ Σικελός. ὡς ταῦτα·

1 τῶν ἐκ Παχύνου malim. 2 Forſ. ἐν Σκιάθῳ.

veluti ſymbolas, conferebant. Ait etiam, Charmum, cum ad adpoſita ſingula fercula, ut paullo ante dictum eſt, aliquid in promtu haberet, eruditum virum apud Meſſanenſes eſſe habitum: quod & Calliphani contigit, cui Parabrycontis cognomen, qui, cum multorum carminum & orationum principia in ſuos commentariolos retuliſſet, tres aut quatuor verſus cuiuſque memoria tenebat, quibus recitatis multiplicis eruditionis laudem adfectabat. — Multi vero & alii in ore habuerunt freti Siculi muraenas, flutas anguillas, thynnorum ad Pachynum captorum ſumina, hoedos ex Melo, mugiles ex Simaetho, (*ſive*, ex Sciatho;) & ex minus nobilitatis, conchas Peloridas, maenidas ex Lipara, rapam Mantinenſem, napum Thebanum, Aſcraeas betas. Cleanthes vero Tarentinus, ut Clearchus refert, in conviviis omnia verſibus eloquebatur; pariterque Pamphilus Siculus. Velut iſta:

Ἔγχει πιεῖν μοι· καὶ, τὸ πέρδικος σκέλος.
Ἀμίδα δότω τις· ἢ, πλακοῦντά τις δότω.

Τὸν βίον, φησὶν, εὐσταθεῖς, οὐκ ἐγχειρογάστορες. — „Γυργάτους ψηφισμάτων φέροντες" Ἀριστοφάνης φησίν.

VII. Archeſtrati Gaſtronomia.

Ὅτι Ἀρχέστρατος ὁ Συρακούσιος ἢ Γελῶος, ἐν τῇ, ὡς Χρύσιππος ἐπιγράφει, Γαστρονομίᾳ· ὡς δὲ Λυγκεὺς καὶ Καλλίμαχος, Ἡδυπαθείᾳ· ὡς δὲ Κλέαρχος, Δειπνολογίᾳ· ὡς δ' ἄλλοι, Ὀψοποιίᾳ· (ἐπικὸν δὲ τὸ ποίημα, οὗ ἡ ἀρχή·

Ἱστορίης ἐπίδειγμα ποιούμενος Ἑλλάδι πάσῃ·)

φησί·

Πρὸς δὲ μιῇ πάντας δειπνεῖν ἀβρόδαιτι τραπέζῃ.
ἕστωσαν δ' ἢ τρεῖς ἢ τέσσαρες οἱ ξυνάπαντες,
ἢ τῶν πέντε γε μὴ πλείους· ἤδη γὰρ ἂν εἴη

Da quod bibam, & perdicis crus.
Matulam mihi aliquis, aut placentam porrigat.

— Qui *ſtabilem*, inquit, *victum habent*; non quos manuum labore ventri conſulere oportet. — *Caniſtra decretis referta geſtantes*, ait Ariſtophanes.

7. Archeſtratus, Syracuſius ſive Gelous, in opere, cui, Chryſippum ſi audias, titulus eſt Gaſtronomia, quaſi dicas Ventris leges; ſi Lynceum & Callimachum, Hedypathia, id eſt, de Voluptate; ſi Clearchum, Deipnologia, id eſt, de Coenae ratione; ſi alios, Opſopoeia, id eſt, de Obſoniorum adparatu: (eſt autem carmen hexametris verſibus compoſitum, cuius hoc initium:

Helladi doctrinae ſpecimen nunc praebeo toti.)

in illo igitur carmine haec ait Archeſtratus:

Omnes lauta una menſa coenare iubeto:
accumbant vero tantummodo quattuor, aut tres,
ad ſummum quinque, & non plures: nam fuerit iam

μισθοφόρων ἁρπαξιβίων σκηνὴ στρατιωτῶν.
ἀγνοεῖ δ', ὅτι οἱ ἐν τῷ Πλάτωνος συσσιτίῳ ὀκτὼ καὶ
f εἴκοσι ἦσαν.

Οὗτοι δὲ πρὸς [1] τὰ δεῖπνα τῶν ἐν τῇ πόλει — Invocati convivae.
ἀφορῶσιν αἰεί, [2] καὶ πέτονται δεξιῶς
ἐπὶ ταῦτ' ἄκλητοι·

Ἀντιφάνης φησί. καὶ ἐπάγει· „οὓς ἐκ κοινῶν ἔδει τρέ-
a φειν τὸν δῆμον· ἀεί θ', ὥσπερ
Ὀλυμπίασί φασι ταῖς μυιαῖς ποιεῖν,
βοῦν τοῖς ἀκλήτοις προκατακόπτειν πανταχοῦ."

-- Τὰ μὲν θέρεος, τὰ δ' γίνεται ἐν χειμῶνι· VIII.
φησὶν ὁ Συρακούσιος ποιητής. οὐχ ἅμα μὲν οὖν πάντα — Coenarum scriptores.
παρασκευάζεσθαι δυνατὸν, λέγεσθαι δὲ ῥᾴδιον. — Ὅτι
δείπνων ἀναγραφὰς πεποίηνται ἄλλοι τε, καὶ Τιμα-
χίδας ὁ Ῥόδιος δι' ἐπῶν, ἐν ἑνδεκα βιβλίοις ἢ καὶ πλείο-
σι· καὶ Νουμήνιος Ἡρακλεώτης, ὁ Διεύχους τοῦ ἰα-

1 & 2 Voces πρὸς & αἰεὶ ex coniectura adiectae.

militis haec nummo conducti, turba rapacis.

Ignorabat vero, in Platonis convictu fuisse octo & viginti.

Hi vero coenas eorum, qui in urbe (eminent,)
respiciunt semper, advolantque dextre
ad eas invocati:

inquit Antiphanes; subiicitque: „*Quos e publico nutrire oportebat populum; &,*
quod Olympiae fieri aiunt muscis,
bovem semper prius mactare invocatis."

8. *Alia aestate gignuntur, alia hyeme:* inquit poëta Syracusius. Igitur simul quidem parari omnia non possunt, sed verbis simul exponi facile possunt. — Coenarum descriptiones cum alii dedere, tum Timachidas Rhodius epico carmine, undecim aut pluribus etiam libris: tum Numenius Heracleota, Dieuchis medici discipulus; Me-

τρεῦ μαθητής· καὶ Μητρέας ὁ Πιτανάιος, ὁ παρῳδός· καὶ Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὁ ἐπικληθεὶς Φακῆ, ὃν τῇ ἀρ- b
χαίᾳ κωμῳδίᾳ τινὲς ἐντάττουσιν. — Ὅτι Ἀρτεμίδωρος, ὁ ψευδαριστοφάνειος ὀψαρτυτικὰς λέξεις συνήγαγε. [1]

Philoxeni Leucadii coena.

Τοῦ Φιλοξένου δὲ, τοῦ Λευκαδίου, Δείπνου Πλάτων ὁ κωμῳδιοποιὸς μέμνηται ἐν τῷ Φάωνι·

Α. -- Ἐγὼ δ' ἐνθάδ', ἐν τῇ ἐρημίᾳ,[2]
τουτὶ διελθεῖν βούλομαι τὸ βιβλίον
πρὸς ἐμαυτόν. Β. Ἔστι δ', ἀντιβολῶ σε, τοῦτο τί;
Α. Φιλοξένου καινή τις ὀψαρτυσία.
Β. Ἐπίδειξον αὐτὴν, ἥ τις ἐστίν; Α. Ἄκουε δή.
„Ἄρξομαι ἐκ βολβοῦ, τελευτήσω δ' ἐπὶ θύννον."
Β. Ἐπὶ θύννον; οὐκοῦν τῆς τελευταίας [3] πολὺ
κράτιστον ἐνταυθοῖ [4] τετάχθαι τάξεως; c

1 Desideratur ista ῥῆσις in edd. In eisdemque mox absunt verba ἐν τῷ Φάωνι. 2 Forf. Ἐγὼ δ' ἐν τῇδε τῇ ἐρημίᾳ. 3 Τελευτῆς vulgo. 4 Ἐνταῦθα vulgo.

treas Pitanaeus, parodus; Hegemon Thasius, cognomine Lenticula, quem in veteris Comoediae scriptoribus nonnulli numerant. — Artemidorus, qui Aristophaneus falso cognominatur, Vocabula ad artem Culinariam pertinentia collegit. -- Coenae vero Philoxeni Leucadii comicus Plato in Phaone meminit:

A. — *Ego hic, in hac solitudine,*
hunc perlegere constitui libellum
ipse mecum. B. *Quisnam, obsecro te, is est?*
A. *Philoxeni nova quaedam Ars culinaria.*
B. *Ostende eam, qualis sit.* A. *Audi igitur:*
„*Ordior a bulbis: in magnos finio thynnos.*"
B. *In thynnos desinit? Igitur, quod est longe optimum,*
id hic postremo loco erat ponendum?

A. „ Βολβοὺς μὲν σποδιᾷ [1] δαμάσας, καταχύσματι δεύσας,
„ ὡς πλείστους διάτρωγε· τὸ γὰρ δέμας ἀνδρὸς [2] ἀνορθοῖ.
(ἡ ψωλὴ, δέμας ἐστί.) — [3]
„ Καὶ τάδε μὲν δὴ ταῦτα· θαλάσσης δ' ἐς τέκν' ἄνειμι."

εἶτα μετὰ μικρόν·

Οὐδὲ λοπὰς κακόν ἐστιν· ἀτὰρ τὸ τάγηνον ἄμεινον, οἶμαι. — — —

καὶ μετ' ὀλίγον·

Ὀρφῶν, αἰολίαν, συνόδοντά τε, καρχαρίαν τε
μὴ τέμνειν, μή σοι νέμεσις θεόθεν καταπνεύσῃ·
d ἀλλ' ὅλον ὀπτήσας παράθες, πολλὸν γὰρ ἄμεινον.
Πουλίποδος πλεκτὴ δ' ἂν, ἐπεὶ λήψῃ κατὰ καιρὸν,
ἐφθὴ τῆς ὀπτῆς, ἣν ἢ μείζων, πολὺ κρείττων.
ἢν ὀπταὶ δὲ δύ' ὧσ', ἐφθῇ κλαίειν ἀγορεύω.

1 Σποδιῇ edd. 2 Desiderabatur vulgo vox ἀνδρός. 3 Deest istud hemistychium editis.

A. „ *Bulbos sub cinere edomitos, suavique rigatos*
„ *post condimento, multos ede; corpora firmant:*
(mentula, corpus est.) — —
„ *Hactenus haec: post pelagi tradentur alumni.*"

Deinde, paucis interiectis:

Non patinam damno, tamen anteferenda videtur
sartago.

Et paullo post:

Ne orphum, aeoliam, synodontem, carchariamve
concidas, Nemesis ne te divinitus perdat.
Integros assos adponito: suavius hoc est.
Sed polypus cirrosa, suo si tempore capta,
atque ingens membris, elixa est suavior assa.
Sin binae fuerint assae, tu longum elixa valeto.

Τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπήρανος εἶναι·
παρθένου Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφυ, καὶ στύματα μισεῖ.
σκορπίος αὖ παύσειέ γε, σοῦ τὸν πρωκτὸν ὑπελθών.

IX. Philoxeni ingluvies.

Ἀπὸ τούτου τοῦ Φιλοξένου καὶ Φιλοξένειοί τινες πλακοῦντες ὠνομάσθησαν. περὶ τούτου Χρύσιππος φησίν· e
„Ἐγὼ κατέχω τινὰ ὀψοφάγον, ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεπτωκότα τοῦ μὴ ἐντρέπεσθαι τοὺς πλησίον ἐπὶ τοῖς γινομένοις, ὥστε φανερῶς ἐν τοῖς βαλανείοις τήν τε χεῖρα συνεθίζειν πρὸς τὰ θερμὰ, καθιέντα εἰς ὕδωρ θερμὸν, καὶ τὸ στόμα ἀναγαργαριζόμενον θερμῷ, ὅπως δηλονότι ἐν τοῖς θερμοῖς δυσκίνητος ᾖ. ἔφασαν γὰρ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐψοποιοῦντας ὑποποιεῖσθαι, ἵνα θερμότατα παρατιθῶσι, καὶ μόνος καταναλίσκῃ αὐτὸς, τῶν λοιπῶν συνακολουθεῖν μὴ δυναμένων." Τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ f
Κυθηρίου Φιλοξένου ἱστοροῦσι, καὶ Ἀρχύτου, καὶ ἄλλων πλειόνων, ὧν τις παρὰ Κρωβύλῳ τῷ κωμικῷ φησίν·

At trigle nervis non eſt iucunda comeſa:
laſcivos odit; nam caſtae Palladi ſacra eſt.
Verum & ſcorpius, anum intrans, ſedaverit oeſtrum.

9. Ab hoc Philoxeno etiam *Philoxeniae* quaedam *placentae* nomen invenere. De eodem Chryſippus ſcribit: „Ego lurconem quemdam memini, qui in his, quae agebat, adeo deſeruit verecundiam hominibus debitam, ut palam in balneis & manum calori adſuefaceret, in calentem aquam demittens, & os quoque calida collueret, ne ſcilicet fauces calidis cibis offenderentur. Aiunt enim, & coquos eum clam demereri ſolitum, ut omnia quam calidiſſima menſis inferrent, quo cuncta ſolus ipſe comederet, cum non poſſent caeteri praeeuntem ſequi." Hoc idem vero proditum etiam eſt de Cytherio Philoxeno, de Archyta, & aliis pluribus; quorum unus apud Crobylum comicum ſic loquitur:

Ἐγὼ δὲ πρὸς τὰ θερμὰ ταῦθ' ὑπερβολῇ
τοὺς δακτύλους δήπουθεν Ἰδαίους ἔχω,
καὶ τὸν λάρυγγ' ἥδιστα πυρὶῶ τεμαχίοις·
κάμινος, οὐκ ἄνθρωπος.

Κλέαρχος δὲ Σησί· Φιλόξενον, προλουόμενον, ἐν τῇ πατρίδι καὶ ἄλλαις πόλεσι[1] περιέρχεσθαι τὰς οἰκίας, a ἀκολουθούντων αὐτῷ παίδων, καὶ Φερόντων ἔλαιον, οἶνον, γάρον, ὄξος, καὶ ἄλλα ἡδύσματα· ἔπειτα εἰσιόντα εἰς τὰς ἀλλοτρίας οἰκίας, τὰ ἑψόμενα τοῖς ἄλλοις ἀρτύειν, ἐμβάλλοντα ὧν ἐστι χρεία· εἶθ' οὕτως ἀνακύψαντα[2] εὐωχεῖσθαι. Οὗτος εἰς Ἔφεσον καταπλεύσας, εὑρὼν τὴν ὀψοπωλίαν κενὴν, ἐπύθετο τὴν αἰτίαν· καὶ μαθὼν ὅτι πᾶν εἰς γάμους συνηγόρασται, λουσάμενος παρῆν ἄκλητος ὡς τὸν νυμφίον. καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ᾄσας ὑμέναιον, οὗ ἡ ἀρχή· „Γάμε θεῶν λαμπρότα-

1 Sex verba e Suida ſuppleta. 2 Ἀνακάμψαντα edd. vett. ἀνακάψαντα ed. Caſ. cum msstis. εἰς ἑαυτὸν κύψαντα Suid.

Ego ad iſta ſummopere calentia
digitos ſcilicet Idaeos habeo,
fauceſque libenter fumantibus aduro fruſtis;
caminus, non homo.

Clearchus vero tradit, Philoxenum, cum in patria, tum in aliis civitatibus, poſtquam lavaſſet, domos circumire ſolitum, ſervulis comitantibus, qui oleum, vinum, garum, acetum, aliaque condimenta ferrent; tum alienas domos ingreſſum, quae pro aliis coquebantur, ea ipſum, iniectis quae opus forent, condiviſſe, eoque labore defunctum epulis adcubuiſſe. Idem cum Epheſum aliquando navigaſſet, reperiſſetque vacuum obſonio forum; cauſſam percunctatus, ubi ad nuptias omnia coëmta fuiſſe cognovit, lotus ad ſponſi domum perrexit, non invitatus. Tum poſt coenam carmen nuptiale canens, cuius erat initium, *Nuptiae, dearum ſplendidiſſima!* mirifice omnes

τε· " πάντας ἐψυχαγώγησεν. ἦν δὲ διθυραμβοποιός. καὶ ὁ νυμφίος, Φιλόξενε, εἶπε, καὶ αὔριον ὧδε δειπνεῖς; b καὶ ὁ Φιλόξενος, ἂν ὄψον, ἔφη, μὴ πωλῇ τις.

X.

Gruis guttur optantes.

Θεόφιλος δὲ φησίν· „ Οὐχ ὥσπερ Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος· ἐκεῖνος γὰρ, ὡς ἔοικε, ἐπιμεμφόμενος τὴν φύσιν, εἰς τὴν ἀπόλαυσιν ηὔξατό ποτε γεράνου τὴν φάρυγγα σχεῖν· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, ἵππον ὅλως, ἢ βοῦν, ἢ κάμηλον, ἢ ἐλέφαντα δεῖ σπουδάζειν γενέσθαι. οὕτω γὰρ καὶ αἱ ἐπιθυμίαι, καὶ αἱ ἡδοναὶ, πολλῷ μείζους καὶ σφοδρότεραι· πρὸς γὰρ τὰς δυνάμεις ποιοῦνται τὰς ἀπολαύσεις." Κλέαρχος δὲ Μελάνθιόν φησι τοῦτ' εὔξασθαι, λέγων· „ Τιθωνοῦ Με- c λάνθιος ἔοικε βουλεύσασθαι βέλτιον. ὁ μὲν γὰρ ἀθανασίας ἐπιθυμήσας, ἐν ταλάρῳ [1] κρέμαται, πάντων ὑπὸ γήρως ἐστερημένος τῶν ἡδέων· Μελάνθιος δὲ, τῶν

1 ἐν θαλάμῳ vulgo.

oblectavit: erat enim dithyrambicus poëta. Rogante vero ſponſo, num poſtridie rurſus apud eum vellet coenare: Sic ſane, inquit; obſonium ſi nemo vendat.

10. Theophilus vero ait: „Philoxenum, Eryxidis filium, non debemus imitari: ille enim, ut aiunt, naturam accuſans, quo diutius frueretur cibi ac potionis voluptate, collum ſibi gruis optabat. Quin potius precandum eſt, ut equus omnino, aut bos, aut camelus, aut elephas fias. Sic enim & adpetitiones & voluptates multo maiores erunt, acrioreſque: quanto enim plus valent horum corpora, tanto maioribus fruuntur voluptatibus." At Clearchus, Melanthium id precatum eſſe, ſcribit. „Tithono, inquit, Melanthius conſultior fuit. Ille enim, quoniam immortalem ſe fieri concupiverat, in cunis ſuſpenſus haeret, omnibus vitae voluptatibus ob ſenectutem privatus: Melanthius vero, voluptatis deſiderio

ἀπολαύσεων ἐρῶν, ἠύξατο τῆς μακραύχενος ὄρνιθος τὸν τράχηλον ἔχειν, ἵν' ὅτι πλεῖστον τοῖς ἡδέσιν ἐνδιατρίβῃ." Ὁ αὐτός φησι, Πίθυλλον, τὸν Τένθην καλούμενον, οὐ περιγλωττίδα μόνον ὑμενίνην Φορεῖν, ἀλλὰ καὶ προσελυτροῦν τὴν γλῶσσαν πρὸς τὰς ἀπολαύσεις· καὶ τέλος ἰχθῦν τρίβων ἀπεκάθαιρεν αὐτήν. μόνος δ' οὗτος τῶν ἀπολαυστικῶν καὶ δακτυλήθρας ἔχων ἐσθίειν λέγεται τὸ ὄψον, ἵν' ὡς θερμότατα ὁ τρισάθλιος ἀναδιδῷ τῇ γλώττῃ. Ἄλλοι δὲ Φίλιχθυν τὸν Φιλόξενον φασίν· Ἀριστοτέλης δὲ Φιλόδειπνον ἁπλῶς, ὃς καὶ γράφει που ταῦτα· „Δημηγορεῦντες ἐν τοῖς ὄχλοις, κατατρίβουσιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν τοῖς θαύμασι, καὶ πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ Φάσιδος ἢ Βορυσθένους καταπλέοντας· ἀνεγνωκότες οὐδέν, πλὴν εἰ τὸ Φιλοξένου Δεῖπνον οὐχ ὅλον." Loricata lingua.

e Φανίας δέ φησιν, ὅτι Φιλόξενος ὁ Κυθήριος ποιη- XI.

captus, precatus eſt, ut volucris longo collo praediti guttur ſibi daretur, quo diutius ipſi duraret voluptatis ſenſus." Idem Clearchus narrat, Pithyllum, qui Catillo cognominatus eſt, non ſolum membraneo tegmine involviſſe linguam, verum etiam cruſtam illi ceu loricam induxiſſe, luxuriae cauſſa, & denique piſcis affrictu illam repurgaſſe. Soluſque ille e catillonum numero digitalibus utens cibos comedebat, ut eos quam ferventiſſimos linguae tradere hominum miſerrimus poſſet. Philoxenum alii φίλιχθυν, id eſt, *piſcium amantem* dicunt: Ariſtoteles vero nude φιλόδειπνον, *coenarum ſtudioſum;* qui etiam alicubi ſic ſcribit: „Qui in circulis conciones habent, totumque diem praeſtigias ſpectant, & cum eis verſantur qui e Phaſi aut Boryſthene huc adpellunt: legerunt autem nihil quidquam, niſi forte *Philoxeni Coenam*, ac ne eam quidem totam."

11. Phanias autem narrat, Philoxenum Cytherium

Philoxeni Cytherii Galatea.

τὴς, περιπαθὴς ὢν τοῖς ὄψοις, δειπνῶν ποτε παρὰ Διονυσίῳ, ὡς εἶδεν ἐκείνῳ μὲν μεγάλην τρίγλαν παρατεθεῖσαν, ἑαυτῷ δὲ μικρὰν, ἀναλαβὼν αὐτὴν εἰς τὰς χεῖρας πρὸς τὸ οὖς προσήνεγκε. πυθομένου δὲ τοῦ Διονυσίου, τίνος ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ, εἶπεν ὁ Φιλόξενος, ὅτι γράφων τὴν Γαλάτειαν βούλοιτό τινα παρ' ἐκείνης τῶν κατὰ Νηρέα πυθέσθαι· τὴν δὲ ἠρωτημένην ἀποκεκρίσθαι, [1] διότι νεωτέρα ἁλοίη· διὸ μὴ παρακολουθεῖν· τὴν f δὲ τῷ Διονυσίῳ παρατεθεῖσαν, πρεσβυτέραν οὖσαν, εἰδέναι πάντα σαφῶς ἃ βούλεται μαθεῖν. τὸν οὖν Διονύσιον γελάσαντα ἀποστεῖλαι αὐτῷ τὴν τρίγλην τὴν παρ' αὐτῷ. Συνεμέθυε δὲ τῷ Φιλοξένῳ ἡδέως ὁ Διονύσιος. ἐπεὶ δὲ τὴν ἐρωμένην Γαλάτειαν ἐφωράθη διαφθείρων, εἰς τὰς λατομίας ἐνεβλήθη· ἐν αἷς ποιῶν τὸν Κύ- a κλωπα, συνέθηκε τὸν μῦθον εἰς τὸ περὶ αὐτὸν γενόμενον πάθος, τὸν μὲν Διονύσιον, Κύκλωπα ὑποστησάμενος·

1 Vulgo οὐκ ἀποκεκρ.

poëtam, obſoniorum cupediis deditiſſimum, cum coenaret apud Dionyſium, ut mullum ingentem illi vidit adpoſitum, ſibi vero parvum, manu ſua prehenſum hunc admoviſſe auri; & interrogante Dionyſio cur id faceret, reſpondiſſe: *Galateam ſe ſcribere, cupiviſſeque nonnihil eorum, quae apud Nereum geruntur, ex illo piſciculo reſcire; hunc vero interrogatum reſpondiſſe: Iuniorem ſe eſſe captum, ideoque minus intelligere: illum autem, qui Dionyſio adpoſitus eſſet, ut grandiorem, adcurate omnia ſcire, quae ipſe cognoſcere vellet.* Riſiſſe ad ea tum Dionyſium; eique mullum, qui penes ipſum erat poſitus, miſiſſe. Libenter autem cum Philoxeno potui indulgebat Dionyſius. Verum, ut ab eo vitiatam comperit Galateam amaſiam ſuam, in lapicidinas illum coniecit: ubi Cyclopem fabulam ſcribens Philoxenus, ad ſuum caſum adcommodavit argumentum, Dionyſio Cyclopis tribuens partes, tibi-

τὴν δ' αὐλητρίδα, Γαλάτειαν· ἑαυτὸν δ', Ὀδυσσέα.

XII. Apicius catillo.

Ἐγένετο δὲ κατὰ τοὺς Τιβερίου χρόνους ἀνήρ τις Ἀπίκιος, πλουσιώτατος, τρυφητὴς, ἀφ' οὗ πλακούντων γένη πολλὰ Ἀπίκια ὀνομάζεται. οὗτος ἱκανὰς μυριάδας καταναλώσας εἰς τὴν γαστέρα, ἐν Μιντούρναις (πόλις δὲ Καμπάνίας) διέτριβε τὰ πλεῖστα, b καρίδας ἐσθίων πολυτελεῖς, αἳ γίνονται αὐτόθι ὑπέρ γε τὰς ἐν Σμύρνῃ μέγισται καὶ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀστακούς. ἀκούσας οὖν, καὶ κατὰ Λυβίην γίνεσθαι ὑπερμεγέθεις, ἐξέπλευσεν, οὐδ' ἀναμείνας μίαν ἡμέραν. καὶ πολλὰ κακοπαθήσας κατὰ τὸν πλοῦν, ὡς πλησίον ἦκε τῶν τόπων, πρὶν ἐξορμῆσαι τῆς νεὼς (πολλὴ δ' ἐγεγόνει παρὰ Λίβυσι φήμη τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ) προσπλεύσαντες ἁλιεῖς προσήνεγκαν αὐτῷ τὰς καλλίστας καρίδας. ὁ δ' ἰδὼν ἐπύθετο, εἰ μείζους ἔχουσιν·

cinae partes Galateae, ſibique Ulyſſis ſumens perſonam.

12. Vixit Tiberii aetate Apicius quidam, vir ditiſſimus, luxu ſolutus; a quo Apicia nominantur complura placentarum genera. Is multas nummorum myriadas cum profudiſſet ventris gulaeque cauſſa, Minturnis utplurimum degebat, quod eſt Campaniae oppidum, ſquillas comedens (e cancrorum genere) pretioſas, quae ibi maximae gignuntur, Smyrnenſes ſquillas aſtacoſque Alexandrinos magnitudine ſuperantes. Cum vero audiſſet, in Africa quoque naſci ſingulari magnitudine ſquillas, ne unius quidem diei interpoſita mora profectus eſt: multaque incommoda mari perpeſſus, ut propius illam oram venit, priuſquam navi exiret, piſcatores ad eius navem (increbuerat enim apud Afros rumor adventus hominis) contendentes, pulcerrimas, quas habebant, ſquillas ei obtulerunt. Quibus ille conſpectis, percunctatus anne maiores haberent, cum reſpondiſſent illi,

εἰπόντων δὲ, μὴ γίνεσθαι ὧν ἤνεγκαν, ὑπομνησθεὶς τῶν ἐν Μιντούρναις, ἐκέλευσε τῷ κυβερνήτῃ τὴν αὐτὴν c ὁδὸν ἐπὶ Ἰταλίαν ἀναπλεῖν, μηδὲ προσπελάσαντι τῇ γῇ. Ἀριστόξενος δ', ὁ Κυρηναῖος φιλόσοφος, ὁ ὄντως μετελθὼν τὴν πάτριον φιλοσοφίαν, (ἀφ' οὗ καὶ κωλήν τις καλεῖται Ἀριστόξενος, [1] ἰδίως σκευαζόμενος,) ὑπὸ τῆς ἀνυπερβλήτου τρυφῆς, καὶ τὰς ἐν τῷ κήπῳ γινομένας θριδακίνας οἰνομέλιτι ἐπότιζεν ἑσπέρας· καὶ ὑπὸ τὴν ἕω λαμβάνων, χλωρὰς ἔχειν ἔλεγε πλακοῦντας ὑπὸ τῆς γῆς ἀναπεμπομένους αὐτῷ.

Aristoxeni lactucae.

XIII. Τραϊανῷ δὲ τῷ αὐτοκράτορι, ἐν Παρθίᾳ ὄντι, d καὶ τῆς θαλάσσης ἀπέχοντι ἡμερῶν παμπόλλων ὁδὸν, Ἀπίκιος ὄστρεα νεαρὰ διεπέμψατο, ὑπὸ σοφίας αὐτῷ τεθησαυρισμένα· καὶ οὐχ, ὡς Νικομήδει τῷ Βιθυνῶν βασιλεῖ, ἐπιθυμήσαντι ἀφύης, (μακρὰν δὲ καὶ οὗτος ἦν τῆς θαλάσσης) μάγειρός τις μιμησάμενος τὸ ἰχθύ-

Nicomedis apuae.

1 Ἀριστοξένειος voluit Casaub.

grandiores, quam advexissent, in eo mari nusquam nasci; Minturnensium recordatus, gubernatorem iussit eadem via Italiam repetere, cum ne ad terram quidem adpulisset. Aristoxenus, Cyrenaicus philosophus, patriam gentilemque philosophiam vere sectatus; a quo etiam petaso, singulari quodam modo paratus, Aristoxenus (sive Aristoxenius) adpellatur: is igitur, immani luxuriae indulgens, lactucas etiam in horto suo natas vesperi mulso rigabat; quas dein cum mane evelleret, *placentas se habere* aiebat *virides, e terra sibi prognatas.*

13. Traiano imperatori, cum apud Parthos esset procul a mari permultorum dierum itinere, Apicius recentia misit ostrea, sua arte atque studio conservata: non, ut Nicomedi, Bithyniae regi, apuam (pisciculi marini id genus est) desideranti, cum procul a mari abesset, coquus aliquis figuram pisciculi imitatus, pro apuis adpo-

διον παρέθηκεν ὡς ἀφύας. ὁ γοῦν παρ' Εὔφρονι τῷ κωμικῷ μάγειρος φησίν·

Α. Ἐγὼ μαθητὴς ἐγενόμην Σωτηρίδου,
ὃς ἀπὸ θαλάσσης Νικομήδει δώδεκα
e ὁδὸν ἀπέχοντι πρῶτος ἡμερῶν ποτε,
ἀφύης ἐπιθυμήσαντι, χειμῶνος μέσου
παρέθηκεν ἡδεῖς, ὥστε πάντας ἀνακραγεῖν.
Β. Πῶς δὲ δυνατὸν τοῦτ' ἐστί; Α. Θήλειαν λαβὼν
γογγυλίδα, ταύτην ἔτεμεν εἰς λεπτὰ σφόδρα,
τὴν ὄψιν αὐτῆς τῆς ἀφύης μιμούμενος·
ἀποζέσαι δ' ἔλαιον ἐπιχέας, ἅλας
δοὺς μουσικῶς, μήκωνος ἐπιπάσας ἄνω
κόκκους μελαίνης τὸν ἀριθμὸν δυώδεκα,
περὶ τὴν Σκυθίαν ἔλυσε τὴν ἐπιθυμίαν.
f Καὶ Νικομήδης, γογγυλίδα μασσώμενος,
ἀφύης τότ' ἔλεγε τοῖς φίλοις ἐγκώμιον.

fuit. Euphron quidem comicus ſic loquentem coquum inducit:

A. *Magiſter olim mihi fuit Soterides,*
qui Nicomedi, cum dierum duodecim
itinere abeſſet pelago, & concupiſceret
manducare apuas, hiemis medio tempore
exhibuit, ſuaves, cuncti ut exclamaverint.
B. *Qui fieri poteſt iſtud?* A. *Rapum ſumſerat*
foemineum, in partes quod minutas diſſecans
ita reformavit, apuae ut ſpeciem redderet:
quoque elixaret, oleum affudit, & ſalem
pererudite adſperſit, inſuper nigri
papaveris grana ſpargens duodecim:
in Scythia ſic explet deſiderium.
Ibi Nicomedes, ſervide rapum vorans,
laudavit apuam amicis adplaudentibus.

Οὐδὲν ὁ μάγειρος τοῦ ποιητοῦ διαφέρει·
ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ἑκατέρῳ τούτων τέχνη.

XIV. Ὅτι περὶ Περικλέους φησὶν Ἀρχίλοχος, ὁ Πάριος ποιητής, ὡς ἀκλήτου ἐπεισπαίοντος εἰς τὰ συμπόσια, Μυκονίων δίκην. δοκοῦσι δ' οἱ Μυκόνιοι, διὰ τὸ πένεσθαι καὶ λυπρὰν νῆσον οἰκεῖν, ἐπὶ γλισχρότητι καὶ πλεονεξίᾳ διαβάλλεσθαι. Τὸν γοῦν γλίσχρον a Ἰσχόμαχον Κρατῖνος Μυκόνιον καλεῖ·

Invocati hospites.

Α. Πῶς ἂν Ἰσχομάχου γεγονὼς Μυκονίου,
φιλόδωρος ἂν εἴης; Β. Ἀγαθὸς ἂν πρὸς ἀγαθοὺς ἄνδρας
ἑστιασόμενος ἦκον. κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.

Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυ, [1]
ὧν οὐδὲ τιμὴν εἰσενέγκας, οὔτε μὴν
κληθεὶς ἐσῆλθες, οἷα δὴ φίλος· ἀλλά σε

1 Pluribus locis corrupti vulgo versus.

Nihil a poëta scilicet differt coquus:
utrique pro arte est ingeniosa audacia.

14. *Periclem* Archilochus, Parius poëta, scribit *invocatum irruere solitum in convivia, Myconiorum more.* Videntur autem Myconii ob paupertatem, & quod sterilem insulam habitarent, ut sordidi & cupidi male audisse. Itaque sordide parcum Ischomachum Cratinus *Myconium* adpellat:

A. Quo pacto tu Ischomacho Myconio genitus,
munificus esses? B. Bonus ego ad bonos viros
epulatum veni. Amicorum enim omnia communia.

Archilochus ait:

Multum vero bibens & purum merum,
quorum nec pretium contulisti, nec vero
vocatus venisti, veluti amicus: sed tibi

b γαστὴρ γόον τε καὶ Φρένας παρήγαγεν
ἐς ἀναιδίην· — — Ἀρχίλοχός φησιν.
Εὔβουλος ὁ κωμικός φησί που· Coenantes absque symbola.
– Εἰσὶν ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο
ἐπὶ δεῖπνον ἄμαχοι, Φιλοκράτης καὶ Φιλοκράτης.
ἕνα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα, δύο λογίζομαι,
μεγάλους, μᾶλλον δὲ τρεῖς. — —
ὃν φασι παρακληθέντ' ἐπὶ δεῖπνον πρὸς Φίλου,
εἰπόντος αὐτῷ τοῦ Φίλου, ὀπηνίκ' ἂν
c εἴκοσι ποδῶν μετροῦντι τὸ στοιχεῖον ᾖ,
ἥκειν, ἕωθεν αὐτὸν εὐθὺς ἡλίου
μετρεῖν ἀνέχοντος· μακροτέρας δ' οὔσης ἔτι
πλεῖν ἢ δυοῖν ποδοῖν, παρεῖναι, τῆς σκιᾶς·
ἔπειτα φᾶναι, [1] μικρὸν ὀψιαίτερον
δι' ἀσχολίαν ἥκειν, παρόνθ' [2] ἅμ' ἡμέρᾳ.

1 Rectius fuerit φῆναι. 2 Vulgo παρόνθ' ἥκειν.

gula mentem ſenſumque adimit,
impudentemque effecit.

Eubulus comicus:

Ad coenam nobis invitati ſunt duo
homines invicti, Philocrates & Philocrates.
Namque unus cum ſit, eum eſſe duco duos,
magnoſque eos, aut tres potius. — —
Quem aiunt, ab amico ad coenam vocatum,
cum ei dixiſſet amicus, poſtquam
viginti pedum umbra foret,
veniret, mane ſtatim oriente ſole
umbram eſſe dimenſum; quumque ea adhuc
amplius duobus pedibus longior eſſet, adveniſſe,
dixiſſeque, occupationibus ſe retentum,
paullo adeſſe ſerius, prima qui luce aderat.

Ἀσυμβόλου δείπνου γὰρ ὅστις ὑστερεῖ,
τοῦτον ταχέως νόμιζε καὶ τάξιν λιπεῖν.

Ἄμφις φησὶν ὁ κωμικός. Χρύσιππος δὲ φησίν·

Ἀσύμβολον κώθωνα μὴ παραλίμπανε.

Κώθων δ' οὐ παραλειπτὸς ἀσύμβολος ἀλλὰ διωκτός. d

Ἀντιφάνης δὲ φησί·

Βίος θεῶν γάρ ἐστιν, ὅταν ἔχῃς πόθεν
τἀλλότρια δειπνεῖν, μὴ προσέχων λογίσμασι.

καὶ πάλιν·

Μάκαρς ὁ βίος· οὐ δεῖ [1] μ' ἀεὶ καινὸν πόρον
εὑρεῖν ποθ', ὡς μάσημα ταῖς γνάθοις ἔχω.

Ταῦτα οἴκοθεν ἔχων, εἰς τὸ συμπόσιον ἦλθον, καὶ προμελετήσας, ἵνα κἀγὼ τὸ στεγανόμιον κομίζων παραγένωμαι. Ἄκαπνα γὰρ αἰεὶ ἀοιδοὶ θύομεν. e

1 Vulgo Μακάριος ὁ βίος ᾧ δεῖ, & vſ. ſeq. εὑρίσκειν, ὡς μασ.

Amphis comicus ait:

Ad gratuitam coenam qui ſero venit,
hunc & in bello ad ſtationem praeſto non fore puta.

Apud Chryſippum hi verſus leguntur:

Compotationem ne recuſa, ad quam nulla tibi conferenda ſymbola eſt.
Compotatio ſine ſymbola non accipienda modo, ſed & ambienda eſt.

Antiphanes vero ait:

Vere Deorum vita eſt, alienas dapes
eſſe, nec ad ullos calculos adtendere.

Idemque rurſus:

Beata vita: non me oportet novam ſemper rationem excogitare, ut maxillis, quod manducem, ſuppetat.

Haec equidem domo ad hoc convivium adtuli, praemeditatus quo pacto & ego cum mercede quadam, quam rependerem hoſpiti, adeſſem. *Nos enim cantores ſine fumo ſemper ſacra facimus.*

Ὅτι τὸ μονοφαγεῖν ἐστιν ἐν χρήσει τοῖς παλαιοῖς. Ἀντιφάνης· Soli cibum capientes.

— Μονοφαγεῖς ἤδη, τί καὶ βλάπτεις ἐμέ;

Ἀμειψίας·

Ἔρρ' ἐς κόρακας, μονοφάγε, καὶ τοιχώρυχε.

* * *

Διοσκουρίδης, ἐν τοῖς παρ' Ὁμήρῳ Νόμοις, [1] φησὶν, ὡς „Ὁ ποιητὴς, ὁρῶν τὴν σωφροσύνην οἰκειοτάτην ἀρετὴν οὖσαν τοῖς νέοις, καὶ πρώτην, ἔτι δὲ ἁρμόττουσαν, καὶ πάντων τῶν καλῶν χορηγὸν οὖσαν, βουλόμενος ἐμφῦσαι πᾶσιν αὐτὴν ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἐφεξῆς, ἵνα τὴν σχολὴν καὶ τὸν ζῆλον ἐν τοῖς καλοῖς ἔργοις ἀναλίσκωσι, καὶ ὦσιν εὐεργετικοὶ καὶ κοινωνικοὶ πρὸς ἀλλήλους, εὐτελῆ κατεσκεύασε πᾶσι τὸν βίον, καὶ αὐτάρ- XV. Heroum victus apud Homerum.

1 Haec, & quae ſequuntur, paulo uberiora, quam vulgo h. l. legebantur, edidimus, ex integro Athenaei opere apud Suidam conſervata.

Verbo μονοφαγεῖν, de his *qui ſoli comedunt*, uſi ſunt veteres. Antiphanes:

Iam ſolitarius cibum capis: cur & me multas?

Ameipſias:

Abi in malam rem, qui ſolus epularis, effractarie.

* * *

15. Dioſcorides, in Legibus quae apud Homerum obtinent, ſic ſcribit: „Poëta, frugalitatem videns convenientiſſimam adoleſcentibus primariamque eſſe virtutem, quae & per ſe maxime decora eſſet, & ad alia omnia praeclara viam muniret; volens eam & initio & deinceps ingenerare omnibus, ut otium omne ſtudiumque ſuum in praeclare factis ponerent, eſſentque benefici & communionis inter ſe mutuae ſervantes; victus rationem omnium paratu facilem & paucis contentam ſta-

Heroum victus

„κη· λογιζόμενος, τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς ἡδονὰς ἰσχυροτάτας γίνεσθαι, καὶ πρώτας, ἔτι δὲ καὶ ἐμφύτους οὔσας, περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν· τοὺς δὲ διαμεμενηκότας ἐν εὐτελείᾳ εὐτάκτους, καὶ περὶ τὸν ἄλλον βίον γίνεσθαι ἐγκρατεῖς. ἁπλῆν οὖν ἀποδέδωκε τὴν δίαιταν πᾶσι, καὶ τὴν αὐτὴν ὁμοίως, βασιλεῦσιν, ἰδιώταις, νέοις, πρεσβύταις, λέγων· a

— Παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν·
σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
δαιτρὸς δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας·

καὶ τούτων ὀπτῶν, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ βοείων. παρὰ δὲ ταῦτα, οὔτε ἐν ἑορταῖς, οὔτ' ἐν γάμοις, οὔτ' ἐν ἄλλῃ συνόδῳ παρατίθησιν οὐδέν· καί τοι πολλάκις τὸν Ἀγαμέμνονα ποιήσας δειπνίζοντα τοὺς ἀρίστους. Μενέλαός τε τοὺς Ἑρμιόνης γάμους ποιεῖται τῆς θυγατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ· καὶ τοῦ Τηλεμάχου

„tuit, reputans, cupiditates voluptateſque acerrimas, quae & primae atque etiam congenitae eſſent homini, eas eſſe, quae circa cibum potumque verſentur; qui vero in victu modum frugalitatemque conſtanter ſervaverint, eos in reliquis etiam vitae officiis continentes futuros. Itaque victum omnibus ſimplicem tribuit, eumdemque regibus pariter ac privatis, iuvenibus ſenibuſque, dicens:

— *Politam vero expandit menſam:*
cibumque verecunda proma adpoſuit ferens;
coquus autem carnium patinas adpoſuit.

Et carnes quidem aſſatae, & plerumque bubulae erant. Praeter haec vero, neque feſtis diebus, neque in nuptiis, neque in alia congreſſione, aliud quidquam adponit; licet ſaepe faciat Agamemnonem convivio excipientem Graecorum principes. Menelaus quoque nuptias celebrat Hermiones filiae, itemque filii ſui: ad

„ πρὸς αὐτὸν παραγενομένου,

apud Homerum.

- - Νῶτα βοὸς παρέθηκεν ἀείρας

ὀπτ', ἐν χερσὶν ἑλών, τά ῥά οἱ γέρα πάρθεσαν αὐτῷ.

εὖ γὰρ θῆϊα, καὶ κάνδυλον, καὶ ἄμητας, μελίπηκτα τε, τοῖς βασιλεῦσιν ἐξαίρετα παρατίθησιν Ὅμηρος, ἀλλ' ἀφ' ὧν εὖ ἔξειν ἔμελλον τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν. καὶ Αἴαντα οὖν, μετὰ τὴν μονομαχίαν, νώτοισι βοῶν γέραιρεν ὁ Ἀγαμέμνων. καὶ Νέστορι δ', ἤδη ὄντι γηραιῷ, καὶ Φοίνικι δὲ, κρέας ὀπτὸν βοὸς δίδωσι, καὶ Ἀλκίνῳ δὲ, τῷ τὸν τρυφερὸν ἡρημένῳ
b βίον· σπουδάζων ἡμᾶς ἀποστῆσαι τῶν ἀτάκτων ἐπιθυμιῶν. Καὶ Νέστωρ δὲ βόας θύει Ποσειδῶνι παρὰ τῇ θαλάσσῃ διὰ τῶν φιλτάτων καὶ οἰκειοτάτων τέκνων, βασιλεὺς ὢν καὶ πολλοὺς ἔχων ὑπηκόους. ὁσιωτάτη γὰρ αὕτη ἡ θυσία θεοῖς καὶ προσφιλεστέρα, ἡ διὰ τῶν οἰκείων καὶ εὐνουστάτων ἀνδρῶν. καὶ Ἀλκίνους δὲ,

„ quem ubi advenit Telemachus, *terga ei bovis adpoſuit aſſa, manu ſua capiens, quae ipſi (regi) eximia adpoſita fuerant.* Non enim thria, aut candylum, aut ametas, mellitaſque placentas regibus prae caeteris, ut eximia, adponit Homerus; ſed talia, quae & corpori & animo vigorem datura erant. Igitur & Aiacem, poſt ſingulare certamen, bubulo tergo honoris cauſſa donat Agamemnon: & Neſtori, iam aetate provecto, & Phoenici, aſſam carnem bubulam adponit (poëta,) atque etiam Alcinoo, quamvis delicatiorem vitam ſequenti: ſcilicet abducere nos ſtudens ab immoderatis cupiditatibus. Iam & Neſtor boves mactat Neptuno ad mare per cariſſimos ſuique amantiſſimos filios, cum rex eſſet, & multos haberet imperio ſuo ſubiectos. Eſt enim hoc ſanctiſſimum ſacrificium, Diiſque acceptiſſimum, quod per coniunctos nobis amiciſſimoſque viros peragitur. Alcinous etiam, Phaea-

Heroum victus

„ τοὺς τρυφερωτάτους ἐστιῶν Φαίακας, καὶ τὸν Ὀδυσσέα ξενίζων, ἐπιδεικνύμενος αὐτῷ τὴν τοῦ κήπου κατασκευὴν καὶ τῆς οἰκίας, καὶ τὸν αὐτοῦ βίον, τοιαύτας παρατίθεται τραπέζας. καὶ τοὺς μνηστῆρας δὲ, ὑβριστὰς ὄντας, καὶ πρὸς ἡδονὰς ἀνειμένους, οὔτε ἰχθῦς ἐσθίοντας ποιεῖ, οὔτε ὄρνιθας, οὔτε μελίπηκτα· περιελὼν παντὶ σθένει τὰς μαγειρικὰς μαγγανείας, καὶ τὰ, ὡς ὁ Μένανδρός φησιν, ὑποβινητιῶντα βρώματα, καὶ τὸ παρὰ πολλοῖς λασταυροκάκαβον καλούμενον βρῶμα, ὥς φησι Χρύσιππος ἐν τῷ Περὶ Καλοῦ καὶ Ἡδονῆς, οὗ ἡ κατασκευὴ περιεργοτέρα. c

XVI. „ Πρίαμος δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ ὀνειδίζει τοῖς υἱοῖς, ἀναλίσκουσι τὰ μὴ νενομισμένα·

Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες.

Φιλόχορος δὲ ἱστορεῖ, καὶ πεκωλύσθαι Ἀθήνησιν ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα γεύεσθαι, ἐπιλειπούσης ποτὲ τῆς d

„ cibus luxuriae maxime deditis epulum praebens, & Ulyſſem hoſpitio excipiens, eique & horti ſui & domus adparatum & vitae rationem oſtentans, non alias adponit dapes. Quin & procos petulantes, voluptateque diſſolutos, nec piſcibus veſci, nec avibus, nec mellitis, memorat; pro viribus reſecans culinariae artis praeſtigias, & quae Menander adpellat *venerem irritantia* cibaria, eduliumque illud quod *laſtaurocaccabum*, ut ait Chryſippus in libro de Honeſtate & Voluptate, a multis vocatur, cuius eſt adparatio laborioſior.

16. „ Priamus vero apud poëtam obiurgat etiam filios, quod ea, quae nefas eſſet, abſumerent:

Agnorum atque hoedorum publici raptores.

Philochorus vero memoriae prodidit, Athenis quoque, cum defeciſſet aliquando pecudum genus, vetitum fuiſ-

„τῶν ζώων τούτων γενέσεως. Ἑλλήσποντον δὲ Ὅμηρος ἰχθυόεντα προσαγορεύων, καὶ τοὺς Φαίακας πλωτικωτατους ποιῶν, καὶ ἐν τῇ Ἰθάκῃ εἰδὼς λιμένας πλείους, καὶ νήσους προσεχεῖς πολλὰς, ἐν αἷς ἰχθύων ἐγίνετο πλῆθος καὶ ἀγρίων ὀρνίθων, καὶ εἰς εὐδαιμονίαν δὲ καταριθμῶν τὸ τὴν θάλασσαν ἰχθῦς παρέχειν, ὅμως τούτων οὐδὲν οὐδένα ποιεῖ προσφερόμενον. καὶ μὴν οὐδ' ὀπώραν παρατίθησί τινι, καίπερ οὖσαν πολλὴν, καὶ ἥδιστα ταύτης μνημονεύων, καὶ πάντα χρόνον παρασκευάζων ἀθάνατον. Ὄγχνη, γάρ φησιν, ἐπ' ὄγχνῃ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ στεφανουμένους, οὐδὲ μυρουμένους ποιεῖ, ὥσπερ οὐδὲ θυμιῶντας. ἀλλὰ πάντων τούτων ἀπολύων τοὺς ἀνθρώπους, εἰς ἐλευθερίαν καὶ αὐτάρκειαν ἐξαιρέτως τοὺς βασιλεῖς ἀποκαθίστησι. [1] apud Homerum.

1 Duo verba βασιλεῖς ἀποκαθίστησι desiderantur in noſtris libris, ex primi editoris ingenio fortaſſe ſuppleta. Eorum loco in uno cod. eſt exiguum ſpatium vacuum, in altero legitur πράτου, in quo πρὸ τοῦ vel προτοῦ latere videtur, ſed verbum deſideratur.

„ſe, ne quis intonſo agno veſceretur. Porro, licet Helleſpontum *piſcoſum* nominarit Homerus, & Phaeacas navigationi inprimis operam dantes fecerit, & in Ithaca inſula plures portus noverit, multaſque in propinquo inſulas, in quibus piſcium & ſylveſtrium volucrium magna eſſet copia, atque etiam in parte quadam felicitatis illorum locorum numerarit, quod piſces mare praebeat; neminem tamen aliquid horum comedentem inducit. Sed ne poma quidem, & id genus fructuum, menſis impoſita facit, quamvis nec deeſſet copia, & lubens eorum mentionem fecerit poëta, & nullo tempore intermorientem eorumdem proventum fuiſſe prodiderit, cum ait, *Pyra ſuccedunt pyris*, & quae ſequuntur. Porro nec coronis, nec unguentis, nec ſuſſimentorum odoribus utentes facit. Sed omnibus his deliciis eximens homines, in libertatem ac vitam paucis contentam, praeſertim re-

Heroum victus

„Καὶ θεοῖς δὲ ἁπλῆν ἀποδίδωσι δίαιταν, νέκταρ καὶ ἀμβροσίαν. καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ ποιεῖ τιμῶντας αὐτοὺς ἀπὸ τῆς διαίτης, ἀφελὼν λιβανωτὸν καὶ σμύρναν καὶ στεφάνους, καὶ τὴν περὶ ταῦτα τρυφήν. καὶ τῆς ἁπλῆς δὲ ταύτης διαίτης οὐκ ἀπλήστως ἀπολαύοντας παρίστησιν· ἀλλ', ὡς οἱ κράτιστοι τῶν ἰατρῶν, ἀφαιρεῖ τὰς πλησμονάς.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,

καὶ τὴν ἐπιθυμίαν πληρώσαντες, οἱ μὲν ἐξώρμων ἐπὶ μελέτην ἀθλητικὴν, δίσκοισι τερπόμενοι καὶ αἰγανέαις, τῇ παιδιᾷ τὰ πρὸς σπουδὴν ἐκμελετῶντες· οἱ δὲ κιθαρῳδῶν ἠκροῶντο, τὰς ἡρωϊκὰς πράξεις ἐν μέλει καὶ ῥυθμῷ ποιούντων.

XVII. „Διὸ οὐδὲν θαυμαστὸν, τοὺς οὕτω τεθραμμένους ἀφλεγμάντους εἶναι τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχάς. Ἐνδεικνύμενος οὖν καὶ τὴν εὐταξίαν, ὡς ὑγιεινόν ἐστι καὶ

„ges vindicat. Atque etiam Diis ſimplicem tribuit victum, nectar & ambroſiam. Et homines inducit de ipſorum victu illos honorantes, procul ablegans thura, myrrham, coronas, aliaſque in hoc genere delicias. Ac ne ipſo quidem illo victu immoderatius utentes inducit: ſed, quod praeſtantiſſimi faciunt medici, nimiam detrahit plenitudinem.

Poſtquam exemta fames epulis, menſaeque remotae,

poſtquam cibi potuſque deſiderium expleſſent; alii ad ludos athleticos exibant, diſcis iaculiſque ſe oblectantes, & ludicro illo certamine ad feria ſeſe exercentes: alii citharoedos audiebant, heroum res geſtas modis numeriſque exſequentes.

17. „Quare nil mirum, tali modo enutritos nec corporibus turgeſcere, nec animis. Significans igitur etiam, quam ſalubris ſit, quamque late patentem utilitatem ha-

„εὔχρηστον καὶ κοινὸν, τὸν σοφώτατον Νέστορα πε- apud Homerum.
ποίηκε, Μαχάονι τῷ ἰατρῷ, τετρωμένῳ τὸν δεξιὸν ὦμον,
προσφέροντα οἶνον, ταῖς φλεγμοναῖς ἐναντιώτατον ὄν-
τα, καὶ τοῦτον Πράμνειον, ὃν ἴδμην παχὺν καὶ πο-
b λύτροφον· (οὐ διψήσεως ἄκος, ἀλλ' ἐμφορήσεως ἕνεκα.
πεπωκότι γοῦν παρακελεύεται, συνεχῶς τοῦτο ποιεῖν·
Σὺ μὲν, φησὶ, καθήμενος πῖνε.) καὶ ἐπιξύοντα
τυρὸν αἴγειον, ἐπὶ δὲ, κρόμυον ποτῷ ὄψον, ἵνα
πλεῖον πίνῃ· καί τοι ἀλλαχοῦ λέγων, τὸν οἶνον ἐκλύειν
τὴν ἰσχὺν καὶ ἀπογυμοῦν. Περὶ δὲ τοῦ Ἕκτορος, Ἑκά-
βη, οἰομένη μένειν αὐτὸν τὸ καταλειπόμενον τῆς ἡμέ-
ρας, παρακαλεῖ πιεῖν σπείσαντα, προτρεπομένη εἰς
θυμηδίαν. ὁ δ' ὑπερτίθεται, πρὸς πρᾶξιν ἐξιών. καὶ ἡ
c μὲν ἀπερισπάστως ἐπαινεῖ τὸν οἶνον· ὁ δὲ, μετὰ ἄσθμα-
τος ἥκων, ἀπωθεῖται. καὶ ἡ μὲν ἀξιοῖ σπείσαντα πιεῖν,

„beat moderata vita, ſapientiſſimum Neſtorem Machaoni medico, cum in dextero humero vulnus accepiſſet, *vinum* porrigentem inducit, quod eſt tumoribus inflammationibuſque maxime contrarium, illudque *Pramnium*, quod novimus craſſum eſſe multumque alere; (& id quidem non modo ut ſitis remedium, ſed quo ſeſe largius etiam ingurgitet: certe poſtquam ille iam bibit, hortatur hic, ut adſidue id agat; *tu*, inquit, *ſede bibeque.*) caſeumque caprinum deradentem facit, inſuperque *cepam* adiicientem, quod *potioni* eſſet *obſonium*, quo copioſius biberet: quamquam alibi dicit, *vinum exſolvere vires*, & *enervare* hominem. Sed, quod ad Hectorem ſpectat, eum quidem Hecuba, reliquum diei in urbe manere cupiens, ad bibendum invitat libandumque, & ad laetitiam hortatur; at ille, ad conflictum reverſurus, in aliud tempus differt. Et haec quidem indeſinenter laudat vinum; at ille, anheloſus veniens, reſpuit. Et inſtat quidem haec, ut libet bibatque; at ille, utpote cruore re-

Heroum vidus

„ὁ δὲ καθημαγμένος ἀσεβὲς ἡγεῖτο. Οἶδε δὲ ὁ Ὅμηρος καὶ τὸ ὠφέλιμον καὶ τὸ σύμμετρον τοῦ οἴνου, οἷς τὸν χανδὸν ἕλκοντα αὐτὸν, βλάπτεσθαι φησί. Καὶ κράσεων δὲ γέιη διάφορα ἐπίσταται· οὐκ ἂν γὰρ Ἀχιλλεὺς τὸ ζωρότερον κεραίειν διεκέλευε, [1] μὴ οὔσης τινὸς καθημερινῆς κράσεως. Ἴσως οὖν οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὸν εὐδιάφορητον ἄνευ στερεμνίου σιτίου μίγματος, ὃ τοῖς ἰατροῖς διὰ τὴν τέχνην ἐστὶ δῆλον; τοῖς γοῦν καρδιακοῖς d μετὰ οἴνου σιτῶδες ἀναμίσγουσί τι, πρὸς κατοχὴν τῆς δυναμεως. ἀλλ' ἐκεῖνος τῷ μὲν Μαχάονι μετ' ἀλφίτου καὶ τυροῦ δέδωκε τὸν οἶνον· τὸν δ' Ὀδυσσέα ποιεῖ συνάπτοντα τὴν ἀπὸ τῶν σιτίων καὶ οἴνων ὠφέλειαν·

Ὃς δέ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς.
τῷ δὲ κωθωνιζομένῳ δίδωσι τὸν ἡδύποτον, οὕτω καλέσας αὐτόν·

Ἐν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο.

1 διεκέλευε ex librorum vestigiis scripsi. Vulgo δεῖν ἔλεγε edd.

„sperſus, fas esse negat. Novit vero Homerus modum etiam vini, & quatenus illud conducat; quandoquidem *avidius trahentibus nocere* ait. Atque etiam varia temperandi vini genera novit: non enim *meracius temperandum* dixisset Achilles, ni fuisset quaedam quotidiana temperatura. At fortasſis nescivit poëta, facile digeri vinum ac divanescere, solidiore cibo non admixto; quod medicis per artem compertum est? Itaque cardiacis hi vinum ita praebent, ut panem aut aliquem ex eo genere cibum admiscean, ad retinendam vini vim. At ille etiam Machaoni cum polenta & caseo dedit vinum; Ulyssem vero cibi ac potionis utilitatem coniungentem facit:

Quicumque vir vino satiatus & cibo.

Compotanti vero tribuit, quem *dulcem* sive *suavem potum* vocat:

Ibi vero dolia vini veteris dulcis.

apud Homerum. XVIII.

„ Ποιεῖ δὲ Ὅμηρος καὶ τὰς κόρας καὶ τὰς γυ-
e ναῖκας λουσούσας τοὺς ξένους, ὡς οὔτε φλεγμονὴν οὔτε
ἀκρασίαν πασχόντων τῶν εὖ βεβιωκότων, καὶ σωφρό-
νως ἁπτομένας. ἀρχαῖον δὲ τοῦτο ἔθος. λούσουσι γοῦν
καὶ αἱ Κωκάλου θυγατέρες, ὡς νενομισμένον, τὸν Μί-
νω παραγενόμενον εἰς Σικελίαν. Τῆς μέθης δὲ κατα-
τρέχων ὁ ποιητὴς, τὸν τηλικοῦτον Κύκλωπα ὑπὸ μικροῦ
σώματος διὰ ταύτην ἀπολλύμενον παρίστησιν, καὶ
Εὐρυτίωνα τὸν κένταυρον· τούς τε παρὰ Κίρκῃ, λέοντας
ποιεῖ καὶ λύκους, ταῖς ἡδοναῖς παρακολουθήσαντας. τὸν
f δὲ Ὀδυσσέα σώζει, τῷ Ἑρμοῦ λόγῳ πεισθέντα· διὸ
καὶ ἀπαθὴς γίνεται. Ἐλπήνορα δὲ, πάροινον ὄντα καὶ
τρυφερὸν, κατακρημνίζει. καὶ Ἀντίνοος δὲ, λέγων πρὸς
Ὀδυσσέα,

Οἶνός σε τρώει μελιηδής,

αὐτὸς οὐκ ἀπείχετο τοῦ πόματος· διὸ καὶ τρωθεὶς ἀπώ-

18. „ Apud eumdem Homerum virgines atque foeminae hoſpites lavant; nec illi, ut qui vitam recte inſtituerunt, libidine inflammantur; & hae illos modeſte adtrectant. Priſcus enim ille mos fuit. Sane Cocali filiae, pro conſueto more, Minoëm lavant, in Siciliam adventantem. Ebrietatem vero vituperans poëta, Cyclopem tam vaſtum ob eam fingit ab homuncione puſillo interemtum, eademque de cauſſa Eurytionem centaurum periiſſe: & apud Circen Ulyſſis ſocios in leones & lupos mutatos facit, quoniam voluptates eſſent ſecuti; Ulyſſem vero ſervatum, quod Mercurii mandatis paruiſſet, qua prudentia illaeſus evaſit. Iam Elpenor, vino madens & luxu ſolutus, praeceps ruit: & Antinous, ſic Ulyſſem adfatus,

Vinum te laedit mellitum;

cum ab eius potu ipſe non abſtinuiſſet, ſauciatus interiit,

Heroum victus apud Homerum.

„λετο, ἔτι κρατῶν τὸ ποτήριον. ποιεῖ δὲ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐν τῷ ἀποπλῳ μεθύοντας, διὸ καὶ στασιάζοντας· ὅθεν καὶ ἀπόλλυνται. ἱστορεῖ δὲ καὶ τὸν δεινότα- a τον Αἰνείαν τῶν Τρώων ἐν τῷ βουλεύεσθαι, διὰ τὴν ἐν τῇ μέθῃ παῤῥησίαν καὶ τὰς ἀπειλὰς, ἃς Τρωσὶν ὑπέσχετο οἰνοποταζων, ὑπομείναντα τὴν Ἀχιλλέως ὁρμὴν, καὶ μικροῦ παραπολλύμενον. καὶ Ἀγαμέμνων δὲ λέγει που περὶ αὐτῆς·

Ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην Φρεσὶ λευγαλέῃσι πιθήσας,
ἠὶ οἴνῳ μεθύων, ἢ μ' ἔβλαψαν θεοὶ αὐτοί.

εἰς τὴν αὐτὴν τιθεὶς πλάστιγγα τὴν μέθην τῇ μανίᾳ." [1] (Οὕτω δὲ καὶ τὰ ἔπη ταῦτα προηνέγκατο Διοσκουρίδης, ὁ Ἰσοκράτους μαθητής.) „καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς δ', b ὀνειδίζων τῷ Ἀγαμέμνονι, φησίν·

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων." ——

Ταῦτ' εἶπε τὸ Θετταλὸν σόφισμα, ἤτοι ὁ ἐκ

1 Τῇ θεομηνίᾳ habet Euſtath.

„manu adhuc tenens poculum. Graecos etiam, cum claſſis ſolvenda eſſet, vinolentos deſcribit, & idcirco ſeditioſos; quod fuit illis exitioſum. Narrat idem, Aeneam, Troianorum omnium conſultiſſimum, ob ſuam, cum vino madidus eſſet, in dicendo libertatem & audaciam, ac ea quae inter pocula apud Troianos minatus Graecis fuerat, Achillis impetum ſuſtinentem paene occubuiſſe. Et Agamemnonem alicubi de temulentia ſic loquentem inducit:

Sed quoniam peccavi, animo obſecutus pernicioſo,
ſive ebrius, ſive laeſus coeleſti numinis ira:

eadem in lance ponentem ebrietatem & animi furorem. (Sic enim verſus illos protulit Dioſcorides, Iſocratis diſcipulus.) Et Agamemnoni Achilles ſic conviciatur:

Vino gravis, cui caninus eſt oculus." ——

Haec diſputavit *Theſſalum ſophiſma*; id eſt, ſophiſtes

Θετταλίας σοφιστής. παίζει δ' ἴσως πρὸς τὴν παροιμίαν ὁ Ἀθήναιος.

XIX. Diverſae per diem epulae.

Ὅτι τροφαῖς ἐχρῶντο ἥρωες παρ' Ὁμήρῳ, πρῶτον μὲν, τῷ καλουμένῳ ἀκρατίσματι, ὃ λέγει ἄριστον· οὗ ἅπαξ μέμνηται ἐν Ὀδυσσείᾳ·

— — Ὀδυσσεὺς καὶ δῖος ὑφορβὸς
ἐντύνονθ' ἄριστον — — κειαμένω πῦρ.

καὶ ἅπαξ ἐν Ἰλιάδι·

Ἐσσυμένως τε πένοντο, καὶ ἐντύνοντο ἄριστον.

Λέγει δὲ τὸ πρωϊνὸν ἔμβρωμα, ὃ ἡμεῖς ἀκρατισμὸν καλοῦμεν, διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν καὶ προσίεσθαι ψωμούς. ὡς Ἀντιφάνης·

Ἄριστον ἐν ὅσῳ ὁ μάγειρος ποιεῖ.

εἶτ' ἐπάγει·

Συνακρατίσασθαί πως ἔχεις μετ' ἐμοῦ; —

e Theſſalia oriundus, (ſcil. Myrtilus.) Adludere autem ad pervulgatum proverbium videtur Athenaeus.

19. Epulis utebantur heroës apud Homerum, primo quidem, eo quod *ientaculum* adpellatur, quod ille ἄριστον vocat; cuius ſemel meminit in Odyſſea:

— — *Ulyſſes nobiliſque ſubulcus*
parabant ientaculum [*ſimul cum aurora*,] *accendentes ignem.*

ſemelque in Iliade:

Induſtrie laborabant, ientaculumque parabant.

Eſt autem hic, de quo loquitur, matutinus cibatus, quem nos ἀκρατισμὸν vocamus, quia *mero* (τῷ ἀκράτῳ) *intincta* panis fruſta comedimus. Sic Antiphanes, cum dixiſſet,

Dum coquus τὸ ἄριστον parat;

ſubiicit deinde,

Ientare mecum (συνακρατίσασθαι) *vacat tibi?*

καὶ Κάνθαρος·

Οὐκοῦν ἀκρατισώμεθ' αὐτοῦ. Β. Μηδαμῶς·
ἐν Ἰσθμῷ γὰρ ἀριστήσομεν.

Ἀριστομένης·

Ἀκρατιοῦμαι μικρόν· εἶθ' ἥξω πάλιν, d
ἄρτου δὶς ἢ τρὶς ἀποδακών. — —

Φιλήμων δέ φησιν, ὅτι τροφαῖς ἐχρῶντο οἱ παλαιοὶ ἀκρατίσματι, ἀρίστῳ, ἐσπερίσματι, δείπνῳ. τὸν μὲν οὖν ἀκρατισμὸν, διανηστισμὸν ἔλεγον· τὸ δ' ἄριστον, δορπηστόν· τὸ δὲ δεῖπνον, ἐπιδορπίδα. ἔστι δ' ἡ τάξις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ τῶν ὀνομάτων, ἐν οἷς ὁ Παλαμήδης πεποίηται λέγων·

Καὶ ταξιάρχας καὶ ἑκατοντάρχας στρατῷ [1]
ἔταξα. σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα·
ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' [2] αἱρεῖσθαι, τρίτα. e

Τῆς δὲ τετάρτης τροφῆς οὕτως Ὅμηρος μέμνηται·

1 Verſus ex coniect. correctus. Vulgo Καὶ ταξιάρχας καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατοντάρχας, abſque στρατῷ. 2 δόρπα, δεῖπνά θ' legit Valck. & τρία, pro τρίτα.

Et Cantharus:

Hic igitur ientemus! (ἀκρατισώμεθα.) B. *Minime! in Iſthmo enim pranſuri ſumus.* (ἀριστήσομεν.)

Ariſtomenes:

Pauxillum ientabo: deinde rurſus veniam, bis aut ter nonnihil panis ubi momordero.

Philemon vero tradit, antiquis cibi ſumendi tempora fuiſſe: ἀκρατισμὸν, *ientaculum*; ἄριστον, *prandium*; ἐσπέρισμα, *merendam*; δεῖπνον, *coenam*. Idemque nominum ordo apud Aeſchylum exſtat, ubi Palamedes haec loquens inducitur:

Tribunos centurioneſque exercitui praefeci: &, de cibo ut ſcirent, definivi, prandia ut ſumerent, tum coenas, tertiaque δόρπα.

Quarti cibatus Homerus ſic meminit:

— — — σὺ δ' ἔρχεο δειελιήσας.

ὃ καλοῦσί τινες δειλινὸν, ὅ ἐστι μεταξὺ τοῦ ὑφ' ἡμῶν λεγομένου ἀρίστου καὶ δείπνου. καὶ ἄριστον μέν ἐστι, τὸ ὑπὸ τὴν ἕω λαμβανόμενον· δεῖπνον δὲ, τὸ μεσημβρινὸν, ὃ ἡμεῖς ἄριστον· δόρπον δὲ, τὸ ἑσπερινόν. Μή ποτε δὲ καὶ συνωνυμεῖ τὸ ἄριστον τῷ δείπνῳ. ἐπὶ γὰρ τῆς πρωϊνῆς που τροφῆς ἔφη·

Οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντ', ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο.

f μετὰ γὰρ τὴν ἀνατολὴν εὐθὺς δειπνοποιησάμενοι, προέρχονται εἰς τὴν μάχην.

XX. Menſae inſtructae.

Εὐωχοῦνται δὲ παρ' Ὁμήρῳ καθήμενοι. Οἴονται δέ τινες καὶ ἑκάστῳ τῶν δαιτυμόνων κατ' ἄνδρα παρακεῖσθαι τράπεζαν. τῷ γοῦν Μέντῃ, φασὶν, ἀφικομένῳ πρὸς Τηλέμαχον τῶν τραπεζῶν παρακειμένων, ξεστὴ παρετέθη τράπεζα. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο ἐμφανῶς

— *Tu poſt merendam veni!* (δειελιήσας.)

Hunc nonnulli *veſpertinum cibum* (δειλινὸν) vocant, qui capitur inter *prandium*, quod a nobis vocatur, & *coenam*. Et ἄριστον quidem eſt, quod primo mane capitur; δεῖπνον vero, quod meridie, quod nobis ἄριστον (*prandium*) vocatur; δόρπον, quod veſperi. Videndum vero, ne ſubinde etiam idem valeat δεῖπνον atque ἄριστον. Nam etiam de matutino cibo alicubi poëta ait:

Illi, ſumto δείπνῳ, *mox arma capiebant.*

Statim enim a ſolis ortu, *capto* δείπνῳ, ad pugnam progrediuntur.

20. Epulantur autem apud Homerum ſedentes. Exiſtimant vero etiam nonnulli, unicuique convivarum viritim menſam admoveri ſolitam. Certe Mentae, aiunt, cum ad Telemachum veniſſet menſis iam collocatis, polita adponitur menſa. At hoc quidem non aperte id, de

τοῦ προκειμένου κατασκευαστικόν· δύναται γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ ἀπὸ τῆς Τηλεμάχου τραπέζης δαίνυσθαι. Παρ' ὅλην δὲ τὴν συνουσίαν παρέκειντο αἱ τράπεζαι πλήρεις, a (ὡς παρὰ πολλοῖς τῶν βαρβάρων ἔτι καὶ νῦν ἔθος ἐστὶ) κατηρεφέες παντοίων ἀγαθῶν, κατὰ Ἀνακρέοντα. μετὰ δὲ τὴν ἀναχώρησιν, αἱ δμωαὶ „ἀπὸ μὲν σῖτον πολὺν [1] ἦρον καὶ τράπεζαν καὶ δέπα.“ Ἰδιάζον δὲ τὸ παρὰ Μενελάῳ εἰσάγει συμπόσιον. δειπνήσαντας γὰρ, ποιεῖ ὁμιλοῦντας· εἶτ' ἀπονιψαμένους, ποιεῖ πάλιν δειπνοῦντας, καὶ δόρπου ἐξαῦτις μεμνημένους μετὰ τὸν κλαυθμόν. Τῷ δὲ μὴ αἴρεσθαι τὰς τραπέζας, ἐναντιοῦσθαι δοκεῖ τὸ ἐν Ἰλιάδος ω'·

Ἔσθων καὶ πίνων, ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα. b

ἀναγνωστέον οὖν οὕτω,

Ἔσθων καὶ πίνων ἔτι, καὶ παρέκειτο τράπεζα·

1 Vulgo πάλιν.

quo quaeritur, probat: potuit enim Pallas de Telemachi menſa cibum capere. Per totum autem convivium plenae cibis menſae adſtant, (qui mos apud multos barbaros etiam nunc durat) *omnifariis bonis opertae*, ut ait Anacreon. Poſtquam vero diſceſſerunt convivae, *ancillae cibum multum, & menſam, & pocula auferebant.* Singulare autem illud eſt convivium, quod apud Menelaum celebratum inducit. Nempe poſt coenam confabulantes facit; deinde lotos rurſus facit coenantes, & poſt lamenta rurſus cibi capiendi mentionem facientes. Illorum quidem ſententiae, qui removeri ſolitas menſas aiunt, repugnare videtur ille verſus ex poſtremo Iliadis libro:

Potabat, comedebat, adhuc nec menſa remota.

Verum ille ſic legendus eſt:

Potabat, comedebat adhuc, nec menſa remota:

ἢ τὸν καιρὸν αἰτιᾶσθαι τὸν παρόντα δεῖ. πῶς γὰρ ἦν πρέπον τῷ Ἀχιλλεῖ πενθοῦντι παρακεῖσθαι τράπεζαν, καθάπερ τοῖς εὐωχουμένοις, παρ' ὅλην τὴν συνουσίαν; Παρετίθεντο δὲ οἱ μὲν ἄρτοι σὺν τοῖς κανοῖς· τὰ δὲ δεῖπνα, κρέα μόνον ἦν ὀπτά. „Ζωμὸν δὲ[1] οὐκ ἐποίει Ὅμηρος, θύων βοῦς·

οὐδ' ἦψε κρέα,

c οὐδ' ἐγκέφαλον· ὤπτα δὲ καὶ τὰς κοιλίας.

οὕτω σφόδρ' ἦν ἀρχαῖος." — — Ἀντιφάνης φησί.

Καὶ τῶν κρεῶν δὲ μοῖραι ἐνέμοντο. ὅθεν εἴσας φησὶ τὰς δαῖτας, ἀπὸ τῆς ἰσότητος. τὰ γὰρ δεῖπνα, δαῖτας ἔλεγον, ἀπὸ τοῦ δατεῖσθαι· οὐ μόνον τῶν κρεῶν διανεμομένων, ἀλλὰ καὶ τοῦ οἴνου·

Ἤδη μὲν δαιτὸς κεκορήμεθα θυμὸν ἐΐσης.

καὶ,

Χαῖρ' Ἀχιλεῦ, δαιτὸς μὲν ἐΐσης οὐκ ἐπιδευεῖς.

XXI. Portiones aequales.

1 Ζωμὸν γὰρ malim.

aut praeſens tunc tempus in cauſſa fuiſſe dicendum. Quo pacto enim decebat, Achilli lugenti menſam per totum convivium eſſe adpoſitam, quemadmodum illis qui laeti epulantur? Adponebantur autem panes cum ipſis caniſtris: caeteri vero cibi nonniſi carnes erant aſſae. *Homerus enim, boves mactans*, ut ait Antiphanes:

nec iuſcula parabat, nec elixabat carnes,
nec cerebrum; ſed aſſabat ipſos etiam ventriculos:
adeo priſcus erat.

21. Convivarum porro cuique ſua carnum portio diſtribuebatur. Unde ἴσας dicit δαῖτας, ab *aequalitate*: nam epulas δαῖτας adpellabant, a *diſtribuendo*; cum non carnes ſolum diſtribuerentur, ſed & vinum.

Iam quidem epulis ſaturavimus animum aequalibus.

Et:

Salve, Achilles; epulorum quidem aequalium non indigemus.

ἐκ τούτων δ' ἐπείσθη Ζηνόδοτος, δαῖτα εἶσην τὴν ἀγαθὴν λέγεσθαι. ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφὴ τῷ ἀνθρώπῳ d ἀγαθὸν [1] ἀναγκαῖον ἦν, ἐτεκτείνας φησὶν εἴρηκεν εἶσην. Ἐπεὶ οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι, οἷς δὴ οὐ παρῆν ἄφθονος τροφὴ, ἄρτι φαινομένης, ἀθρόον ἐπ' αὐτὴν ἰόντες βίᾳ ἥρπαζον, καὶ ἀφῃροῦντο τοὺς ἔχοντας· καὶ μετὰ τῆς ἀκοσμίας ἐγένοντο καὶ φόνοι. ἐξ ὧν εἰκὸς λεχθῆναι καὶ τὴν ἀτασθαλίαν, ὅτι ἐν ταῖς θαλίαις τὰ πρῶτα ἐξημάρτανον οἱ ἄνθρωποι εἰς ἀλλήλους. ὡς δὲ παρεγένετο αὐτοῖς πολλὴ ἐκ τῆς Δήμητρος, διένεμον ἑκάστῳ ἴσην, καὶ οὕτως εἰς κόσμον ἦλθε τοῖς ἀνθρώποις τὰ δόρ- e πα. διὸ ἄρτου τε ἐπίνοια, πέμματός τε εἰς ἶσον διαμεμοιραμένου, [2] καὶ τοῖς διαπίνουσιν ἄλεισα· καὶ γὰρ ταῦτα ἐς ἶσον χωροῦντα ἐγίνετο. ὥς τε ἡ τροφὴ δαὶς ἐπὶ τῷ δαίεσθαι λέγεται, ὅ ἐστι διαμοιρᾶσθαι ἐπί-

1 Vulgo ἀγαθὴ ἀναγκαῖον. 2 διαμεμοιραμένων edd.

His perſuaſus Zenodotus, *δαῖτα εἶσην*, *bonum epulum* dici exiſtimavit: quoniam enim cibus bonum homini neceſſarium, dilatato vocabulo, ait, *εἶσην* dixit. Caeterum primi homines, quibus ſcilicet non ſuppetebat larga cibi copia, ſi quando iam adparebat, confertim in illum ſe coniicientes vi rapiebant, & aliis habentibus eripiebant; cum qua petulantia caedes etiam ſubinde erant coniunctae. E quo etiam veroſimile eſt *flagitioſam petulantiam* *ἀτασθαλίαν* olim dictam fuiſſe, quod *ἐν ταῖς θαλίαις* (id eſt, *in publicis conviviis*) primum talia facinora in ſe invicem patrare conſueviſſent. Sed poſtquam Cereris beneficio largior eis cibi copia adfuit, ex aequo ſingulis diſtribuebant; quae res ad modeſtiam coenas revocavit. Inde & panis inventio, & placentarum ex aequo diſtributarum; & pocula bibentibus diſtributa: nam & haec pari capacitate erant. Itaque *cibus* *δαὶς* vocabatur, propter *τὸ δαίεσθαι*, id eſt, eo quod *ex aequo divideretur*; &,

σης· καὶ ὁ τὰ κρέα ὀπτῶν, δαιτρὸς, ἐπεὶ ἴσην ἑκάστῳ μοῖραν ἐδίδου. Καὶ ἐπὶ μόνων ἀνθρώπων δαῖτας λέγει ὁ ποιητὴς, ἐπὶ δὲ θηρίων οὐκ ἔτι. ἀγνοῶν δὲ ταύτης τῆς φωνῆς τὴν δύναμιν ὁ Ζηνόδοτος, ἐν τῇ κατ' αὐ-
f τὸν ἐκδόσει γράφει,

— — αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
οἰωνοῖσί τε δαῖτα. —

τὴν τῶν γυπῶν καὶ τῶν ἄλλων οἰωνῶν τροφὴν οὕτω καλῶν, μόνου ἀνθρώπου χωροῦντος τὸ ἴσον ἐκ τῆς πρό-
a σθεν βίας. διὸ καὶ μόνου τούτου ἡ τροφὴ, δαίς· καὶ μοῖρα, τὸ ἑκάστῳ διδόμενον. Οὐκ ἔφερον δὲ οἴκαδε οἱ παρ' Ὁμήρῳ δαιτυμόνες τὰ λειπόμενα, ἀλλὰ κορεσθέντες κατέλιπον παρ' οἷς ἦν ἡ δαίς· καὶ ἡ ταμία λαβοῦσα

qui carnes aſſabat, δαιτρὸς, quoniam aequam portionem cuique diſtribuebat. Vocabulo autem δαὶς ſolummodo de hominum cibo utitur poëta, de ferarum non item. Cuius vocabuli vim parum perſpiciens Zenodotus, in ſua Homeri editione ſcribit:

— αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
οἰωνοῖσί τε δαῖτα. — Id eſt:

Ipſos obiecit canibus laniandos;
atque epulas avibus:

vulturum cibum aliarumque avium ſic adpellans; cum tamen in ſolum hominem cadat, *aequalitatis* eſſe ſervantem poſt violentiam, quae ſuperioribus temporibus obtinuerat: quare & huius unius cibus δαὶς fuerit nominandus; & μοῖρα ſive *portio*, id quod unicuique diſtribuitur. Reliquias vero epularum apud Homerum non ſecum domum aſportant convivae; ſed, poſtquam ſatiati ſunt, relinquunt eas apud convivatorem: eaſque ancilla penuaria ſive proma reconditas adſervat, ut, ſi

εἶχεν, ἵνα, ἄν τις ἀδίκηται ξένος, ἔχοι δοῦναι αὐτῷ.

XXII. Καὶ ἰχθύσι δὲ Ὅμηρος ποιεῖ χρωμένους τοὺς τότε, καὶ ὄρνισι. κατὰ γοῦν τὴν Θρινακίαν οἱ Ὀδυσσέως ἑταῖροι θηρεύουσιν

Piſcatores apud Homerum.

ἰχθῦς, ὄρνιθάς τε, φίλας θ' ὅ τι χεῖρας ἵκοιτο
γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν.

οὐ γὰρ [1] ἐν τῇ Θρινακίᾳ ἐκεχάλκευτο τὰ ἄγκιστρα, ἀλλ' ἐπεφέροντο ἐν τῷ πλῷ δηλονότι· ὡς τε ἦν αὐτοῖς b θήρας ἰχθύων ἐπιμέλεια καὶ τέχνη. εἰκάζει δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Σκύλλης ἁρπαζομένους Ὀδυσσέως ἑταίρους ἰχθύσι προμήκει ῥάβδῳ ἁλισκομένοις, καὶ θύραζε ῥιπτομένοις. οὕτω καὶ ταύτην τὴν τέχνην ἀκριβοῖ μᾶλλον τῶν τοιαῦτα προηγουμένως ἐκδεδωκότων ποιήματα, ἢ καὶ συγγράμματα· Καικίλιον λέγω τὸν Ἀργεῖον, καὶ Νουμήνιον τὸν Ἡρακλεώτην, Παγκράτην [2] τὸν Ἀρκάδα, Ποσειδώνιον τὸν Κορίνθιον, καὶ τὸν ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν γενόμενον Ὀππιανὸν τὸν Κίλικα. τοσούτοις γὰρ c

Scriptores rei piſcatoriae.

1 Pro οὐ γὰρ, οὐ δὲ malebam, *nec vero.* 2 Vulgo Παγκράτιον.

quis novus hoſpes adveniat, habeat quod dare poſſit.

22. Facit autem Homerus etiam piſcibus veſcentes, & avibus. In Trinacria quidem ſodales Ulyſſis venantur

Piſces, aveſque, & quidquid in manus veniſſet,
aduncis hamis.

Nec enim in Trinacria fabricati erant hami, ſed iſti eos in navibus ſecum advexerant; ut piſcandi ſtudioſos peritoſque fuiſſe adpareat. Praeterea, quos abripuit Scylla ſocios Ulyſſis, hos confert poëta cum *piſcibus longa virga captis, & foras ejectis.* Ita & hanc artem adcuratius Homerus tenuit, quam qui ex profeſſo de Re piſcatoria carmina aut commentarios compoſuerunt: Caecilium dico Argivum, Numenium Heracleotam, Pancratem Arcadem, Poſidonium Corinthium, &, qui paullo ante nos exſtitit, Oppianum Cilicem. Tot enim poëtarum, qui

ἐνετύχομεν ἑποποιοῖς, Ἁλιευτικὰ γεγραφόσι· καταλογάδην δε, τῷ Σελεύκου τοῦ Ταρσέως, καὶ Λεωνίδου τοῦ Βυζαντίου, καὶ Ἀγαθοκλέους τοῦ Ἀτρακίου. [1] Οὐ μνημονεύει δὲ τοιαύτης ἐδωδῆς ἐπὶ τῶν δείπνων, ὡς οὐκ οἰκείας νομιζομένης τῆς τροφῆς τοῖς ἐν ἀξιώμασιν ἥρωσι κειμένοις, ὡς οὐδε τῆς τῶν νεογνῶν ἱερείων. Οὐ μόνον δὲ ἰχθύσιν, ἀλλὰ καὶ ὀστρείοις ἐχρῶντο· καί τοι τῆς τούτων ἐδωδῆς οὐ πολὺ ἐχούσης τὸ ὠφέλιμον καὶ ἡδύ, ἀλλὰ κἂν τῷ
d βυθῷ κατὰ βάθος κειμένων. καὶ οὐκ ἔστιν εἰς ταῦτα ἄλλῃ τινὶ τέχνῃ χρήσασθαι, ἢ δύντα κατὰ βυθοῦ.

— Ἦ μάλ' ἐλαφρὸς ἀνὴρ ὃς ῥεῖα κυβιστᾷ.

ὃν καὶ λέγει πολλοὺς ἂν κορέσαι, τήθεα διφῶντα.

Ἑκάστῳ δὲ τῶν δαιτυμόνων παρ' Ὁμήρῳ παράκειται πο [τήριον. Δημοδόκῳ] [2] γοῦν παρατίθεται κάνεον, καὶ τράπεζα, καὶ δέπας,

XXIII. Homerici convivii ratio.

1 Postremum nomen Suidas dedit. 2 Perperam vulgo, & invitis msstis, παράκειται. παντὶ γοῦν παρατίθ.

heroicis versibus Artem piscatoriam complexi sunt, libros tractavimus: quibus accedunt, qui soluta oratione scripsere, Seleucus Tarsensis, Leonidas Byzantius, Agathocles Atracius. At eiusmodi edulii in coenis heroum nusquam Homerus meminit, quemadmodum nec tenellorum animantium pullorum; utpote ciborum, qui parum convenientes haberentur heroibus in dignitate constitutis. Nec vero piscibus tantum, sed & ostreis utebantur, quamquam nec admodum salubribus, nec gustu suavibus, ad haec in imo fundo maris iacentibus. Nec vero alia arte haec capi possunt, nisi ut in altum quis subeat urineturque.

Profecto perquam agilis vir, qui tam facile urinatur:

quem eumdem ait multos satiasse, *ostrea quatrentem.*

23. Singulis convivarum apud Homerum adponitur *poculum.* Demodoco quidem adponitur canistrum, mensa, & *poculum*,

— πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

Ἐπιστέφονται δὲ ποτοῖο οἱ κρητῆρες· ἤτοι, ὑπερχειλεῖς οἱ κρατῆρες ποιοῦνται, ὥς τε διὰ τοῦ ποτοῦ ἐπιστεφανοῦσθαι. καὶ ταῦτα ἔπραττον, πρὸς οἰωνοῦ τιθέμενοι. e κοῦροι δὲ διανέμουσι

πᾶσιν, ἐπαρξάμενοι δεπάεσσι.

τὸ δὲ πᾶσιν, οὐ τοῖς ποτηρίοις, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσιν. Ἀλκίνους γοῦν τῷ Ποντονόῳ φησί· „Μέθυ διάνειμον [1] πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον.“ Καὶ ἑξῆς ἐπάγει·

Νώμησεν δ' ἄρα πᾶσιν, ἐπαρξάμενος δεπάεσσιν.

Εἰσὶ δὲ καὶ τοῖς ἀρίστοις, κατὰ δεῖπνα, τιμαί. Τυδείδης γοῦν καὶ κρέασι καὶ πλείοις δεπάεσσι τιμᾶται· καὶ Αἴας νώτοισι διηνεκέεσσι γεραίρεται· καὶ οἱ βασι- f λεῖς δὲ τοῖς αὐτοῖς. — „Νῶτα βοὸς, - - τά ῥά οἱ πάρθεσαν αὐτῷ·“ — Μενελάῳ δηλονότι. καὶ Ἰδομενέα δὲ

1 Verbum varie vulgo vel corruptum vel truncatum.

quo bibat, quoties animus iuſſerit.

Coronantur porro *vino crateres*, id eſt, ita replentur, ut vinum labra exſuperet, ut quaſi coronam e liquore impoſitam habeant. Idque faciebant boni ominis gratia. Tum *pueri diſtribuunt*

omnibus, auſpicantes poculis.

Quibus in verbis illud *omnibus* non ad *pocula* refertur, ſed ad viros. Alcinous quidem Pontonoo dicit: *vinum diſtribue omnibus per domum;* & dein ſubiicit:

Diſtribueruntque omnibus, auſpicantes poculis.

Sunt autem in conviviis ſui praeſtantioribus viris honores. Itaque Diomedes & carnibus honoratur, & pluribus poculis; & Aiaci, honoris cauſſa, longa boum terga adponuntur: idemque honos regibus habitus; quo ſpectat quod ait: *Terga bovis, — — quae ſcilicet ipſi*, nempe Menelao, *adpoſuerant.* Pariter Idomeneum & Agamemno-

καὶ Ἀγαμέμνονα „πλείῳ ἀεὶ δέπαϊ“ τιμᾷ. καὶ Σαρπηδὼν δὲ, παρὰ Λυκίοις, τοῖς αὐτοῖς τιμᾶται, καὶ ἕδρῃ, καὶ κρέασιν. Ἦν δέ τις αὐτοῖς καὶ διὰ τῆς προπόσεως ἀσπασμός. οἱ γοῦν θεοὶ —

χρυσέοις δέπαεσσι

δειδέχατ' ἀλλήλους. —

ἤτοι ἐδεξιοῦντο, προπίνοντες ἑαυτοῖς ταῖς δεξιαῖς. καί
a τις δὲ „δείδεκτ' Ἀχιλλέα“ ἀντὶ τοῦ, ἐδεξιοῦτο· ὅ ἐστιν, προέπινεν αὐτῷ, τῇ δεξιᾷ διδοὺς τὸ ποτήριον. Ἐδωροῦντο δὲ καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῶν μοίρας, οἷς ἠβούλοντο· ὡς Ὀδυσσεὺς, νώτου ἀποπροταμὼν, οὗ αὐτῷ παρέθεντο, τῷ Δημοδόκῳ.

Ἐχοῦντο δ' ἐν τοῖς συμποσίοις, καὶ κιθαρῳδοῖς καὶ ὀρχησταῖς· ὡς οἱ μνηστῆρες. καὶ παρὰ Μενελάῳ, XXIV. Cantores apud Homerum.

— — ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδός.

„δύω δὲ κυβιστητῆρες μολπῆς ἐξάρχοντες, ἐδίνευον.“ — μολπῆς δὲ, ἀντὶ τοῦ, παιδιᾶς. Σῶφρον δέ τι ἦν τὸ τῶν

nem *pluribus ſemper poculis* honorat: & Sarpedon apud Lycios eiſdem donatur, atque etiam ſedili, & carnibus. Erat vero illis & mos ſalutandi ſe mutuo per propinationem. Nam & Dii

mutuo excipiunt ſeſe pateris fulgentibus auro;

id eſt, porrectis dextris ſalutant, & potum propinant. Et Achillem δείδεκτο nonnemo, id eſt, ἐδεξιοῦτο, *propinavit illi, dextra offerens poculum.* Porro de ſua quiſque portione largiebatur quibus libitum eſſet: veluti Ulyſſes, de tergo ſibi adpoſito partem reſciſſam dans Demodoco.

24. Adhibebantur etiam in conviviis citharoedi & ſaltatores; ut apud procos. Et apud Menelaum

cantabat divinus cantor;

& *duo ſaltatores, cantum auſpicantes, ſaltabant.* Quo loco μολπῆς, *cantum* dicit, pro *ludo* illo *ſaltatorio.* Erat autem

ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἐπέχον. Ἀγα- b
μέμνων οὖν τὸν ἀοιδὸν καταλείπει τῇ Κλυταιμνήστρᾳ
φύλακα, καὶ παραινετῆρά τινα. ὃς, πρῶτον μὲν, ἀρε-
τὰς γυναικῶν διερχόμενος, ἐνέβαλλέ τινα φιλοτιμίαν
εἰς καλοκἀγαθίαν· εἶτα, διατριβὴν παρέχων ἡδεῖαν,
ἀπεπλάνα τὴν διάνοιαν φαύλων ἐπινοιῶν. διὸ Αἴγισθος
οὐ πρότερον διέφθειρε τὴν γυναῖκα, πρὶν τὸν ἀοιδὸν ἀπο-
κτεῖναι ἐν νήσῳ ἐρήμῃ. τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ παρὰ τοῖς
μνηστῆρσιν ἀείδων ἀνάγκῃ· ὃς τοὺς ἐφεδρεύοντας τῇ Πη-
νελόπῃ ἐβδελύττετο. κοινῶς δέ που πάντας τοὺς ἀοι- c
δοὺς αἰδοίους τοῖς ἀνθρώποις εἶναί φησι,

— — — τοὔνεκ' ἄρα σφέας
οἵμας Μοῦσ' ἐδίδαξε, φίλησέ τε φῦλον ἀοιδῶν.

Ὁ δὲ παρὰ Φαίαξι Δημόδοκος ᾄδει Ἄρεος καὶ Ἀφρο-
δίτης συνουσίαν, οὐ διὰ τὸ ἀποδέχεσθαι τὸ τοιοῦτον πά-

modeſtum *Cantorum* genus, philoſophorum quodammodo vice fungens. Quare uxori Clytemneſtrae cantorem Agamemnon, ut cuſtodem & monitorem aliquem, relinquit: qui primum quidem laudes foeminarum exſequens, illarum exemplo honeſti bonique deſiderium excitaret; deinde iucundam oblectationem adferendo, ab improbis cogitationibus averteret earumdem animos. Itaque non prius Clytemneſtram Aegiſthus corrupit, quam occiſo deſerta in inſula cantore. Eiuſmodi fuit & is, qui apud procos invitus coactuſque canens, inſidiantes illos caſtitati Penelopes exſecrabatur. Omnino vero cunctos fere cantores venerandos hominibus eſſe ait,

— — — *eo quod ipſos*
cantus Muſa docuit, amavitque genus cantorum.

Apud Phaeacas autem Demodocus Martis & Veneris concubitum canit, non quod tale facinus probet, ſed

θος, ἀλλ' ἀποτρέπων αὐτοὺς παρανόμων ὀρέξεων· εἰδὼς ἐν τρυφερῷ τινι βίῳ τεθραμμένους, κἀντεῦθεν ὁμοιότατα τοῖς τρόποις αὐτῶν τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν προφέρων. d καὶ τοῖς μνηστῆρσιν ᾄδει πρὸς τὴν αὐτῶν βουλὴν [1] ὁ Φήμιος νόστον Ἀχαιῶν. καὶ αἱ Σειρῆνες δὲ ᾄδουσι τῷ Ὀδυσσεῖ τὰ μάλιστα αὐτὸν τέρψοντα, καὶ τὰ οἰκεῖα τῇ φιλοτιμίᾳ αὐτοῦ καὶ πολυμαθείᾳ λέγουσαι. „Ἴσμεν γὰρ, φασὶ, τά τ' ἄλλα, καὶ

— ὅσσα γένηται ἐν χθονὶ πολυβοτείρῃ. "

Ὀρχήσεις δ' εἰσὶ παρ' Ὁμήρῳ, αἱ μέν τινες τῶν κυβιστήρων, [2] αἱ δὲ διὰ τῆς σφαίρας· ἧς τὴν εὕρεσιν Ἀγαλλὶς [3] ἡ Κερκυραία, γραμματικὴ, Ναυσικάᾳ ἀνατίθησι, ὡς πολίτιδι χαριζομένη· Δικαίαρχος δὲ Σικυωνίοις· Ἵππασος δὲ Λακεδαιμονίοις ταύτην τε e καὶ τὰ γυμνάσια πρώτοις. ταύτην δὲ μόνην τῶν ἡρωϊ-

XXV. Pilae ludus.

1 συμβουλὴν ſuſpicatus ſum, idque in lat. verſ. expreſſi. 2 Rectius fuerit κυβιστητήρων. 3 Rectius forſan Ἀναγαλλὶς.

ut ab improbis cupiditatibus illos abſtrahat: quos cum noſſet luxurioſae vitae innutritos, ideo moribus ipſorum ſimillima recitabat, quibus vitia eorum reprimeret. Apud procos Phemius, ipſorum admonendorum cauſſa, reditum canit Achivorum. Ulyſſi vero Sirenes canunt ea quae maxime illum oblectarent, eaque dicunt quae digna eſſent ſtudio illius & multiplici ſcientia. *Scimus enim*, inquiunt, *& alia omnia, &*

quaecumque in alma terra exiſtunt.

25. Saltationes apud Homerum peraguntur vel a rotatoribus, vel cum pila. *Pilae* inventionem Agallis [ſive Anagallis] Corcyraea, grammatica, Nauſicaae tribuit, populari nimirum ſuae gratificatura: Dicaearchus vero Sicyoniis: Hippaſus autem & huius & aliarum exercitationum primos auctores Lacedaemonios perhibet. Caeterum ſolam ex heroidibus Nauſicaam pila ludentem

δων Ὅμηρος παράγει σφαιρίζουσαν. Διαβόητος δὲ ἐπὶ σφαιρικῇ [1] Δημοτέλης, ὁ Θεόγνιδος τοῦ Χίου σοφιστοῦ ἀδελφὸς, καί τις Χαιρεφάνης· ὃς ἀτελγεῖ τινι νέῳ παρακολουθῶν, οὐ διελέγετο μὲν, ἐκώλυε δὲ πράττειν τὸν νεανίσκον. εἰπόντος δὲ, ὅτι, Χαιρέφανες, ἐὰν παύσῃ ἀκολουθῶν, πάντα σοι ἔσται παρ' ἡμῶν· Ἐγὼ δ' ἂν, ἔφη, σοὶ διαλεχθείην; Τί οὖν, εἶπε, παρακολουθεῖς; Χαίρω σὲ θεωρῶν, ἔφη· τὸ δὲ ἦθος οὐ δο- f κιμάζω.

Ὅτι τὸ φουάλικλον καλούμενον (ἦν δὲ, ὡς ἔοικε, σφαίρισκόν τι) εὗρεν Ἀττικὸς Νεαπολίτης, παιδοτρίβης γυμνασίας ἕνεκα Πομπηίου Μάγνου.[2] Τὸ δὲ καλούμενον διὰ τῆς σφαίρας ἁρπαστὸν, φαινίνδα ἐκαλεῖτο, ὃ ἐγὼ πάντων μάλιστα ἀσπάζομαι.

XXVI. Πολὺ δὲ τὸ σύντονον καὶ καματηρὸν τῆς περὶ τὴν

1 Forſ. σφαιριστικῇ. 2 Deſideratur iſtud Fragm. in edd. Rectius vero φαλλικλον fuerit, quam φουάλικλον.

Homerus inducit. Eodem ludo vero celebris fuit Demoteles, Theognidis Chii ſophiſtae frater, & Chaerephanes quidam; qui, cum adoleſcentulum ſequeretur impudicum, nec rem cum illo habuit, & ipſum, ne foedi quid committeret, prohibuit: dicente vero adoleſcentulo, *Si me ſequi deſines, Chaerephanes, omnia tibi a me parata ſunt;* reſpondit ille, *Ego vero tecum rem haberem! Quid ergo*, inquit, *me ſequeris? Adſpectu tuo*, ait, *delector; ſed mores improbo.*

Folliculus qui vocatur (eſt autem, ut videtur, parva aliqua pila) inventus eſt ab Attico Neapolitano, qui Pompeii Magni exercitiorum fuerat magiſter. Quod vero in pilae ludo *Harpaſtum* vocant, Phaeninda olim adpellabatur; quo genere ego omnium maxime delector.

26. Habet autem multum laboris contentioniſque cer-

σφαιριστικὴν ἀμίλλης, τό τε κατὰ τοὺς τραχηλι- Pilae ludus.
σμοὺς ῥωμαλέον. Ἀντιφάνης·

Οἴμοι κακοδαίμων, τὸν τράχηλον ὡς ἔχω. [1]

Διηγεῖται δὲ τὴν Φαινίνδα παιδιὰν οὕτως Ἀντιφάνης·

a — — — Σφαῖραν λαβών,
τῷ μὲν διδοὺς ἔχαιρε, τὸν δ' ἔφευγ' ἅμα,
τοῦ δ' ἐξέκρουσε, τὸν δ' ἀνέστησεν πάλιν,
κλαγκταῖσι φωναῖς· — — —
Ἔξω, μακρὰν, παρ' αὐτὸν, ὑπὲρ αὐτὸν, κάτω,
ἄνω, βραχεῖαν ἀπόδοσιν ἐγκαταστρέφει. [2]

Ἐκαλεῖτο δὲ Φαινίνδα, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων· ἢ ὅτι εὑρετὴς αὐτοῦ, [3] ὡς φησιν Ἰόβας ὁ Μαυρούσιος, Φαινέστιος ὁ παιδοτρίβης. καὶ Ἀντιφάνης·

Φαινίνδα παίζων ἦεν ἐς Φαινεστίου.

1 Deest iste versus edd. cum praepositio *Antiphanis* nomine. 2 Desunt editis duo posteriores versus. 3 αὐτῆς exspectasses. Sed nec alia satis hic emendata esse videntur.

tamen eorum qui pila ludunt, & violentas inprimis cervicis inflexiones. Unde illud apud Antiphanem:

Heu me miserum! quam mihi cervix dolet!

Describit vero phaenindae ludum idem Antiphanes his verbis:

Acceptam pilam
huic laetus dedit, illum simul effugit;
huius (pilam) *repulit, illum de statu deiecit,*
magnis cum clamoribus: — —
extra; procul; praeter illum; ultra illum; deorsum;
sursum; brevem redditionem contra intorquet.

Phaeninda vero [itemque *Ephetinda*] nominata a proiectione ludentium; sive quod inventor eius, ut Iuba Maurus ait, Phaenestius fuerat, exercitiorum magister. Consentit Antiphanes:

Phaeninda lusurus, Phaenestii gymnasium adiit.

Ἐφρόντιζον δὲ εὐρυθμίας οἱ σφαιρίζοντες. Δημόξενος οὖν b
φησί·

— Νεανίας τις ἐσφαίριζεν εἷς,
ἐτῶν ἴσως [γενόμενος] ἑπτακαίδεκα,
Κῶος· θεοὺς γὰρ φαίνεθ' ἡ νῆσος φέρειν.
ὃς ἐπεί ποτ' ἐμβλέψειε τοῖς καθημένοις,
ἢ λαμβάνων τὴν σφαῖραν, ἢ διδοὺς, ἅμα
πάντες ἐβοῶμεν. ἡ δὲ δὴ [1] εὐρυθμία,
τό τ' ἦθος, ἥ τε τάξις, [ἥ τε χάρις,] ὅση
ἐν τῷ τι λέγειν ἢ πράττειν ἐφαίνετο,
πέρας ἐστὶ κάλλους, ἄνδρες· οὔτ' ἀκήκοα
ἔμπροσθεν, οὔθ' ὥρακα τοιαύτην χάριν. c
κακὸν ἄν τι μεῖζον ἔλαβον, εἰ πλείω χρόνον
ἔμεινα· καὶ νῦν δ' οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκῶ.

Ἐσφαίριζε δ' οὐκ ἀηδῶς καὶ Κτησίβιος Χαλκιδεὺς,

1 δὴ abeſt vulgo. Mox dein τὸ δὲ ἦθος habent mssti noſtri. Deſunt autem vulgo verba in his verſibus uncis incluſa.

Studioſe vero curabant pila ludentes, ut concinni eſſent motus corporis. Igitur Demoxenus ait:

Iuvenis aliquis pila ludebat,
annorum fere ſeptemdecim,
Cous: videtur enim Deos ferre haec inſula.
Is quoties adſidentes nos adſpiceret,
vel ſumens pilam, vel dans; continuo
adclamabamus omnes. Tanta concinnitas,
tanta morum modeſtia, & venuſta gratia,
ſeu diceret quidpiam, ſeu faceret, elucebat,
ut nihil eſſet ſupra, o viri: neque ego audivi
umquam, aut vidi, talem gratiam.
Maius quoddam malum accepiſſem, ſi diutius
ſubſtitiſſem: etiamque nunc haud ſatis mentis compos mihi eſſe videor.

Pila non ineleganter etiam ludebat Creſibius Chalciden-

φιλόσοφος· καὶ πολλοὶ διὰ τὴν σφαιρικὴν [1] αὐτῷ συναπεδύοντο τῶν Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως φίλων. Συνέγραψε δὲ περὶ σφαιριστικῆς Τιμοκράτης ὁ Λάκων.

XXVII. Saltationis varia genera.

Οἱ Φαίακες δὲ παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἄνευ σφαίρας ὠρχοῦντο. καὶ ὀρχοῦνταί που ἀνὰ μέρος πυκνῶς· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ,

d Τάρφε' ἀμειβόμενοι, — ἄλλων ἑφεστώτων καὶ ἐπικροτούντων τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις, ὅ φησι λικεῖν. Οἶδε δὲ ὁ ποιητὴς καὶ τὴν πρὸς ᾠδὴν ὄρχησιν. Δημοδόκου γοῦν ᾄδοντος, κοῦροι πρωθῆβαι ὠρχοῦντο. καὶ ἐν τῇ Ὁπλοποιίᾳ δὲ, παιδὸς κιθαρίζοντος, ἄλλοι δ' ἐν.... [2] μολπῇ τε ὀρχηθμῷ τε ἔσκαιρον. ὑποσημαίνεται δὲ ἐν τούτοις ὁ ὑπορχηματικὸς τρόπος, ὃς ἤνθησεν ἐπὶ Ξενοδήμου, καὶ Πινδάρου. καὶ ἔστιν ἡ τοιαύτη ὄρχησις, μίμησις τῶν ὑπὸ τῆς λέξεως ἑρμηνευομένων πραγμάτων·

1 σφαιριστικὴν malim. 2 Sic alter ex noſtris codd. Alter δ' ἐναντίοισι, unde δ' ἐναντίοι ἀλλήλοισι ſuſpicari licebat. δ' ἐν μανίᾳ edd. vett. δ' ὁμαρτῇ Caſaub. in contextu; δ' ἐν ἁρμονίᾳ idem in Comm.

ſis, philoſophus; cum quo multi ex Antigoni regis amicis in arenam deſcendebant. De Pilae ludo librum ſcripſit Timocrates Lacedaemonius.

27. Phaeaces vero apud Homerum etiam abſque pila ſaltabant: ſaltantque alicubi ita, ut *frequenter vices alternent;* hoc eſt enim quod ait τάρφε' ἀμειβόμενοι· — aliis adſtantibus, & indicibus digitis *adplaudentibus;* quod λικεῖν ille dicit. Novit vero poëta etiam Saltationem ad Cantum. Nam Demodoco cantante, ſaltant pueri primam pubertatem ingreſſi. Et in libro, qui *Armorum fabricatio* inſcribitur, puer pulſat citharam, & alii ex adverſo invicem cum cantu & ſaltatione tripudiant. Quibus ſignificatur *Hyporchematicus* qui dicitur *modus*, qui ſub Xenodemo floruit & Pindaro. Et eſt hoc ſaltationis genus imitatio actionum, quae verbis exponuntur: quam

ἣν παρίστησι γινομένην Ξενοφῶν ὁ καλὸς, ἐν τῇ Ἀνα- e
βάσει, ἐν τῷ παρὰ Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ συμποσίῳ. Φη-
σὶ γοῦν· „Ἐπειδὴ σπονδαὶ ἐγένοντο καὶ ἐπαιώνισαν,
ἀνέστησαν πρῶτοι Θρᾷκες, καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχοῦντο
σὺν ὅπλοις, καὶ ἥλλοντο ὑψηλά τε καὶ κούφως, καὶ
ταῖς μαχαίραις ἐχρῶντο. τέλος δ' ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον
παίει, ὡς πᾶσι δοκεῖν πεπληγέναι τὸν ἄνδρα. ὁ δ' ἔπε-
σε τεχνικῶς πως, καὶ πάντες [1] ἀνέκραγον. καὶ ὁ μὲν,
σκυλεύσας τὰ ὅπλα τοῦ ἑτέρου, ἐξῄει ᾄδων Σιτάλκαν.
ἄλλοι δὲ τῶν Θρᾳκῶν τὸν ἕτερον ἐξέφερον, ὡς τεθνηκό- f
τα· ἦν δὲ οὐδὲν πεπονθώς. μετὰ τοῦτο [2] Αἰνιᾶνες καὶ
Μάγνητες ἀνέστησαν, οἳ ὠρχοῦντο τὴν Καρπαίαν κα-
λουμένην, ἐν τοῖς ὅπλοις. ὁ δὲ τρόπος τῆς ὀρχήσεως ἦν
ὅδε· [3] ὁ μὲν, παραθέμενος τὰ ὅπλα, σπείρει καὶ ζευ-
γηλατεῖ, πυκνὰ μεταστρεφόμενος, ὡς φοβούμενος· λη-

1 Addit alter e noſtris codd. οἱ συνδειπνοῦντες Παφλαγόνες. 2 Vulgo τοῦτον. 3 ὅδε ignorant edd. vett. cum mss.

ſaltationem elegans Xenophon, in Cyri Expeditione, tradit adhibitam fuiſſe in convivio apud Seuthem Thracem. „Poſtquam Diis, inquit, libatum eſt, paeanaque cecinerant; ſurrexere primi Thraces, & ad tibiam armati ſaltabant, magna levitate in altum ſubſilientes, gladioſque vibrantes. Ad extremum alter alterum feriit, ut graviter vulneratum fuiſſe hominem omnes putarent. Et cecidit ille artificioſa ſimulatione; omneſque exclamarunt. Tum alter iacentem armis ſpoliavit, egreſſuſque eſt, Sitalcam canens: alii vero e Thracibus iſtum, veluti mortuum extulerunt; qui tamen nihil mali erat paſſus. Poſt haec Aenianes & Magnetes prodierunt, quam *Carpaeam* vocant, ſaltationem in armis ſaltantes. Ea ſaltatio huiuſmodi erat. Unus, poſitis armis, ſementem facit, & currum agit bobus iunctum, idemtidem retro ſpectans, veluti metuens. Accedit latro: quo ille emi-

„στὴς δὲ προσέρχεται· ὁ δὲ, ἐπὰν προίδηται, ἁρπάσας τὰ ὅπλα, μάχεται πρὸ τοῦ ζεύγους ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλόν. καὶ τέλος ὁ λῃστὴς, δήσας τὸν ἄνδρα, τὸ ζεῦγος
a ἀπάγει. ἐνίοτε δὲ καὶ ὁ ζευγηλάτης τὸν λῃστήν· εἶτα παρὰ τοὺς βοῦς δήσας, ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον ἐλαύνει. καί τις, φησὶ, τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, καὶ κροτῶν τὰς πέλτας ὤκλαζε, [1] καὶ ἐξανίστατο· καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει. καὶ Ἀρκάδες δὲ, φησὶ, ἀναστάντες, ἐξοπλισάμενοι ἤεσαν ἐν ῥυθμῷ, πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι, καὶ ἐπαιώνισαν, καὶ ὠρχήσαντο.“

XXVIII. Varii mores in conviviis apud Homerum.

Ἐχρῶντο δὲ καὶ αὐλοῖς καὶ σύριγξιν ἥρωες. ὁ γοῦν Ἀγαμέμνων „αὐλῶν συρίγγων τ᾽ ἐνοπὴν“ ἀκούει. εἰς
b δὲ τὰ συμπόσια οὐ παρήγαγε· πλὴν ἐν τῇ Ὁπλοποιίᾳ, γάμων γινομένων, αὐλῶν μνημονεύει. τοῖς δὲ

1 Commodius apud Xenoph. ἀρχεῖτο κροτῶν τὰς πέλτας, καὶ ὤκλαζε. Sed & alia h. l. in mss tis & in ed. Ven. corrupta.

„nus conſpecto, arma capit, & ante currum ita pugnat, ut corporis motus ad tibiae modulos adaptet. Ad extremum vinculis hominem colligat latro, & currum abigit: ſed & nonnumquam praedonem vincit is qui currum agebat, eumque tunc cum bobus iungit, & manibus in tergum revinctis abigit. Quidam etiam (inquit) Perſicam ſaltabat, & colliſis peltis in genua procumbebat, rurſuſque ſurgebat: eaque omnia ad numeros moduloſque tibiae peragebat. Denique & Arcades prodeuntes, armati incedebant ad numerum, paeanaſque canebant, & ſaltabant, motibus militaribus ad tibiae praecentum temperatis.“

28. Utebantur etiam tibiis fiſtuliſque heroës. Agamemnon certe audit „tibiarum fiſtularumque ſtrepitum.“ Sed in convivia eas non introduxit poëta, niſi quod in *Armorum fabricatione*, ubi nuptiae celebrantur, tibiarum

βαρβάροις ἀποδίδωσι τοὺς αὐλούς· παρὰ Τρωσὶν οὖν ἦν αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπή. Ἔσπενδον δὲ, ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες· καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιοῦντο Ἑρμῇ, καὶ οὐχ, ὡς ὕστερον, Διὶ τελείῳ. δοκεῖ γὰρ Ἑρμῆς ὕπνου προστάτης εἶναι. σπένδουσι δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ ταῖς γλώσσαις, ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες. προσνέμονται δ' αὐτῷ αἱ γλῶσσαι, διὰ τὴν ἑρμηνείαν. Οἶδε δ' Ὅμη- c
ρος καὶ ποικίλας ἑδωδάς. λέγει γοῦν „ἑδωδὴν παντοίην·" καὶ

ὄψα, οἷα ἔδουσι διοτρεφέες βασιλῆες.

Οἶδε δὲ καὶ πᾶσαν τὴν νῦν πολυτέλειαν. οἴκων μὲν οὖν λαμπρότατος ὁ Μενελάου. τοιοῦτον δέ τινα ὑφίσταται τῇ κατασκευῇ καὶ λαμπρότητι Πολύβιος Ἰβηρός τινος βασιλέως οἶκον· [1] ὃν καὶ ἐξηλωκέναι λέγει τὴν τῶν
Phaeacum luxuria. Φαιάκων τρυφὴν, πλὴν τοῦ τοὺς κρατῆρας ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας ἑστάναι, πλήρεις οἴνου κριθίνου, ἀργυροῦς ὄντας

1 οἰκίαν vulgo.

meminit. Barbaris vero tibias tribuit: itaque apud Troianos erat ille tibiarum fiſtularumque ſtrepitus. Libabant vero ſoluta coena, libationeſque peragebant Mercurio; non, ut poſterioribus temporibus, Iovi Conſummatori. Videtur enim Mercurius ſomni praeſes eſſe. Libant vero ei & *ſuper linguis*, e coena diſcedentes. Sacrae enim Mercurio ſunt linguae, propter vim elocutionis. Novit vero etiam Homerus ciborum varietatem, ut qui nunc dicat: *Omnigenas epulas*; nunc,

Obſonia qualia edunt Iovis - alumni reges.

Novit vero & omnem noſtri ſeculi magnificentiam. Itaque domorum ſplendidiſſimam facit domum Menelai. Quales Polybius depingit ſtructura & ornamentorum ſplendore inſignes regis cuiuſdam Hiſpani aedes; quem aemulatum fuiſſe ait Phaeacum luxum, niſi quod in media domo pocula ſtabant aurea & argentea, vino hor-

d καὶ χρυσοῦς. Ὅμηρος δὲ τοπογραφῶν καὶ τὴν Καλυψοῦς οἰκίαν, ἐκπλήττει τὸν Ἑρμῆν. Ἀπολαυστικὸς δέ ἐστι παρ' αὐτῷ καὶ ὁ τῶν Φαιάκων βίος·

Αἰεὶ γὰρ ἡμῖν δαίς τε φίλη κίθαρίς τε, —

καὶ τὰ ἑξῆς. [καί· „Οὐ γὰρ ἔγω γε κ. τ. λ.] [1] ἃ ἔπη Ἐρατοσθένης οὕτω δεῖν γεγράφθαι φησίν·

Οὐ γὰρ ἔγω γέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ, κακότητος ἀπούσης,
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ.

e κακότητος ἀπούσης, Φάσκων, τῆς ἀφροσύνης. ἀδύνατον γὰρ, μὴ φρονίμους εἶναι Φαίακας, οἳ μάλα φίλοι εἰσὶ θεοῖσιν, ὡς ἡ Ναυσικάα [2] φησί.

Καὶ οἱ μνηστῆρες δὲ παρ' αὐτῷ πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων ἐτέροντο, οὐ παρὰ τοῦ Μεγαλοπο- XXIX.

1 Desunt ista vulgo. 2 Vulgo ὁ Ναυσικράτης.

daceo plena. Homerus vero etiam, ubi Calypsûs domicilium particulatim describit, obstupescentem facit Mercurium. Apud eumdem voluptati dedita est Phaeacum vita:

Semper nobis epulae carae, & cithara, choreaeque,

& quae sequuntur. Tum,

Non enim ego ullum puto eventum esse gratiorem,
quam cum laetitia quidem detineat populum universum,
convivaeque per domum audiant cantorem.

Quos versus Eratosthenes sic scribendos censuit, ut pro *detineat populum universum* legeretur *obtineat, absente pravitate; pravitatem* intelligens *insipientiam:* fieri enim non posse ait, quin sapientes fuerint Phaeaces, qui *Diis inprimis cari* essent, ut ait Nausicaa.

29. Apud eumdem Homerum proci *ante fores calculorum lusu animum recreant:* non a Megalopolitano Dio-

Calculorum ludus.

λίτου [1] Διοδώρου ἢ Θεοδώρου μαθόντες τὴν πεττείαν, οὐδὲ τοῦ Μιτυληναίου Λέοντος, τοῦ ἀνέκαθεν Ἀθηναίου· ὃς ἀήττητος ἦν κατὰ τὴν πεττευτικὴν, ὥς φησι Φανίας. [2] Ἀπίων δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἀκηκοέναι φησὶ παρὰ τοῦ Ἰθακησίου Κτήσωνος τὴν τῶν μνηστήρων πεττείαν, οἵα ἦν. ὀκτὼ γάρ, φησὶ, καὶ ἑκατὸν ὄντες οἱ μνηστῆρες, διετίθεσαν ψήφους ἐναντίας ἀλλήλαις, ἴσας πρὸς ἴσας τὸν ἀριθμὸν, ὅσοι περ ἦσαν καὶ αὐτοί. γίνεσθαι οὖν ἑκατέρωθεν τέσσαρας καὶ πεντήκοντα. τὸ δ' ἀνὰ μέσον τούτων διαλιπεῖν ὀλίγον κενόν· ἐν δὲ τῷ μεταιχμίῳ τούτῳ μίαν τιθέναι ψῆφον, ἣν καλεῖν μὲν αὐτοὺς Πηνελόπην· σκοπὸν δὲ ποιεῖσθαι, εἴ τις βάλοι ψήφῳ ἑτέρᾳ· καὶ κληρουμένων, τὸν λαχόντα στοχάζεσθαι ταύτης. εἰ δέ τις τύχοι, καὶ ἐκκρούσειε πρόσω

1 μεγάλου dant libri noſtri. Μεγαρικοῦ ſuſpicari poſſis ex Euſtathio. 2 Φαινίας ed. Caſaub.

doro ſive Theodoro ludi illius artem edocti, nec a Mitylenaeo Leonte, cuius maiores quidem Athenienſes fuerant; quem ſcribit Phanias invictum fuiſſe in arte calculis ludendi. Apion vero Alexandrinus, ab Ithacenſe Cteſone accepiſſe ſe ait, qualis fuerit ille calculorum ludus, quo uſi ſint proci. Scilicet, cum octo ſupra centum, inquit, fuerint proci; calculos hi diſponebant ex adverſo alios aliis, numero utrimque pares, ut totus numerus numerum procorum aequaret: fuiſſe igitur ab utraque parte quatuor & quinquaginta calculos. In horum medio modicum aliquod ſpatium vacuum relictum: quo in ſpatio unum fuiſſe calculum poſitum, qui *Penelope* ab eis eſſet adpellatus. Hunc ipſis ſcopum fuiſſe, ſi quis alio calculo ferire poſſet: iacta ſorte, ad hunc ſcopum collineaſſe eum cui ſors obtigiſſet. Si quis attigiſſet Penelopen, antrorſumque e ſede ſua eam propuliſ-

τὴν Πηνελόπην, ἀποτίθεσθαι τὴν ἑαυτοῦ εἰς τὴν τῆς βληθείσης καὶ ἐξωσμένης χώραν, ἐν ᾗ πρότερον ἦν· καὶ πάλιν ἐκεῖ στάντα, τὴν Πηνελόπην, ἐν ᾧ τὸ δεύτερον ἐγένετο χωρίῳ, ἐντεῦθεν βαλεῖν τὴν ἑτέραν.[1] εἰ δὲ τύχοι ἄνευ τοῦ μηδεμιᾶς τῶν ἄλλων ψαῦσαι, νικᾶν, καὶ ἐλπίδας ἔχειν πολλὰς, γαμήσειν αὐτήν. τὸν δὲ Εὐρύ-
b μαχον πλείστας εἰληφέναι τοιαύτας νίκας[2] ταύτῃ τῇ παιδιᾷ, καὶ εὔελπιν εἶναι τῷ γάμῳ. Οὕτω δὲ διὰ τὴν τρυφὴν τὰς χεῖρας οἱ μνηστῆρες ἔχουσιν ἀπαλὰς, ὡς μηδὲ τὸ τόξον ἐντεῖναι δύνασθαι. πολυτελεῖς δ' αὐτοῖς καὶ οἱ διακονούμενοι.

Δυνατωτάτη δὲ παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἡ τῶν μύρων εὐωδία·

Οὗ καὶ κινυμένοιο Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ,
ἔμπης εἰς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἵκετ' ἀϋτμή.

1 Aut τῇ ἑτέρᾳ hic ſuſpicabar, aut paulo ſuperius εἰς τὴν Πηνελόπην.
2 Duas voces τοιαύτ. νίκ. ex Euſtath. adſcivi; item paulo ſuperius vocem ἔχει.

ſet, hunc depoſuiſſe ſuum calculum in illius percuſſae propulſaeque locum, quem illa prius obtinuerat: rurſuſque, ibi ſtantem, indidem in Penelopen, eo quo nunc poſita erat loco, alterum calculum conieciſſe. Quam ſi rurſus ita percuſſiſſet, ut nullus de caeteris calculis fuiſſet tactus, victoriam retuliſſe hunc, & in magnam ſpem veniſſe, uxorem ſe illam habiturum. Eurymachum vero plurimas eiuſmodi victorias hoc ludicro retuliſſe; eoque maximam ſpem nuptiarum habuiſſe. Fuerunt autem, propter delicias, ita molles manus procis, ut ne arcum quidem poſſent tendere. Quin & famuli eorum ſumtuoſam vitam agebant.

Nec vero fugit Homerum eximia *ſuaveolentia unguentorum*:

Quae ſi modo agitarentur in Iovis ſolida domo,
ad terram pariter coelumque pervenit illorum halitus.

Καὶ στρωμνὰς δὲ οἶδε διαπρεπούσας. τοιαύτας οὖν Ἀρήτη Ὀδυσσεῖ ὑποστρωννύειν κελεύει· καὶ Νέστωρ αὐ- c
χεῖ πρὸς Τηλέμαχον, πολλῶν τοιούτων εὐπορεῖν.

XXX. Τῶν δ' ἄλλων ποιητῶν ἔνιοι, τὰς καθ' αὑτοὺς πολυτελείας καὶ ῥᾳθυμίας ἀιέπεμπον ὡς οὔσας καὶ κατὰ τὰ Τρωϊκά. Αἰσχύλος οὖν ἀπρεπῶς που παράγει μεθύοντας τοὺς Ἕλληνας, ὡς καὶ τὰς ἀμίδας ἀλλήλοις περικαταγνύναι. λέγει γοῦν·

Alii poëtae ſuae aetatis vitia in Troiana tempora transtulerunt.

Ὀδ' ἐστὶν, ὅς ποτ' ἀμφ' ἐμοὶ βέλος
γελωτοποιὸν, τὴν κάκοσμον οὐράνην,
ἔρριψεν, οὐδ' ἥμαρτε. περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
πληγεῖσ' ἐναυάγησεν ὀστρακουμένη,
χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί. d

Καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀχαιῶν συνδείπνῳ·

Ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐράνην

Atque etiam *lectos* novit *eleganter ſtructos*. Tales quidem Ulyſſi ſterni iubet Arete; & Neſtor apud Telemachum, multos ſe tales poſſidere, gloriatur.

30. Ex aliis vero poëtis nonnulli ſuae aetatis profuſiones & ignavas voluptates ad Troiana tempora retulerunt, quaſi iam tunc exſtitiſſent. Sic Aeſchylus alicubi Graecos [illorum temporum] inducit tam foede ebrios, ut matulas etiam invicem illiſas confringant. Cuius haec ſunt verba:

Hic eſt, qui aliquando in me telum
ridiculum, male olentem matulam,
coniecit, nec aberravit: ad meum enim caput
illiſa, fractaque eſt in teſtas parvulas,
diverſum quid ab unguentorum vaſis ſpirans mihi.

Atque etiam Sophocles, in Achivorum convivio:

Ira fremens, graviter olentem matulam

ἔῤῥιψεν, οὐδ' ἥμαρτε. περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
κατάγνυται τὸ τεῦχος, οὐ μύρου πνέον.
ἐδειματούμην δ' οὐ Φίλης ὀσμῆς ὕπο.

Εὔπολις δὲ τὸν πρῶτον εἰσηγησάμενον τὸ τῆς ἀμίδος ὄνομα ἐπιπλήττει, λέγων [1]

Μισῶ λακωνίζειν, ταγηνίζειν δὲ κἂν πριαίμην.
Πολλὰς δ' οἶμαι νῦν βεβινῆσθαι.
e Ὃς δὲ πρῶτος ἐξεῦρε τὸ πρῶτ' ἐπιπίνειν,
πολλὴν γε λακκοπρωκτίαν ἐπίσταιθ' ἡμῖν εὑρών.
Εἶεν· τίς εἶπεν ἀμίδα πάμπρωτος μεταξὺ πίνων;
Παλαμηδικόν γε τοῦτο τοὐξεύρημα καὶ σοφόν σου.

Οἱ παρ' Ὁμήρῳ δὲ ἀριστεῖς κοσμίως δειπνοῦσιν ἐν Ἀγαμέμνονος. εἰ δ' ἐν Ὀδυσσείᾳ φιλονεικοῦσιν Ἀχιλ-

1 Corruptos Eupolidis verſus, quorum nec verba, nec ſenſum, nec metrum ſatis expedire mihi licuit, intactos fere reliqui: niſi quod *vſ.* 4. pro vulgato ἐπίσταιθ', ἐπίσταιθ' ſcripſi cum Caſaub. tum *vſ.* 5. poſt Εἶεν diſtinxi orationem, & poſt πίνων interrogationem indicavi; denique *vſ. ult.* in fine voculam σου adieci, quam & libri noſtri dabant, & metri ratio deſiderare videbatur. Suſpicor vero, *vſ.* 2. πολλοὺς pro πολλὰς oportuiſſe; & *vſ.* 3. τὸ πρωκτοτηρεῖν aut πρωκτεπιτηρεῖν.

proiecit, nec erravit: meum namque ad caput
vas rumpitur, unguenti nihil ſpirans.
Cohorrui odoris foeditate.

Eupolis vero eum, qui primus *matulae* nomen invexit, perſtringit his verbis:

Odi laconiſſare: ταγηνίζειν vero, (id eſt, *ſartagine torrere*) *etiam pretio emerem.*
Multas autem puto nunc eſſe ſubagitatas.
Qui vero primus invenit τὸ πρῶτ' ἐπιπίνειν,
is ſciat multam obſcoenitatem nobis ſe reperiſſe.
Eſto: quis omnium primus matulam nominavit inter bibendum?
Palamedicum hoc eſt inventum tuum ſapienſque.

Apud Homerum vero modeſte coenant optimates penes Agamemnonem. Quod ſi in Odyſſea contentioſe diſce-

λεὺς καὶ Ὀδυσσεὺς, καὶ Ἀγαμέμνων χαῖρε νόῳ· ἀλλ' ὠφέλιμοι αἱ Φιλοτιμίαι, ζητούντων εἰ λόγῳ ἢ μάχῃ αἱρεθῆναι δεῖ τὸ Ἴλιον. Ἀλλ' οὐδ' ὅτε μνηστῆρας εἰσάγει μεθύοντας, οὐδὲ τότε τοιαύτην ἀκοσμίαν εἰσήγαγεν, ὡς Σοφοκλῆς καὶ Αἰσχύλος πεποιήκασιν· ἀλλὰ πόδα βόειον ἐπὶ τὸν Ὀδυσσέα ῥιπτούμειον. f

XXXI. Adfident epulis apud Homer. non adcumbunt.

Καθέζονται δ' ἐν τοῖς συνδείπνοις οἱ ἥρωες, οὐ κατακέκλινται. Τοῦτο δὲ καὶ παρ' Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ ἐνίοτε ἦν, ὥς φησι Δοῦρις. ἐστιῶν οὖν ποτε ἡγεμόνας εἰς ἑξακισχιλίους,[1] ἐκάθισεν ἐπὶ δίφρων ἀργυρῶν καὶ κλιντήρων, ἁλουργοῖς περιστρώσας ἱματίοις. Ἡγήσανδρος δέ φησιν, οὐδὲ ἔθος εἶναι ἐν Μακεδονίᾳ a κατακλίνεσθαί τινα ἐν δείπνῳ, εἰ μή τις ἔξω λίνων ὢν κεντήσειεν· ἕως δὲ τότε, καθήμενοι ἐδείπνουν. Κάσανδρος οὖν, πέντε καὶ τριάκοντα ὢν ἐτῶν, ἐδείπνει παρὰ τῷ

1 τετρακοσίους edd.

ptant Achilles & Ulyſſes, & tacite gaudet Agamemnon; at utiles ſunt contentiones, quaerentium, utrum ratione, an pugna, capere oporteat Ilium. Sed &, ubi procos inducit vinolentos, ne tunc quidem talem induxit eorum inſolentiam, qualem Aeſchylus & Sophocles finxerunt: ſed bubulum pedem in Ulyſſem coniectum facit.

31. *Adſident* vero menſis heroës in conviviis, non *adcumbunt*. Quem morem etiam nonnumquam apud Alexandrum regem ſervatum eſſe Duris ſcribit. Is enim aliquando ad ſex mille duces hoſpitio excipiens, in ſellis argenteis recubitoriis collocavit, veſte purpurea ſtratis. Hegeſander vero ſcribit, uſu receptum fuiſſe apud Macedones, ut in coena nemo adcumberet, niſi qui aprum extra retia interemiſſet: qui id non feciſſent, hos ſedentes coenaſſe. Igitur Caſſandrum, annos iam quinque ſupra triginta natum, ſedentem coenaviſſe cum pa-

πατρὶ καθήμενος, οὐ δυνάμενος τὸ ἆθλον ἐκτελέσαι, καί περ ἀνδρεῖος γεγονὼς, καὶ κυνηγὸς ἀγαθός.

Ἐς τὸ πρέπον δὲ Ὅμηρος ἀφορῶν, τοὺς ἥρωας οὐ παρήγαγεν ἄλλο τι δαινυμένους, ἢ κρέα, καὶ ταῦτα ἑαυτοῖς σκευάζοντας. οὐ γὰρ ἔχει γέλωτα οὐδ' αἰσχύ- b νην, ὀψαρτύοντας αὐτοὺς καὶ ἕψοντας ὁρᾶν. ἐπετήδευον γὰρ τὴν αὐτοδιακονίαν· καὶ ἐκαλλωπίζοντο, φησὶ Χρύσιππος, τῇ ἐν τούτοις εὐστροφίᾳ. Ὀδυσσεὺς γοῦν, δαιτρεῦσαί τε καὶ πῦρ νῆσαι, οἷος οὐκ ἄλλος, δεξιὸς εἶναι φησί. καὶ ἐν Λιταῖς δὲ Πάτροκλος οἰνοχοεῖ,[1] καὶ Ἀχιλλεὺς πάντα εὐτρεπίζει. καὶ Μενελάου δὲ τελοῦντος γάμους, ὁ νυμφίος Μεγαπένθης οἰνοχοεῖ. Νῦν δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεπτώκαμεν, ὡς κατακεῖσθαι δαινύμενοι.

Sibi ipſi miniſtrant.

Προσφάτως δὲ καὶ τὰ βαλανεῖα παρῆκται, τὴν XXXII.

1 Verbum οἰνοχοεῖ e coniect. adieci.

tre, quod nondum defungi eo certamine potuiſſet, quamvis & fortis eſſet, & peritus venator.

Porro Homerus, decorum ſemper ſpectans, heroës nonniſi carnibus veſcentes inducit, & quidem ipſos ſibi eas praeparantes. Nec enim vel ridendum vel pudendum fuit, ſi quis illos parantes cibos coquenteſve videret. Ex profeſſo enim operam dabant, ſibi ut ipſi miniſtri eſſe poſſent: &, quod Chryſippus ait, ſua in ea re ipſis placebat dexteritas. Ulyſſes quidem, ſe ad ſtruendum ignem culinariamque faciendam habiliorem eſſe ait, quam quemquam alium. Et in nono Iliados libro, cui titulus *Supplicationes*, Patroclus vinum fundit; Achilles vero omnia curat. Et, cum Menelaus nuptias filiae celebrat, ſponſus Megapenthes pincernam agit. Nunc vero in tantum ab ea ſimplicitate excidimus, ut adcumbamus in conviviis.

32. Nuper vero etiam balnea [in domos] introducta

Ignorant ca- lida balnea;

ἀρχὴν οὐδὲ ἔνδον τῆς πόλεως ἐώντων εἶναι αὐτά. ὧν τὸ βλαπτικὸν Ἀντιφάνης δηλοῖ· c

Εἰς μακαρίαν τὸ λουτρόν· ὡς διέθηκέ με.
ἐφθὸν κομιδῇ πεποίηκ'. ἀποκναίσειεν [1] ἂν
καὶ ὁστισοῦν μου λαβόμενος τοῦ δέρματος.
Οὕτω στερεόν τι πρᾶγμα θερμὸν ἔσθ' ὕδωρ.

Ἑρμιππος·

Μὰ Δί', οὐ μέν τοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρὴ
τὸν ἀγαθὸν, οὐδὲ θερμολουτεῖν· ἃ σὺ ποιεῖς.

Ηὔξηται δὲ καὶ ἡ τῶν ὀψοποιῶν περιεργία, καὶ ἡ τῶν μυρεψῶν· ὥστ' οὐδ' ἂν κολυμβᾷν εἰς κολυμβήθραν μύρου ἀρκεῖσθαί τις, ἂν δύναιτο, φησὶν Ἀλεξις. Ἀνθοῦσι d δὲ καὶ αἱ τῶν περὶ τὰ πέμματα δημιουργίαι, καὶ αἱ περὶ τὰς συνουσίας περιεργίαι, ὥστ' ἐπιτεχνᾶσθαι σπόγγους ὑποτίθεσθαι· ἐπακτικὸν γὰρ εἶναι τὸ τοιοῦ-

1 ἀποκνίσειεν cod. Sedan.

sunt; quae principio ne intra urbis quidem pomoeria aedificari siverant. Quae quam sint nociva, Antiphanes declarat:

Malam in rem abeat balneum: quem ad statum me redegit!
Prorsus elixum me fecit. Enecet me sane
quicumque cutem meam vel tetigerit.
Ita dura res est aqua calida.

Hermippus:

Per Iovem, nec inebriari virum oportet
bonum, nec calida lavari; quae tu facis.

Aucta vero etiam adeo est coquorum & unguentariorum curiosa diligentia, *ut, si quis innatare posset in unguenti lacu, ne sic quidem contentus foret*, ut Alexis ait. Exuberantque & bellariorum parandorum artificia, & circa mulierum congressus curiosa inventa, ut etiam spongias illis supponere nonnulli excogitaverint; quam rem sti-

τον πρὸς ἀφροδισίων πλῆθος. Θεόφραστος δ' οὕτω φησὶ τινας ὀχευτικὰς δυνάμεις εἶναι, ὡς καὶ μέχρις ἑβδομήκοντα συνουσιῶν ἐπιτελεῖν, καὶ τὸ τελευταῖον αὐτοῖς αἷμα ἀποκρίνεσθαι. Φύλαρχος δὲ Σανδρόκοττόν φησι, τὸν Ἰνδῶν βασιλέα, Σελεύκῳ μεθ' ὧν ἔπεμψε δώρων, ἀποστελεῖν τινας δυνάμεις στυτικὰς τοιαύτας· ὡς ὑπὸ τοὺς πόδας τιθεμένας τῶν συνουσιαζόντων, οἷς μὲν ὁρμὰς ἐμποιεῖν ὀρνίθων δίκην, οὓς δὲ καταπαύειν. Ηὔξηται δὲ νῦν καὶ ἡ τῆς μουσικῆς διαστροφὴ καὶ ἡ περὶ τὰς ἐσθήσεις καὶ ὑποδέσεις ἐπήκμασε πολυτέλεια. & medicamenta ſtimulantia.

Ὅμηρος δὲ, τὴν τοῦ μύρου φύσιν εἰδὼς, οὐκ εἰσήγαγε μύροις ἀλειφομένους τοὺς ἥρωας, πλὴν τὸν Πάριν· ἐν οἷς φησὶ „κάλλεϊ στίλβων·" ὡς καὶ Ἀφροδίτη κάλλει τὰ πρόσωπα καθαίρει. Ἀλλ' οὐδὲ στεφα- XXXIII. Nec unguentis utuntur, nec coronis.

mulandi vim habere ad frequentiorem coitum exiſtimant. Theophraſtus vero ait, eſſe medicamenta quaedam adeo venerem ſtimulantia, ut ad ſeptuageſimum coitum viri ſufficiant, ac ſanguis ad extremum excernatur. Scribitque Phylarchus, Sandrocottum, Indorum regem, Seleuco cum aliis donis medicamenta quaedam ſtimulantia miſiſſe, quae eam vim habebant, ut pedibus ſubdita coëuntium, in aliis impetum veneris, qualis in gallis eſt gallinaceis, excitarent, in aliis vero inhiberent. Increvit etiam noſtra aetate Muſices perverſus uſus: & circa veſtes & calceamenta profuſus ſumtus invaluit.

33. Homerus vero, unguenti naturam quidem non ignorans, neminem tamen ex heroibus unguentatum induxit, praeter Paridem; cum ait, *κάλλεϊ στίλβων, pulcritudine ſplendens;* [id eſt, *unguento, formae pulcritudinem conciliante;*] quemadmodum etiam *Venus κάλλει* (id eſt, *unguento*) *faciem formoſam reddit.* Sed nec coro-

νουμένους εἰσάγει. καί τοι τῷ ἐκ τῆς μεταφορᾶς ὁμοιώ- f
ματι σημαίνεται, ὅτι ᾔδει τον στέφανον. φησὶ γοῦν·

Νῆσος, ἣν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωτο.

καί·

Πάντη γάρ [σε πέρι] στέφανος πολέμοιο δεδῄει.[1]

Παρατηρητέον δὲ καὶ, ὅτι ἐν μὲν Ὀδυσσείᾳ ἀπονιζομένους τας χεῖρας ποιεῖ, πρὶν μεταλαβεῖν τροφῆς· ἐν Ἰλιαδι δὲ τοῦτο ποιοῦντας οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. σχολαζόντων γὰρ βίος ὁ ἐν Ὀδυσσείᾳ, καὶ διὰ τὴν εἰρήνην τρυφώντων· διὸ οἱ ἐνταῦθα ἐθεραπευον τὸ σῶμα διὰ λουτρῶν καὶ κατανιμμάτων. διὰ τοῦτο καὶ ἀστραγαλίζουσιν ἐν a
ταύτῃ τῇ πολιτείᾳ, καὶ ὀρχοῦνται, καὶ σφαιρίζουσιν. Ἡρόδοτος δὲ οὐ καλῶς εἰρηκεν, ἐπὶ Ἄτυος διὰ λιμὸν εὑρεθῆναι τὰς παιδιάς· πρεσβεύει γὰρ τοῖς χρόνοις τὰ ἡρωϊκά. οἱ δ' ἐν τῇ Ἰλιακῇ πολιτείᾳ μονονοὺ βοῶσι·

1 Rectius δέδηε apud Homer. & verſ. praec. ἐστεφάνωται.

natos facit; tametſi metaphorico verbi uſu, & ſimilitudine, qua utitur, oſtendat, non ignotum ſibi fuiſſe coronarum uſum. Dicit enim:

Inſula, quam circum pontus infinitus coronabat.

&:

Undique te circum corona belli flagrat.

Obſervandum vero eſt, quod in Odyſſea quidem *lavantes manus* facit priuſquam cibum capiant: in Iliade vero nuſquam id facientes inducit. Scilicet in Odyſſea otioſorum hominum vita eſt, & ob pacem deliciis indulgentium; itaque hic corpus lavando & abluendo curabant: ob eamdemque cauſſam, in illo vitae ſtatu, ſaltant etiam, & talis pilaque ludunt. Neque recte Herodotus dixit, Atye regnante ad fallendam famem inventos eſſe ludos: ſunt enim vetuſtiora heroum tempora. Sed, qui ad Ilium vitam agunt, modo non conſtanter clamant:

Κλῦθ', ἀλαλὰ, πολέμου θύγατερ,
ἐγχέων προοίμιον.

XXXIV. Artes ignobiliores in honore apud Graecos.

Ὅτι Ἀριστόνικον τὸν Καρύστιον, τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως συσφαιριστὴν, [1] Ἀθηναῖοι πολίτην ἐποίησαν διὰ τὴν τέχνην, καὶ ἀνδριάντα ἀνέστησαν. τὰς γὰρ
b βαναύσους τέχνας Ἕλληνες ὕστερον περὶ πλείστου μᾶλλον ἐποιοῦντο ἢ τὰς κατὰ παιδείαν γινομένας ἐπινοίας. Ἱστιαιεῖς οὖν καὶ Ὠρεῖται Θεοδώρου τοῦ ψηφοκλέπτου ἐν θεάτρῳ χαλκῆν εἰκόνα ἀνέθηκαν, ψῆφον κρατοῦσαν· ὡς δὲ αὐτὸς Μιλήσιοι, Ἀρχελάου τοῦ κιθαριστοῦ. ἐν δὲ Θήβαις, Πινδάρου μὲν οὐκ ἔστιν εἰκὼν, Κλέωνος δὲ τοῦ ᾠδοῦ, ἐφ' ἧς ἐπιγέγραπται·

Πυθέα υἱὸς ὅδ' ἐστὶ, Κλέων Θηβαῖος ἀοιδὸς,
ὃς πλείστους θνητῶν ἀμφέθετο στεφάνους
c κρατὸς ἐπὶ σφετέρου, καί οἱ κλέος οὐρανόμηκες.
Χαῖρε Κλέων, Θήβας πατρίδ' ἐπευκλείσας.

1 Vulgo σφαιριστήν.

Audi & ades, Alala, belli filia,
haſtarum prooemium.

34. Ariſtonicum Caryſtium, Alexandri regis in pilae ludo colluſorem, Athenienſes ob artis peritiam civitate donarunt, ſtatuamque ei erexerunt. Graeci enim ſequioris aevi manuarias artes multo pluris fecerunt, quam eruditorum ingeniorum inventa. Hiſtiaei & Oritae Theodori praeſtigiatoris aeneum ſignum in theatro poſuere, manu calculum tenens, quo in genere artem ſuam ille exercebat. Parem honorem Mileſii Archelao citharoedo habuere. Thebis nulla Pindari exſtat ſtatua, ſed Cleonis cantoris exſtat, hoc epigrammate:

Pytheae filius hic eſt, Cleon Thebanus cantor,
qui plurimas mortalium impoſuit coronas
capiti ſuo; cuius gloria tangit Olympum.
Salve, Cleon: Thebas patriam tu nobilitaſti.

Ὑπὸ τοῦτον [1] τὸν ἀνδριάντα, ὅτε Ἀλέξανδρος τὰς Θήβας κατέσκαπτε, φησὶ Πολέμων, Φεύγοντά τινα χρυσίον εἰς τὸ ἱμάτιον κοῖλον ὂν ἐνθέσθαι· καὶ, συνοικιζομένης τῆς πόλεως, ἐπανελθόντα εὑρεῖν τὸ χρυσίον μετὰ ἔτη τριάκοντα.[2] Ἡρόδοτος δὲ ὁ λογόμιμος, ὡς φησιν Ἡγήσανδρος, καὶ Ἀρχέλαος ὁ ὀρχηστὴς, παρὰ Ἀντιόχῳ τῷ βασιλεῖ μάλιστα ἐτιμῶντο τῶν φίλων. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ Ἀντίοχος, τοὺς Σωστράτου τοῦ αὐλητοῦ υἱεῖς σωματοφύλακας ἐπεποίητο. d

XXXV. Circulatores & praefligiatores.

Ἐθαυμάζετο δὲ παρ' Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις Ματρέας ὁ πλάνος,[3] ὁ Ἀλεξανδρεύς. ὃς ἔλεγε καὶ θηρίον τρέφειν, ὃ αὐτὸ ἑαυτὸ κατεσθίει· ὡς καὶ ζητεῖσθαι μέχρι νῦν, τὸ Ματρέου θηρίον τί ἔστιν. ἐποίησε δ' οὗτος καὶ παρὰ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας, καὶ ἀνεγίνωσκε δημοσίᾳ· Διὰ τί ὁ ἥλιος δύνει μὲν, κολυμβᾷ δ'

1 τούτου dant noſtri mss. 2 Forſ. εἴκοσι. 3 λαοπλάνος Suid.

Sub hac ſtatua, cum Alexander Thebas everteret, nonneminem, ait Polemo, priuſquam profugeret, aurum in pallii cavo abdidiſſe; dein, cum inſtauraretur civitas, reverſum eumdem reperiſſe aurum poſt annos triginta. Herodotus Logomimus, ut Hegeſander refert, & Archelaus ſaltator, apud Antiochum regem prae caeteris amicis maximo in honore fuerunt. Illius Antiochi pater, & ipſe Antiochus, Soſtrati tibicinis filios corporis ſui fecerat cuſtodes.

35. Cum Graeci, tum Romani, Matream Alexandrinum admirati ſunt, circulatorem: qui cum alia mira crepabat, tum, *nutrire ſe animal*, aiebat, *quod ipſum ſe comederet;* ut etiam nunc diſceptetur, quaenam fuerit illa Matreae beſtia. Idem Quaeſtiones ludicras compoſuit ad imitationem Problematum Ariſtotelis, quas publice recitare conſueverat; veluti: *Cur ſol oceanum*

οὔ; καὶ διὰ τί οἱ σπόγγοι συμπίνουσι μὲν, συγκωθω-
c νίζονται δ' οὔ; καὶ τὰ τετράδραχμα καταλλάττεται
μὲν, ὀργίζεται δ' οὔ; Ἀθηναῖοι δὲ Πυθείνῳ, τῷ νευρο-
σπάστῃ,[1] τὴν σκηνὴν ἔδωκαν, ἀφ' ἧς ἐνθουσίων οἱ περὶ
Εὐριπίδην. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Εὐρυκλείδην ἐν τῷ θεάτρῳ
ἀνέστησαν μετὰ τῶν περὶ Αἰσχύλον. ἐθαυμάζετο δὲ καὶ
Ξενοφῶν ὁ θαυματοποιὸς, ὃς μαθητὴν κατέλιπε Κρα-
τισθένη τὸν Φλιάσιον· ὃς πῦρ τε αὐτόματον ἐποίει ἀνα-
φύεσθαι, καὶ ἄλλα πολλὰ θαύματα ἐτεχνᾶτο, ἀφ'
ὧν ἐξίστα τῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν. Τοιοῦτος ἦν καὶ
f Νυμφόδωρος, ὁ θαυματοποιός· ὃς προσκρούσας Ῥη-
γίνοις, ὥς φησι Δοῦρις, εἰς δειλίαν αὐτοὺς ἔσκωψε
πρῶτος.[2] Εὔδικος δὲ ὁ γελωτοποιὸς ἡδοκίμει μιμού-
μενος παλαιστὰς καὶ πύκτας, ὥς φησιν Ἀριστόξενος.

1 νευροσπάστῃ ex coniect. correxi. Vulgo νευροσπάστῳ. 2 Mendi suspecta vox πρῶτος.

subeat, nec tamen urinetur? cur spongiae bibant quidem, nec vero compotent? cur denarius καταλλάττεται, (quod verbum & *commutari* significat, & *in gratiam redire*) *cum non iracatur?* Athenienses vero Pythino, qui imagunculas circumferebat funiculorum ope varios gestus motusque edentes, eamdem scenam permiserunt, e qua divino spiritu adflatus tragoedias suas edebat Euripides. Iidem Athenienses Euryclidi statuam in theatro iuxta Aeschyli statuam erexerunt. Admirati sunt etiam Xenophontem praestigiatorem, qui discipulum reliquit Cratisthenem Phliasium; qui sponte exoriri ignem faciebat, aliaque multa spectra artificioso invento ostendebat, quibus animi hominum percellebantur. Talis etiam Nymphodorus erat, praestigiator; qui, cum Rheginis esset offensus, ut Duris scribit, ignaviam illis cum risu primus exprobravit. Eudicus vero, festivus scurra, pugiles luctatoresque imitando inclaruit, ut refert Aristoxenus. Strato

Στράτων δ' ὁ Ταραντῖνος ἐθαυμάζετο, τοὺς διθυράμβους μιμούμενος· τὰς δὲ κιθαρῳδίας οἱ περὶ τὸν ἐξ Ἰταλίας Οἰνωνᾶν· ὃς καὶ Κύκλωπα εἰσήγαγε τερετίζοντα, καὶ ναυαγὸν Ὀδυσσέα σολοικίζοντα, ὁ αὐτὸς φησί. Διοπείθης δὲ ὁ Λοκρὸς, ὥς φησι Φανόδημος, παραγενόμενος εἰς Θήβας, καὶ ὑποζωννύμενος οἴνου κύστεις μεστὰς καὶ γάλακτος, καὶ ταύτας ἀποθλίβων, ἀνιμᾶν ἔλεγεν ἐκ τοῦ στόματος. Τοιαῦτα ποιῶν ηὐδοκίμει καὶ Νοήμων ὁ ἠ. . .[1] Ἔνδοξοι δ' ἦσαν καὶ παρ' Ἀλεξάνδρῳ θαυματοποιοὶ, Σκύμνος ὁ Ταραντῖνος, Φιλιστίδης ὁ Συρακούσιος, Ἡράκλειτος ὁ Μιτυληναῖος. γεγόνασι δὲ καὶ πλάνοι ἔνδοξοι, ὧν Κηφισόδωρος, καὶ Πανταλέων. Φιλίππου δὲ τοῦ γελωτοποιοῦ Ξενοφῶν μνημονεύει.

XXXVI. Ὅτι[2] οἰκουμένης δῆμον τὴν Ῥώμην φησί. λέγει δὲ

1 In uno codice est ηει..., in altero ηθαλῆ, aut aliquid simile, voce per compendium in fine scripta; nescio an Ἰθακήσιος. Desideratur tota ῥῆσις in edd. 2 Pro Ὅτι, Ὅρος dant codd. nostri; qui fortasse Ὅρα ὅτι debuerunt.

vero admirationem excitavit hominum, dithyrambos gesticulando; Oenonas in Italia, carmina ad citharae sonum cantata gesticulatione prosequendo; qui cum alia ludicra, tum Cyclopem induxit cantitantem, & naufragum Ulyssem soloece loquentem, ut idem refert auctor. Diopithes vero Locrus, ut ait Phanodemus, Thebis cum adesset, succinctus vesicas partim vino partim lacte repletas, his compressis, ex ore se liquorem haurire simulavit. Eodem nomine clarus fuit Noëmon, ... Erant etiam apud Alexandrum illustres eiusmodi miraculorum praestigiis, Scymnus Tarentinus, Philistides Syracusius, Heraclitus Mitylenaeus. Fuere & plani circulatoresque nobiles; in his Cephisodorus, & Pantaleon. Philippi vero, faceti scurrae, Xenophon facit mentionem.

36. *Orbis terrarum populum* Romam adpellat Athe-

καὶ, ὅτι οὐκ ἄν τις σκοπῶν πόρρω τοξεύων λέγοι [1] τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπιτομὴν τῆς οἰκουμένης· ἐν ᾗ συνιδεῖν ἐστιν οὕτως πάσας τὰς πόλεις ἱδρυμένας, καὶ κατ' ἰδίαν δὲ τὰς πολλὰς, ὡς Ἀλεξανδρέων μὲν τὴν χρυσῆν, Ἀντιοχέων δὲ τὴν καλὴν, Νικομηδέων δὲ τὴν περικαλλῆ, προσέτι τε τὴν λαμπροτάτην πόλεων πασῶν, ὁπόσας ὁ Ζεὺς ἀναφαίνει, τὰς Ἀθήνας λέγω. ἐπιλείποι δ' ἄν γε οὐχ ἡμέρα μία ἐξαριθμούμενον τὰς ἐν τῇ Ῥωμαίων οὐρανοπόλει Ῥώμῃ ἀριθμουμένας [2] πόλεις, ἀλλὰ πᾶσαι αἱ κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἀριθμούμεναι, διὰ τὸ πλῆθος. καὶ γὰρ ὅλα ἔθνη ἀθρόως αὐτόθι συνῴκισται, ὡς τὸ Καππαδοκῶν, καὶ Σκυθῶν, καὶ Ποντικῶν, καὶ ἄλλων πλειόνων. Οὗτοι οὖν πάντες, ὁ σύμπας δῆμος τῆς οἰκουμένης, τὸν ἐφ' ἡμῶν, φησὶ Φιλόσοφος, [3] ὀρχηστὴν, Μέμφιν ἐκάλεσαν· ἀπαρχαίζοντες

Roma, compendium orbis terrarum.

1 Vulgo τοξεύοι λέγων. 2 ἀθροισμένας vel συνηθροισμ. ſuſpicatus ſum. 3 φιλόσοφον ὀρχηστὴν vulgo.

naeus: aitque etiam, haud longe a ſcopo aberraturum, ſi quis *orbis terrarum epitomen* urbem Romanorum adpellaverit: in qua ſic videas (inquit) caeteras omnes urbes collocatas, (quarum etiam plurimas ſigillatim nominat,) ut & auream Alexandriam in ea ineſſe dicas, & pulcram Antiochiam, & perpulcram Nicomediam, & omnium urbium, quibus Iupiter illucet, ſplendidiſſimam, Athenas dico. Deficiat autem eum, qui omnes in hac una Romanorum Coeleſti civitate congregatas civitates enumerare velit, non una dies, ſed quotquot dies toto anno numerantur, propter multitudinem. Nam totis etiam populis ſedes in ea adſignatae ſunt, veluti Cappadocibus, Scythis, Ponticis populis, aliiſque multis. Hi igitur cuncti, univerſus populus Orbis terrarum, ſaltatorem, qui noſtra aetate exſtitit, inquit philoſophus, *Memphin* adpellarunt; motibus corporis, quos ille

τὴν διὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ κίνησιν τῇ τῶν πόλεων ἀρχαιοτέρᾳ καὶ βασιλικωτέρᾳ· περὶ ἧς Βακχυλίδης φησί·

Τὴν ἀχείμαντόν τε Μέμφιν, καὶ δονακώδεα Νεῖλον. d

Pythagorae philosophia.

Οὗτος τὴν Πυθαγόρειον Φιλοσοφίαν ἐπιδείκνυσιν ἥτις ἐστὶ, μετὰ σιωπῆς πάνθ' ἡμῖν ἐμφανίζων σαφέστερον, ἢ οἱ τὰς τῶν λόγων τέχνας ἐπαγγελλόμενοι διδάσκειν.

XXXVII.

Saltationis varii modi.

Τῆς δὲ κατὰ τοῦτον ὀρχήσεως τῆς τραγικῆς καλουμένης, πρῶτος εἰσηγητὴς γέγονε Βάθυλλος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ὃν φησι νομίμως ὀρχήσασθαι Σέλευκος. τοῦτον τὸν Βάθυλλον, φησὶν Ἀριστόνικος, καὶ Πυλάδην, οὗ ἐστι καὶ σύγγραμμα Περὶ Ὀρχήσεως, τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συστήσασθαι ἐκ τῆς κωμικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ, καὶ τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια, καὶ τῆς σατυρικῆς, ἣ ἐλέγετο σίκιννις· (διὸ καὶ οἱ σάτυροι e

peragere noverat, honorem tribuentes antiquitate nominis, ab urbe antiquissima maximeque regia repetiti; qua de urbe Bacchylides ait:

Nullis tempestatibus agitatam Memphin, Nilumque arundinosum.

Ostendit nobis Athenaeus, *Pythagorica philosophia* qualis sit; per silentium omnia manifestius nobis declarans, quam qui scientias artesque se docere profitentur.

37. *Tragicam*, quam vocant, *saltationem*, quae Athenaei aetate in usu fuit, primus introduxerat Bathyllus Alexandrinus; quem legitime saltasse ait Seleucus. Hunc Bathyllum, scribit Aristonicus, & Pyladem, cuius exstat etiam commentarius de Saltatione, Italicam saltationem composuisse ex comica, quae *Cordax* vocabatur, ex tragica, quae vocabatur *Emmelia*, & ex satyrica, quae *Sicinnis* adpellabatur; (unde & Satyri Si-

σικιννισταί·) ἧς εὑρετὴς Σίκιννός τις βάρβαρος, οἱ δὲ Κασὶν, ὅτι Κρὴς ἦν ὁ Σίκιννος. Ἦν δὲ ἡ Πυλάδου ὄρχησις ὀγκώδης, παθητικὴ τε καὶ πολύκοπος. ἡ δὲ Βαθύλλειος, ἱλαρωτέρα· καὶ γὰρ ὑπόρχημά τι τοῦτον διατίθεσθαι. Σοφοκλῆς δὲ, πρὸς τῷ καλὸς γεγενῆ- Sophocles faltans.
f σθαι τὴν ὥραν, ἣν καὶ ὀρχηστικὴν δεδιδαγμένος καὶ μουσικὴν, ἔτι παῖς ὢν, παρὰ Λάμπρῳ. μετὰ γοῦν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν περὶ τρόπαιον γυμνὸς ἀλληλιμμένος ἐχόρευσε μετὰ λύρας· οἱ δὲ ἐν ἱματίῳ φασί· καὶ τὸν Θάμυριν διδάσκων, αὐτὸς ἐκιθάρισεν· ἄκρως δὲ ἐσφαίρισεν, ὅτε τὴν Ναυσικάαν ἔθηκε. [1] Τῆς δὲ Μέμ- Socrates.
Φιδος ὀρχήσεως ἤρα καὶ Σωκράτης ὁ σοφός· καὶ πολλάκις καταλαμβανόμενος ὀρχούμενος, ὥς φησι Ξενο-
a φῶν, ἔλεγε τοῖς γνωρίμοις, παντὸς εἶναι μέλους τὴν ὄρχησιν γυμνάσιον. ἔσταττον γὰρ τὸ ὀρχεῖσθαι, ἐπὶ τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἐρεθίζεσθαι. Ἀνακρέων·

1 καθῆκε corrigit Cas. Si quid corrigendum, equidem διέθηκε legam.

cinniſtae;) cuius inventor Sicinnus quidam barbarus fuiſſe perhibetur, alii vero Cretenſem fuiſſe Sicinnum aiunt. Erat autem Pyladis ſaltatio pompoſa, pathetica, multumque triſtitiae habens: Bathyllea vero hilarior; is enim cum ſaltatione cantum etiam aliquatenus coniungit. Sophocles, cum formoſus eſſet & florente aetate, & a Lampro muſicam & ſaltandi artem puer adhuc didiciſſet, poſt navalem ad Salamina pugnam circa tropaeum ſaltavit cum lyra, nudus & unctus; ſive, ut alii aiunt, veſtitus. Idem, cum Thamyrin fabulam doceret, ipſe citharam pulſavit: & cum Nauſicaam ageret, pila luſit egregia arte. *Memphidem* ſaltationem amavit etiam ſapiens Socrates: quumque ſaltantem ſaepe deprehendiſſent amici, ut ait Xenophon, dicere ſolebat, eſſe ſaltationem membrorum omnium exercitationem. *Saltandi* enim verbo de quavis motione & concitatione corporis utebantur. Anacreon:

Καλλίκομοι κοῦραι Διὸς
ὠρχήσαντ' ἐλαφρῶς.

Ἴων·

Ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤρχησε Φρένας.

XXXVIII. Ἕρμιππος δέ φησι, Θεόφραστον παραγίνεσθαι εἰς τὸν περίπατον καθ' ὥραν λαμπρὸν καὶ ἐξησκημένον, εἶτα καθίσαντα διατίθεσθαι τὸν λόγον, οὐδεμιᾶς ἀπεχόμενον κινήσεως, οὐδὲ σχήματος ἑνός. καί ποτε ὀψοφάγον μιμούμενον, ἐξείραντα [1] τὴν γλῶσσαν, περιλείχειν τὰ χείλη.

Theophrastus gesticulatur. b

Decor in vestitu;

Ἔμελε δὲ αὐτοῖς [2] καὶ τοῦ κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἐσθῆτα· καὶ τοὺς μὴ τοῦτο ποιοῦντας ἔσκωπτον. Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ· „πάντα δυναμένου [3] ὀξέως τε καὶ τορῶς διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι [4] δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπιδέξια ἐλευθερίως, οὐδὲ ἁρμονίαν λόγων λα-

1 Vulgo omnes ἐξάραντα. 2 τοῖς φιλοσόφοις habet Suidas. 3 δυναμένου μὲν lego. 4 ἀναλαβέσθαι legit Suid.

Pulcricomae filiae Iovis
ſaltabant leviter.

Ion:

Re inſperata, magis exſultabat animo.

38. Hermippus vero ait, Theophraſtum in Peripato adeſſe ad horam ſolitum, nitido & exquiſito corporis cultu; cumque adſediſſet, orationem ita peregiſſe, ut ne ullo quidem corporis motu, nec ulla geſticulatione abſtineret. Itaque catillonem quum aliquando imitaretur, exſerta lingua circumlinxiſſe labia.

Curae vero etiam fuit veteribus, ut veſtem decenter colligerent: irridebantque eos, qui hoc negligebant. Plato in Theaeteto ingenium commemorat hominis, *qui miniſtrare quidem omnia promte ſciteque poteſt, ſed veſtiri rite, & ut liberum hominem decet, neſcit, neque verborum harmoniam*

βόντος ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων εὐδαιμόνων βίον." Σαπφὼ περὶ Ἀνδρομέδας σκώπτει·

c Τίς δ' ἀγριῶτις θέλγει νόον,
οὐκ ἐπισταμένη τὰ βράκεα
ἕλκειν ἐπὶ σφυρῶν;

Φιλέταιρος· „Ἀμφὶ [1] στέρνοις φᾶρος οὐ καθήσεις, τάλαν· μήδ' ἀγροίκως ἄνω γόνατος ἀμφέξει;" Ἑρμιππος δέ φησι, Θεόκριτον τὸν Χῖον ὡς ἀπαίδευτον [2] μέμφεσθαι τὴν Ἀναξιμένους περιβολήν. Καλλίστρατός τε ὁ Ἀριστοφάνειος Ἀρίσταρχον ἐν συγγράμματι κακῶς εἰρηκεν ἐπὶ τῷ μὴ εὐρύθμως ἀμπέχεσθαι, σφόδρα τι καὶ τοῦ τοιούτου πρὸς παιδείας ἐξέτασιν. διὸ καὶ Ἄλεξις φησί·

d Ἐν γὰρ νομίζω τοῦτο τῶν ἀνελευθέρων εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀρρύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς, & in inceſſu.

1 Al. ἀμφίβαλλε στέρνοις φάρος· οὐ καθ. 2 ἀπαιδεύτου voluit Caſ.

callet, qua Deorum & beatorum hominum vitam recte canere poſſit. Sappho Andromedam his verbis deridet:

Quaenam ruſtica mentem demulcet tuam,
quae neſcit veſtem
ad talos trahere?

Philetaerus: *Ne infra pectus pallium demittas, miſer: nec ſupra genu adducas, ruſticorum modo.* Hermippus ſcribit, a Theocrito Chio, ut illiberalem, reprehenſum fuiſſe Anaximenis veſtitum. Et Calliſtratus Ariſtophaneus in ſcripto quodam maledictis inceſſit Ariſtarchum, quod parum concinne veſtitus eſſet, cum & ea res nonnihil momenti conferat ad iudicandum ingenii cultum. Quare Alexis ait:

Illiberalis eſſe ingenii exiſtimo
ire incompoſite atque indecore per viam,

ἐξὸν καλῶς. οὗ μήτε πράττεται τέλος
μηδείς ποτ' ἡμᾶς· μήτε δι' ἑτέρων λαβεῖν,
τιμὴν διδόντα. [1] Φέρει δὲ τοῖς μὲν χρωμένοις
δόξης τιν' ὄγκον, τοῖς δ' ὁρῶσιν ἡδονὴν,
κόσμον δὲ τῷ βίῳ. Τὸ τοιοῦτον γέρας
τίς οὐκ ἂν αὐτῷ κτῷτο, Φάσκων νοῦν ἔχειν;

XXXIX. Καὶ Αἰσχύλος δὲ οὐ μόνον ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν καὶ σεμνότητα, ἣν ζηλώσαντες οἱ ἱεροΦάν- e
Aeſchylus ſaltandi magiſter. ται καὶ δαδοῦχοι ἀμΦιέννυνται· ἀλλὰ καὶ πολλὰ σχήματα ὀρχηστικὰ αὐτὸς ἐξευρίσκων, ἀνεδίδου τοῖς χορευταῖς. Χαμαιλέων γοῦν πρῶτον αὐτόν Φησι σχηματίσαι τοὺς χορούς, ὀρχηστοδιδασκάλοις οὐ χρησάμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τοῖς χοροῖς τὰ σχήματα ποιοῦντα τῶν ὀρχήσεων· καὶ ὅλως πᾶσαν τὴν τῆς τραγῳδίας οἰκονομίαν εἰς ἑαυτὸν περιῆττᾶν. ὑπεκρίνετο γοῦν μετὰ τοῦ εἰκότος τὰ δράματα. Ἀριστοφάνης γοῦν (παρὰ δὲ

1 Dubia verſuum ſcriptura; cuius de varietate Notas conſule.

quando ire placide liceat, nec quiſquam exigat vectigal, ſed tu tibimet abſque impendio praeſtare id poſſis. Recto in inceſſu ſita eſt vis magna decoris, voluptas adſpectantibus, vitae ornamentum. Tanta quis non praemia ſibi concupiſcat, mentis ſit compos ſuae!

39. Aeſchylus vero etiam non modo ſtolae decus gravitatemque invenit, quam aemulati ſacerdotes, & qui in ſacris faces geſtant, induuntur; ſed & multos ſaltatorios geſtus, a ſe inventos, chori perſonis tradidit. Chamaeleon quidem ſcribit, primum ipſum formaſſe choros, nullis utentem ſaltationum magiſtris, & figuras motuum ipſum choro praeſcribentem; omninoque univerſam tragoediae adminiſtrationem in ſe ipſum recepiſſe. Agebat ſane & ipſe percommode ſuas fabulas. Itaque Ariſto-

f τοῖς κωμικοῖς ἡ περὶ τῶν τραγικῶν ἀπόκειται πίστις) πειεῖ αὐτὸν τὸν Αἰσχύλον λέγοντα· „Τοῖσι χοροῖς αὐτὸς τὰ σχήματα ἐποίουν.“ καὶ πάλιν· „Τοὺς Φρύγας οἶδα [1] θεωρῶν, ὅτε τῷ Πριάμῳ συλλυσόμενοι τὸν παῖδα ἦλθον τεθνεῶτα, πολλὰ τοιαυτὶ καὶ τοιαυτὶ καὶ δεῦρο σχηματίσαντας.“ Καὶ Τέλεσις δὲ, ἢ Τελέστης, [2] ὁ ὀρχηστοδιδάσκαλος πολλὰ ἐξεύρηκε σχήματα, ἄκρως ταῖς χερσὶ τὰ λεγόμενα δεικνυούσαις. Φίλλις ὁ Δήλιος, μουσικὸς, τοὺς ἀρχαίους φησὶ κιθαρῳδοὺς κινήσεις ἀπὸ μὲν τοῦ προσώπου μικρὰς φέρειν, ἀπὸ ποδῶν δὲ πλείους, ἐμβατηρίους καὶ χορευτικάς. [3] Ἀριστοκλῆς γοῦν φησιν, ὅτι Τελέστης ὁ Αἰσχύλου ὀρχηστὴς οὕτως ἦν τεχνίτης, ὥς τε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τοὺς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως. Φασὶ δὲ καὶ ὅτι οἱ ἀρχαῖοι a

Alii periti saltatores.

1 οἶσθα corrigit Caſaub. 2 Forſ. Καὶ Τελεσίας δὲ, deletis verbis ἢ Τελέστης. 3 Deeſt tota praecedens φησὶ edd.

phanes (Comicorum autem de Tragicis teſtimonio fides fuerit adhibenda) haec dicentem Aeſchylum inducit: *Choris ego ipſe motuum praeſcripſi formas.* Tum rurſus ait: *Memini, Phrygas quum ſpectarem, cum Priamo venientes mortuum filium redemturos, quam multos tales taleſque huc atque illuc motus geſtuſque peregerint.* Porro & Teleſias, [ſive Teleſis, aut Teleſtes,] ſaltandi magiſter, multos ſaltatorum geſtus invenit, manibus perfectiſſime ea quae dicebantur demonſtrantibus. Phillis Delius, muſicus, veteres citharoedos, ait, vultum quidem parum moviſſe, pedibus vero multos peregiſſe motus, proceſſionem militarem imitantes & ſaltatarios. Ariſtocles quidem ait, Teleſtem, Aeſchyli ſaltatorem, artem illam ſic calluiſſe, ut, cum ſaltaret Septem duces ad Thebas, res ab his geſtas ſaltationis geſtibus evidenter oculis ſubiecerit.

ποιηταὶ, Θέσπις,[1] Πρατίνας, Καρκίνος, Φρύνιχος, ὀρχηστικοὶ ἐκαλοῦντο, διὰ τὸ μὴ μόνον τὰ ἑαυτῶν δράματα ἀναφέρειν εἰς ὄρχησιν τοῦ χοροῦ, ἀλλὰ καὶ ἔξω τῶν ἰδίων ποιημάτων διδάσκειν τοὺς βουλομένους ὀρχεῖσθαι. Μεθύων δὲ ἐποίει τὰς τραγῳδίας Αἰσχύλος, ὡς φησι Χαμαιλέων. Σοφοκλῆς οὖν ὠνείδιζεν αὐτῷ, ὅτι, εἰ καὶ τὰ δέοντα ποιεῖ, ἀλλ' οὐκ εἰδώς γε. b

XL. Ὀρχήσεις δὲ ἐθνικαὶ αἵδε· Λακωνικαὶ, Τροιζηνικαὶ, Ἐπιζεφύριοι, Κρητικαὶ, Ἰωνικαὶ, Μαντινιακαὶ, ἃς προκρίνει Ἀριστόξενος διὰ τὴν τῶν χειρῶν κίνησιν. Οὕτως δ' ἦν ἔνδοξον καὶ σοφὸν ἡ ὄρχησις, ὡς τε Πίνδαρος τὸν Ἀπόλλω ὀρχηστὴν καλεῖ·

Saltandi ars illustris.

Ὀρχηστὰ, ἀγλαΐας ἀνάσσων,
εὐρυφάρετρ' Ἄπολλον.

1 Vulgo Θεσπίας· & mox Κρατῖνος pro Καρκίνος.

Dicunt etiam, poëtas veteres, Thespin, Pratinam, Carcinum, Phrynichum, *orchestlicos* (id est, *saltatorios*) fuisse adpellatos, quod non modo fabulas suas saltationibus chori adcommodaverint, verum etiam praeter suarum fabularum actionem docuerint saltandi artem, si quis eam addiscere voluisset. Vinosus vero tragoedias suas scribebat Aeschylus, ut refert Chamaeleon. Itaque ei Sophocles obiicere solebat, *etiam ubi recte ille faceret, tamen inscientem facere.*

40. Sunt vero saltationes quaedam certis gentibus propriae: ut Laconicae, Troezenicae, Epizephyriae, Creticae, Ionicae, Mantiniacae, quas ob manuum gestus Aristoxenus praefert omnibus. Erat autem saltandi peritia tam illustris, tamque digna habebatur sapiente viro, ut Apollinem Pindarus *saltatorem* nominaverit:

Saltator, splendoris rex,
lata pharetra instructe Apollo.

Καὶ Ὅμηρος δὲ, ἢ τῶν Ὁμηριδῶν τις, ἐν τοῖς εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνοις φησίν·

— — — Ἀπόλλων,
Φόρμιγγ' ἐν χείρεσσιν ἔχων, χάριεν κιθάριζε,
c *καλὰ καὶ ὕψι βιβάς.* — —

Εὔμηλος δὲ, ἢ Ἀρκτῖνος ὁ Κορίνθιος, [1] τὸν Δία ὀρχούμενόν που παράγει, λέγων·

Μέσσοισιν δ' ὠρχεῖτο πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Θεόφραστος δὲ πρῶτόν φησιν Ἀνδρωνα τὸν Κατανaῖον, αὐλητὴν, κινήσεις καὶ ῥυθμοὺς ποιῆσαι τῷ σώματι, αὐλοῦντα· ὅθεν σικελίζειν, τὸ ὀρχεῖσθαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς· μεθ' ὃν Κλεόφαντον [2] Θηβαῖον. Ὀρχησταὶ δὲ ἔνδοξοι· Βολβὸς μὲν, παρὰ Κρατίνῳ καὶ Καλλίᾳ· Ζήνων δὲ, ὁ Κρὴς, ὁ πάνυ Ἀρταξέρξῃ προσφι-
d λέστατος, παρὰ Κτησίᾳ. Ἀλέξανδρος δὲ, ἐν τῇ πρὸς

1 Transpositis verbis lego Εὔμηλος δ' ὁ Κορίνθιος, ἢ Ἀρκτῖνος.
2 Κλεόλαντον dant noſtri codices.

Atque etiam Homerus, ſive Homeridarum aliquis, in Hymnis in Apollinem ait:

— — — *Apollo,*
qui tractas manibus citharam, nunc dulce ferito,
altius incedens & pulcrius.

Eumelus vero Corinthius, aut Arctinus, ſaltantem alicubi inducit Iovem, dicens:

Saltat & in mediis hominum pater atque Deorum.

Theophraſtus ſcribit, primum Andronem Catanenſem, tibicinem, cum tibia caneret, corporis motus aptos & concinnos addidiſſe: indeque verbum σικελίζειν (quaſi *ſicilizare* dicas) pro *ſaltare* uſurpaſſe veteres. Poſt eum, idem feciſſe Cleophantum Thebanum. Saltatores celebres ſunt: Bulbus, apud Cratinum & Calliam; Zeno Cretenſis, Artaxerxi chariſſimus, apud Cteſiam. Ale-

Φιλόξενον ἐπιστολῇ, μέμνηται Θεοδώρου καὶ Χρυσίππου.

XLI. Ὅτι τὸ Μουσεῖον ὁ Φλιάσιος Τίμων, ὁ σιλλογράφος, τάλαρόν που φησὶν, ἐπισκώπτων τοὺς ἐν αὐτῷ τρεφομένους φιλοσόφους, ὅτι ὥσπερ ἐν πανάγρῳ τινὶ σιτοῦνται, καθάπερ οἱ πολυτιμότατοι ὄρνιθες.

Μuſeum.

Πολλοὶ μὲν βόσκονται ἐν Αἰγύπτῳ πολυφύλῳ
βιβλιακοὶ χαρακεῖται, ἀπείρητα δηριόωντες
Μουσέων ἐν ταλάρῳ.

* * ἕως ἂν τῆς λογοδιαῤῥοίας ἀπαλλαγῶσιν οὗτοι οἱ τραπεζορήτορες, οἱ ὑπὸ γλωσσαλγίας ἐπιλελῆσθαί μοι δοκοῦσι καὶ τοῦ Πυθικοῦ χρησμοῦ, ὃν ἀναγράφει Χαμαιλέων·

Bacchus medicus.

Εἴκοσι τὰς πρὸ κυνὸς, καὶ εἴκοσι τὰς μετέπειτα,
οἴκῳ ἐνὶ σκιερῷ Διονύσῳ χρᾶσθαι ἰητρῷ.

Καὶ Μνησίθεος δὲ Ἀθηναῖος, Διόνυσον ἰατρὸν, φησὶ,

xander vero, in Epiſtola ad Philoxenum, meminit Theodori & Chryſippi.

41. Muſeum Timon Phliaſius, ſillographus, *caveam* alicubi nominat, philoſophos ridens qui in eo aluntur; quod ibi, veluti aves maximi pretii, in ampla quadam cavea paſcantur:

Permulti paſcuntur in Aegypto populoſa,
vallati libris, ac ſemper digladiantes,
Muſarum in cavea.

* * donec verborum fluxu liberati fuerint hi menſarii rhetores, qui prae linguae morbo obliti mihi etiam Pythici oraculi videntur, quod Chamaeleon literis mandavit:

Viginti ante canem, ac totidem poſt inde diebus,
aedibus umbroſis tectus, medico utere Baccho.

Scribit vero etiam Mneſitheus Athenienſis, Pythiae re-

τὴν Πυθίαν χρῆσαι τιμᾶν Ἀθηναίοις. φησὶ δὲ καὶ Ἀλκαῖος, ὁ Μιτυληναῖος ποιητής·

Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται·
f ἁ δ' ὥρα χαλεπά· [1] πάντα δὲ διψᾷ ὑπὸ καύματος.

καὶ ἀλλαχοῦ·

Πίνωμεν, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

Εὔπολίς τε, τὸν Καλλίαν, φησὶ, ἀναγκάζεσθαι ὑπὸ Πρωταγόρου πίνειν· „ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμονα ἔκλυτον [2] Ὀρῇ.“ Ἡμῖν δ' οὐ μόνον ὁ πνεύμων ἀπεξήρανται, κινδυνεύει δὲ καὶ ἡ καρδία. καί τοι Ἀντιφάνης λέγει·

— — Α. Τὸ δὲ
ζῆν, εἰπέ μοι, τί ἐστί; Β. Τὸ πίνειν, φημ' ἐγώ.
a Ὁρᾷς, παραὶ ῥείθροισι χειμάρροις ὅσα
δένδρων ἀεὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν
βρέχεται, μέγεθος καὶ κάλλος οἷα γίνεται·

1 Rectius alibi, ἁ δ' ὥρα χαλεπά. 2 ἔκλυρον corrigunt viri docti ex Plutarch.

ſponſo iuſſos eſſe Athenienſes, *Bacchum medicum colere.* Et Alcaeus, Mitylenaeus poëta, ait:

Vino pulmonem riga; oritur canicula:
grave tempus; ſitiunt omnia, aeſtu torrida.

Et alibi:

Potemus! orta eſt ſicca canicula.

Aitque Eupolis, a Protagora Calliam coactum fuiſſe bibere, *ut ante exortum caniculae dilutum pulmonem haberet.* At nobis non modo pulmo exaruit, verum etiam propemodum cor ipſum. Quamquam Antiphanes ait:

A. Vivere, dic mihi, quid eſt? B. Bibere; aio equidem.
Vides, ad torrentium fluenta quotquot
arbores noctu ſemper & interdiu
irrigantur, qua ſint magnitudine ac pulcritudine.

τὰ δ' ἀντιτείνονθ', οἱονεὶ δίψαν τινὰ
ἢ ξηρασίαν ἔχοντ',[1] αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.

Οὕτω τούτοις, ὅησὶ, κυνολογήσασιν, ἐδόθη πιεῖν. Εἴρηται δὲ τὸ βρέχειν καὶ ἐπὶ τοῦ πίνειν. Ἀντιφάνης·

Δεῖ γὰρ φαγόντας δαψιλῶς, βρέχειν. —

Εὔβουλος·

— — — Α. Σίκων ἐγὼ,
βεβρεγμένος ἥκω καὶ κεκωθωνισμένος.
Β. Πέπωκας οὗτος; Α. Ἐγὼ πέπωκα, μὰ τὸν Δία b
Μενδαῖον.[2]

XLII. Verba: Ἀναπίπτειν, ἀναχεῖσθαι, καταχεῖσθαι.

Ὅτι τὸ ἀναπίπτειν, κυρίως ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν, οἷον ἀθυμεῖν, ὀλιγωρεῖν. Θουκυδίδης πρώτῃ· „Νικώμενοι, ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτουσι." Κρατῖνος δ' ἐπὶ ἐρετῶν χρᾶται τῇ λέξει·

Ῥοδίαζε, καὶνάπιπτε. — —

1 Forſ. σχόντ'. 2 Vulgo πέπωκ' ἐγὼ μὰ Δία τὸν Μενδαῖον.

quae vero contraria occupant loca, veluti ſiti
& exſiccatione laborantes, pereunt radicitus.

Ita his, inquit, de canicula diſputantibus, datum eſt quod biberent. Uſurpatur vero etiam verbum βρέχειν (id eſt, *rigare*, *madefacere*) pro *bibere*. Antiphanes:

Qui ſtrenue comedit, rigare hunc oportet.

Eubulus:

— — — A. *Sicon ego*
rigatus venio, & probe poculatus.
B. *Heus tu, bibiſti?* A. *Bibi equidem, per Iovem*
Mendaeum.

42. Verbum ἀναπίπτειν (id eſt, *concidere*, *recidere*) proprie ad animum refertur, valetque *animo concidere*, *curam rerum abiicere*. Thucydides libro primo: „*Victi*, *paullulum admodum concidunt*;" id eſt, *animum deſpondent*. Cratinus vero de remigibus utitur eodem verbo: *Fluctibus obnitere valide*, *& recide*; (id eſt, *adducto remo te reſupina*.) Item Xe-

καὶ Ξενοφῶν ἐν Οἰκονομικῷ· „Διατί ἄλυποι ἀλλήλοις εἰσὶν οἱ ἐρέται, ἢ ὅτι ἐν τάξει μὲν κάθηνται, ἐν τάξει δὲ προνεύουσιν, ἐν τάξει δὲ ἀναπίπτουσιν;“ Ἀνακεῖσθαι δὲ φαμὲν ἐπὶ ἀνδριάντος. ὅθεν τοὺς ἐπὶ κατακειμένων χρωμένους τῇ λέξει, διέσυρον. Δίφιλος· „Ἐγὼ δ' ἕως μέν τινος ἀνεκείμην.“ πρὸς ὃν δυσχεραίνων ὁ ἑταῖρος, φησίν· „Ἀνάκεισο.“ Φιλιππίδης· „καὶ δειπνῶν ἀεὶ ἀνακείμενος παρ' αὐτόν.“ καὶ ἐπάγει· „Πότερον ἀνδριάντα εἰστία;“ Κατακεῖσθαι δὲ λέγεται καὶ κατακεκλῖσθαι, ἐπὶ τῆς τραπέζης· [1] ὡς ἐν Συμποσίοις Ξενοφῶν καὶ Πλάτων. Ἄλεξις·

Ὡς ἔστι, κατακεῖσθαι πρὸ δείπνου, συμφορά.
οὔτε γὰρ ὕπνος δήπουθεν οὐδεὶς' ἂν λάβοι·
d οὔθ', ἂν λέγῃ τις, οὐδαμῶς μάθοιμεν ἄν·
ὁ νοῦς γάρ ἐστι τῆς τραπέζης πλησίον.

1 Tria verba ἐπὶ τῆς τραπ. dedit Suidas.

nophon, in Oeconomico: *Cur remiges ſibi invicem non ſunt moleſti? niſi quod ordine ſedent, rato item ordine in remos incumbunt, rurſuſque ordine recidunt*, ſive *reclinant*. Verbo ἀνακεῖσθαι vero (id eſt, *poſitum, collocatum eſſe*) de ſtatua utimur. Quare ridebant hos, qui idem verbum de *adcumbentibus ad menſam* uſurpabant. Diphilus: *Ego aliquantisper ἀνεκείμην.* (*Adcubui* dicere voluerat.) Cui alter offenſus reſpondet: Ἀνάκεισο. (id eſt, *Sis ſtatua, per me licet.*) Philippides: *Et in coena ſemper ἀνακείμενος iuxta illum.* Cui alter: *An ergo ſtatuam ille coena excepit?* Sed κατακεῖσθαι etiam idem valet ac *adcumbere*, ubi de menſa agitur. Sic uſurpant Xenophon & Plato, in Conviviis. Sic & Alexis:

Quam miſera res eſt, ante coenam κατακεῖσθαι, adcumbere!
nam nec interea ſomnus cuiquam obrepſerit,
nec, ſi quid dicat aliquis, quidquam intelligas;
adeo occupatus animus patinis imminet.

Ἔστι δὲ εὑρεῖν καὶ ἐπὶ τῆς ἐννοίας ταύτης σπανίως τὸ ἀνακεῖσθαι. Σάτυρος παρὰ Σοφοκλεῖ τοῦτο φησίν·

Ἐπικαιόμενος, τῷ Ἡρακλεῖ ἀνακειμένῳ
μέσον εἰς τὸν αὐχέν' εἰσαλοίμην. —

Ἀριστοτέλης, ἐν Τυρρηνῶν Νομίμοις· „Οἱ δὲ Τυρρηνοὶ δειπνοῦσι, μετὰ τῶν γυναικῶν ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ.“ Θεόπομπος·

— — — Μετὰ ταῦτ' ἐπίνομεν, e
κατακείμενοι μαλακώτατ' ἐπὶ τρικλινίῳ,
Τελαμῶνος οἱμώζοντες ἀλλήλοις μέλη.

Φιλωνίδης·

Κατάκειμαι, ὡς ὁρᾶτε, δεκάπαλαι. —

Εὐριπίδης, Κύκλωπι·

Ἀνέπεσε, Θάρυγγος αἰθέρ' ἐξανιεὶς βαρύν.

Ἄλεξις· „Μετὰ ταῦτ' ἀναπεσεῖν ἐκέλευον αὐτὴν παρ' ἐμέ.“

Reperitur tamen etiam eadem notione, ſed raro id quidem, verbum ἀνακεῖσθαι. Satyrus apud Sophoclem:

Ignem ſi concipiam, Herculi adcumbenti (ἀνακειμένῳ) mediam in cervicem inſiluerim.

Ariſtoteles, in Etruſcorum Inſtitutis: *Coenant Etruſci, cum uxoribus ſub eadem veſte ſtragula (ἀνακείμενοι) adcumbentes.* At Theopompus, [rurſus verbo κατακεῖσθαι utitur, cum ait:]

— — — Dein potavimus,
decumbentes molliſſimo in triclinio,
Telamonis cantica viciſſim ingementes.

Philonides:

Iam pridem, ut videtis, (κατάκειμαι) decumbo.

Euripides, Cyclope:

Recubuit, (ἀνέπεσε,) faucibus aërem emittens gravem.

Alexis: *Poſthaec illam adcumbere (ἀναπεσεῖν) iuxta me iuſſi.*

XLIII. Verbum Πάσασθαι.

Ὅτι τὸ πάσασθαι ἐπὶ τοῦ ἀπογεύσασθαι τίθεται. Φησὶ γοῦν Φοίνιξ πρὸς Ἀχιλλέα·

f Οὐκ ἔθελες ἅμ' ἄλλῳ ἐνὶ μεγάροισι πάσασθαι.

καὶ ἀλλαχοῦ·

Εὖθ' οἱ σπλάγχν' ἐπάσαντο.

τῶν γὰρ σπλάγχνων ἀπογεύονται μόνον, [1] ὡς ἂν ὀλίγων πολὺς ὅμιλος. καὶ ὁ Πρίαμος δὲ πρὸς Ἀχιλλέα φησί·

a Νῦν δὴ καὶ σίτου πασάμην.

οἰκεῖον γὰρ τοῦ τηνικάδε ἀτυχήσαντος, ἀπογεύσασθαι μόνον· εἰς κόρον γὰρ ἐλθεῖν οὐκ εἶα τὸ πένθος. διὸ καὶ ὁ τὸ σύνολον οὐ γευσάμενος τροφῆς, κεῖται „ἄσιτος, ἄπαστος." Ἐπὶ δὲ τῶν ἀποπληρουμένων οὐδέ ποτε λέγει τὸ πάσασθαι, ἀλλ' ὁπόσα δηλοῖ κόρον·

Αὐτὰρ ἐπεὶ σίτου τάρφθεν. —

1 μόναν vulgo.

43. Verbo πάσασθαι uſi ſunt veteres pro *guſtare*. Phoenix quidem, Achillem compellans, ait:

Nolebas cum quoquam alio domi (πάσασθαι) *guſtare quidquam.*

Et alibi ait poëta:

Illi quum viſcera (ἐπάσαντο) *guſtaſſent.*

Nam viſcera, quippe quae pauca ſunt, numeroſa adſtantium turba *deguſtat* ſolummodo. Priamus etiam, Achillem adloquens, ait:

Nunc tandem etiam cibum guſtavi. (πασάμην.)

Conſentaneum enim eſt, ut, qui in calamitate tunc erat, *deguſtaret* ſolummodo: nam ad ſatietatem comedere non patiebatur luctus. Itaque is, qui cibum omnino non guſtavit, iacet ἄσιτος, ἄπαστος. De his autem, qui cibo ſe implent, numquam verbo πάσασθαι utitur poëta; ſed iis utitur verbis, quae ſatietatem ſignificant:

Caeterum poſtquam cibo ſunt oblectati;

καί·

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο.

Οἱ δὲ νεώτεροι καὶ ἐπὶ τοῦ πληρωθῆναι τιθέασι τὸ πάσασθαι. Καλλίμαχος·

— — — Θύμου[1] δὲ πασαίμην b

ἥδιον. — — —

Ἐρατοσθένης·

— — — Ὀπταλέα κρέα

ἐκ τέφρης ἐπάσαντο, τά τ' ἀγρώσσοντες ἔλοντο.

XLIV. Alia disputatio de ritibus Homericis.

„Ποτικολλῶν ἅτε ξύλον παρὰ ξύλῳ·" φησὶν ὁ Θηβαῖος μελοποιός.

Ὅτι Σέλευκός φησι, τὴν παρ' Ὁμήρῳ δαῖτα θάλειαν, στοιχείων μεταθέσει δίαιταν εἶναι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ δαίσασθαι λέγειν, βιαιότερον ἔστι.

Ὅτι Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἱστορεῖ, τὰς Κερκυραίας γυναῖκας ἔτι καὶ νῦν σφαιριζούσας ᾄδειν.[2] Σφαιρίζουσι δὲ παρ' Ὁμήρῳ οὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ

1 Vulgo Μύθου. 2 Desiderantur in edd. ista ex Carystio.

&:

Postquam potus cibique desiderium explerunt.

Posteriores vero de pleniore etiam cibo πάσασθαι usurpant. Callimachus: *Thymo me malim satiari* (πασαίμην.) Eratosthenes: *Assas carnes ex cinere devorarunt,* (ἐπάσαντο) *quas venando ceperant.*

44. *Veluti lignum ligno adglutinans*, ait Thebanus cantor.

Seleucus ait, quam Homerus δαῖτα θάλειαν dicit, eam transpositis literis δίαιταν esse: nam a verbo δαίσασθαι repetere, nimis violentum esse putat.

Carystius Pergamenus narrat, Corcyraeas mulieres etiam nunc pila ludentes canere. Apud Homerum quidem non modo viri pila ludunt, sed & mulieres. Tum

καὶ γυναῖκες. Καὶ δίσκοις δὲ, καὶ ἀκοντίοις μετά τινος συμμετρίας ἐχρῶντο·

c Δίσκοισιν τέρποντο καὶ αἰγανέῃσιν ἱέντες.

τὸ γὰρ τερπνὸν, τὴν κακοπάθειαν κουφίζει. Καὶ ἐπὶ Venatio.
κυνηγεσίᾳ δὲ ἐξιᾶσιν οἱ νέοι, πρὸς μελέτην τῶν πολεμικῶν κινδύνων, καὶ ἐπὶ θήρας παντοίας· ἀφ' ὧν ῥωμαλεώτεροι καὶ ὑγιεινότεροι διετέλουν· „ὡς ὅτε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύνουσι, καὶ ἀντίον ἱστάμενοι ἀκοντίζουσιν." Ἴασι δὲ καὶ λουτρὰ, ἄκη πόνων, Lavacra.
παντοῖα·[1] κόπον μὲν θαλάττῃ λύοντες,[2] ἡ μάλιστα τοῖς νεύροις ἐστὶ πρόσφορος· ἀναχαλῶντες δὲ ταῖς ἐμ-
d βάσεσι τὰς τῶν μυῶν συντάσεις, εἶτ' ἐπαλείφοντες λίπα, πρὸς τὸ μὴ ξηρανθέντος τοῦ ὕδατος ἀπεσκληρυμμένα γίνεσθαι τὰ σώματα. οἱ γοῦν ἀπὸ τῆς σκοπιῆς ἐπανελθόντες „ἱδρῷ πολλὸν ἀπενίζοντο θαλάσσῃ, κνήμας, ἠδὲ λόφον, ἀμφί τε μηρούς." καὶ οὕτως „ἀνα-

1 παντοίων ed. Casaub. 2 λούοντες codd. nostri.

vero & discis & iaculis concinna quadam ratione utebantur:

Cum discos, tum hastas proiiciendo, delectabantur.

Delectatio enim molestiam levat. Atque etiam Venatum exeunt iuvenes, tamquam ad meditationem periculorum in bello subeundorum; & quidem ad omnis generis venationes: unde robustiores & saniores fiebant. *Ut quum quadrato agmine sese instruunt, & ex adverso stantes iaculantur.* Noverunt vero etiam Lavacra, laborum remedia; & quidem varia lavandi genera. Lassitudinem enim mari abluebant, quod maxime nervis conducit; in foliis vero balnearibus musculorum nimiam intentionem laxabant; tum ungebantur pinguedine, ne desiccata aqua nimis obdurarentur corpora. Sic sane *reversi exploratores sudorem multum abluerunt mari, cruraque, & cervicem, & cir-*

ψύξαντες, ἐς ἀσαμίνθους βάντες εὐξέστας, λούσαντο· καὶ ἀλειψάμενοι λίπ' ἐλαίῳ, δείπνῳ ἐφιζανέτην." Ἔστι καὶ τρόπος ἕτερος καμάτων λύσεως, ἐκ τῶν κατὰ κεφαλῆς καταιονήσεων·

Θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων.

Αἱ γὰρ ἐμβάσεις, περικεχυμένου πανταχόθεν τοῖς e πόροις τοῦ ὕδατος, φράττουσι τὴν τῶν ἱδρώτων ἔκκρισιν, καθάπερ ἂν εἴ τις ἠθμὸς εἰς ὕδωρ βληθείη· διέξεισι γὰρ οὐδέν, ἢν μή τις [1] αὐτὸν μετεωρίσας τοῖς πόροις ἀναψυχὴν καὶ διέξοδον εἰς τὸ ἔξω παράσχῃ· ὡς Ἀριστοτέλης εἴρηκεν ἐν τοῖς Φυσικοῖς Προβλήμασι, ζητῶν, Διατί οἱ ἱδροῦντες, ἐπὰν ἔλθωσιν εἰς θερμὸν ἢ ψυχρὸν ὕδωρ, οὐκ ἔτι ἱδροῦσιν, ἕως πάλιν ἐπανέλθωσιν ἀπὸ τῶν ἐμβάσεων.

XLV. Παρετίθετο δὲ τοῖς ἥρωσι δειπνοῦσι καὶ λάχανα. ὅτι δὲ οἴδασι τὰς λαχανείας, δῆλον ἐκ τῶν „παρὰ f

Olera apud Homerum,

1 εἰ μή τις mssti; bene, si sequeretur παράσχοι.

ca femora: & sic *refrigerati*, *in solia balneatoria ingressi bene polita, lavarunt*: dein *pingui oleo perunctli, coenae adsederunt*. Est & alia curandae lassitudinis ratio, quae fit capitis irrigatione:

In caput atque humeros fundit gratum ipsa humorem.

In solio enim aqua, spiraculis cutis undique circumfusa, obstruit sudoris excretionem; veluti si cribrum in aquam iniicias. Nam ex cribro nihil effluet, nisi attollatur, ut apertis foraminibus humori foras exituro via pateat: quemadmodum Aristoteles exposuit in Quaestionibus Naturalibus, ubi causam investigat, *Cur, qui sudant, sive calida sive frigida lavent, sudare desinant, nec iterum sudent, priusquam e solio discesserint.*

45. In coenis vero heroum adponebantur etiam Olera. Cognitum enim eis fuisse olerum usum, adparet ex

νείατον ὄρχον κοσμητῶν πρασιῶν." Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς κακοχυμωτάτοις [1] κρομύοις ἐχρῶντο·

— — ἐπὶ δὲ κρόμυον, ποτῷ ὄψον.

Ἐπιμελουμένους δὲ αὐτοὺς εἰσάγει καὶ τῶν ἀκροδρύων· & arborum fructus.

Ὄχνη [2] γὰρ ἐπ' ὄχνῃ που γηράσκει,

— — — σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

a διὸ καὶ τῶν δένδρων τὰ μὲν καρποφόρα, καλὰ προσαγορεύει·

Ἔνθα [δὲ] δένδρεα καλὰ [3] πεφύκει — —

ὄχναι καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι. — —

τὰ δ' εἰς ξυλείαν εὔθετα, μακρά· τοῖς ἐπιθέτοις τὰς χρήσεις διαστέλλων·

— — Ἔνθεν [4] δένδρεα μακρὰ πεφύκει,

κλήθρη τ', αἴγειρός τ', ἐλάτη τ' ἦν οὐρανομήκης.

Ἀρχαιοτέρα δ' ἦν καὶ τῶν Τρωϊκῶν ἡ τούτων χρῆσις.

1 κακοχυμωτάτοις puto oportebat. 2 ὄγχνη & ὄγχνῃ ſcribebatur ſuperius. 3 Abeſt vulgo δέ. Apud Homerum vero hodie μακρὰ, non καλὰ, legitur. 4 Forſ. Ἔνθα rurſus ſcripſerat ſive Athenaeus, ſive Epitomator. Apud Homerum vero eſt ἔθι.

illis *bene cultis areolis in extremo horti ordine*. Quin & cepis veſcebantur, quamvis peſſimi ſucci:

In lance cepam, potui aptum obſonium.

Sed & curantes illos inducit arborum fructus: *Eſt enim ubi pyrus poſt pyrum ſeneſcit, ficus poſt ficum.*

Itaque ex arboribus eas, quae fructus edunt, *pulcras* adpellat:

Pulcrae ubi arbores creſcunt; — —

— — pyri, puniceaeque, malique.

Quae vero lignationi inſerviunt, *proceras* adpellat; adiectis his denominationibus eas diſtinguens:

— — Procera ubi naſcitur arbor,

alnus, populuſque, & abies coelum cacumine tangens.

Verum etiam ante Troiana tempora in uſu fuere arbo-

Τάνταλος οὖν οὐδὲ θανὼν ἀπαλλάττεται τῆς τούτων ἐπιθυμίας· εἴπερ ὁ κολάζων αὐτὸν θεὸς, προσείων [1] b (καθάπερ οἱ τὰ ἄλογα τῶν ζώων τοῖς θαλλοῖς ἄγοντες) τοὺς τοιούτους καρποὺς, ἀποκρούεται αὐτὸν τῆς ἀπολαύσεως, ὅτε τῆς ἐλπίδος ἐγγὺς ἔλθοι. καὶ Λάερτην δ' Ὀδυσσεὺς ἀναμιμνήσκει ὧν ἔδωκεν αὐτῷ, παιδὶ ὄντι·

„Ὄχνας μοι δῶκας τρισκαίδεκα· " — καὶ τὰ ἑξῆς.

XLVI. Piscatio & venatio.

Ὅτι δὲ καὶ ἰχθῦς ἤσθιον, Σαρπηδὼν δῆλον ποιεῖ, ὁμοιῶν τὴν ἅλωσιν πανάγρου δικτύου θήρᾳ. καίτοι Εὔβουλος κατὰ τὴν κωμικὴν χάριν φησὶ παίζων·

Ἰχθῦν δ' Ὅμηρος ἐσθίοντ' εἴρηκε πού c
τινὰ τῶν Ἀχαιῶν; κρέα δὲ μόνον ὤπτων, ἐπεὶ
ἔψοντά γ' οὐ πεποίηκεν αὐτῶν οὐδένα.
Ἀλλ' οὐδὲ μίαν ἄλλην ἑταίραν εἶδέ τις
αὐτῶν, ἑαυτοὺς δ' ἔδεφον ἐνιαυτοὺς δέκα.

1 Vulgo προσιὼν, & dein τοῖς τοιούτοις καρποῖς.

rum fructus edules. Tantalus quippe ne mortuus quidem desinit illos adpetere: nam qui poenas ab eo exigit Deus, tales ei fructus obiicit & ante oculos eius iactat, ut qui pecudes ducunt ostensis virentibus frondibus; deinde, cum in eo est ut illis fruatur, prohibet. Et Laërti Ulysses in memoriam revocat ea, quae sibi puero ille olim dedisset: *Pyra mihi olim dedisti tredecim;* & quae sequuntur.

46. Iam & Pisces illos esitasse, palam fit ex Sarpedonis verbis, qui captos ab hostibus comparat cum piscibus amplo reti a piscatore exceptis. Quamquam Eubulus, comico sale utens, ait:

Ubi namque Homerus quemquam fecit piscibus
vescentem Archivûm? Carnem torrebant modo:
namque elixantem fecit eorum neminem.
Nec vero scortum ullum visum in castris est;
sed subagitarunt ipsi sese mutuo.

πικρὰν στρατείαν δ' εἶδον, οἵτινες πόλιν
μίαν λαβόντες, εὐρυπρωκτότεροι πολὺ
τῆς πόλεως ἀπεχώρησαν, ἧς εἶλον τότε.

Οὐδὲ τὸν ἀέρα δ' ἥρωες τοῖς ὄρνισιν εἴων ἐλεύθερον, παγίδας καὶ νεφέλας ἐπὶ ταῖς κίχλαις καὶ πελειάδ σιν ἱστάντες. ἐγυμνάζοντο δὲ πρὸς ὀρνεοθηρευτικὴν, καὶ τὴν πελειάδα τῇ μηρίνθῳ κρεμάντες ἀπὸ νηὸς ἱστοῦ, καὶ τοξεύοντες ἐκηβόλως εἰς αὐτὴν, ὡς ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ δηλοῦται. παρέλιπε δὲ τὴν χρῆσιν τῶν λαχάνων, καὶ ἰχθύων, καὶ τῶν ὀρνίθων, διά τε τὴν λιχνείαν, καὶ προσέτι τὴν ἐν ταῖς σκευασίαις ἀπρέπειαν, ἐλάττω κεκρικὼς ἡρωϊκῶν καὶ θείων ἔργων. Ὅτι δὲ καὶ ἐφθοῖς ἐχρῶντο κρέασιν, ἐμφανίζει ἐν οἷς λέγει, Carnes elixae.

Ὡς δὲ λέβης ζεῖ, — — —
κνίσσῃ μελδόμενος ἀπαλοτρεφέος σιάλοιο.

ε καὶ ὁ κατ' Ὀδυσσέως ἀφεθεὶς ποὺς βοὸς, τοῦτο σημ-

Acerbam prorſus habuere militiam; qui oppido
uno potiti, latiore multo podice
receſſerunt, quam capta urbs ipſa fuit.

Ac ne Avibus quidem in libero coelo volare licuit per heroas; qui columbis ac turdis laqueos & retia tendebant. Ad aucupia vero ſeſe exercebant, columba e malo navis ſuſpenſa funiculo, quam ſagitta procul ex arcu miſſa ferirent; ut ex *Funebribus ludis* adparet. Tacuit autem poëta olerum aviumque & piſcium eſum, tum ne delicatiorum dapium cupidi viderentur heroës, tum quod indecorum eſſet in illis adparandis occupari; quas res infra dignitatem heroicorum divinorumque factorum eſſe ille iudicavit. At Elixis etiam uſos eſſe carnibus, demonſtrat illis verbis:

Ut vero lebes fervet — — —
adipe maceratus ſaginati porci.

Oſtendit quoque pes bubulus in Ulyſſem proiectus: pe-

μαίνει· πόδα γὰρ βόειον οὐδεὶς ὀπτᾷ. καὶ τὸ,

Κρειῶν δὲ πίνακας παρέθηκεν ἀείρας
παντοίων, — —

οὐ μόνον τὴν τῶν κρεῶν ἐξαλλαγὴν δηλοῖ, ὡς ὀρνίθεια, χοίρεια, ἐρίφεια, βόεια λέγων· [1] ἀλλὰ τὴν σκευασίαν ὡς ποικίλην ἔχοντα, καὶ οὐ μονοειδῆ, ἀλλὰ περιττήν. ὡς ἀνακύπτειν τὰς Σικελικὰς, καὶ Συβαριτικὰς, καὶ Ἰταλικὰς τραπέζας, ἤδη δὲ καὶ Χίας. μαρτυροῦνται γὰρ καὶ Χῖοι οὐκ ἔλαττον τῶν προειρημένων ἐπὶ f ὀψαρτυτικῇ. Τιμοκλῆς·

— — — — Χῖοι πολὺ
ἄριστ' ἀνευρήκασιν ὀψαρτυτικήν.

Κοιμῶνται δὲ μετὰ γυναικῶν παρ' Ὁμήρῳ οὐ μόνον οἱ νέοι, ἀλλὰ καὶ οἱ γέροντες, Φοῖνίξ τε καὶ Νέστωρ. μόνῳ Μενελάῳ οὐ συνέζευκται γυνὴ, διὰ γυναῖκα γαμετὴν ἁρπασμένην τὴν στρατείαν πεποιημένῳ.

1 λέγων vulgo ſcribunt.

dem enim bubulum nemo aſſaverit. Tum vero & illud,

Carnes omne genus patinis ingentibus adfert,

non modo varietatem carnium declarat, cum & volucrium carnem, & ſuillam & hoedinam & bubulam comprehendat; ſed etiam indicat, parandarum earum rationem non unius generis fuiſſe, ſed variam, & exquiſitiorem: ut hic iam originem videas Sicularum, Sybariticarum, Italicarumque menſarum, atque etiam Chiarum. Nam & Chii non minus quam illi, quos ante nominavi, culinariae arti ſtuduiſſe perhibentur. Timocles:

Chii longe optimam invenere culinariam.

Cubant autem cum mulieribus apud Homerum non adoleſcentes modo, ſed & ſenes, Phoenix atque Neſtor. Uni Menelao nulla mulier iungitur, qui ob raptam uxorem bellum id ſuſceperat.

„Παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων,“ Πίνδαρος ἐπαινεῖ. Εὔβουλος δὲ φησί·

XLVII. Vinum vetus, & diverſorum colorum.

Ἄτοπον δέ, τὸν μὲν οἶνον εὐδοκιμεῖν ἀεὶ
παρὰ ταῖς ἑταίραις τὸν παλαιὸν, ἄνδρα δὲ
μὴ τὸν παλαιὸν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον.

a τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Ἄλεξις σχεδὸν ἀπαραλλάκτως, τοῦ σφόδρα μόνου κειμένου ἀντὶ τοῦ ἀεί. Ὄντως δὲ ὁ παλαιὸς οἶνος οὐ πρὸς ἡδονὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑγίειαν προσφορώτερος. πέσσει τε γὰρ μᾶλλον τὰ σῖτα· καὶ λεπτομερὴς ὢν, εὐανάδοτός ἐστι· δύναμίν τε τοῖς σώμασιν ἐμποιεῖ, τό τε αἷμά τε ἐνερευθὲς καὶ εὐανάδοτον κατασκευάζει, καὶ τοὺς ὕπνους ἀταράχους παρέχει. Ἐπαινεῖ δὲ Ὅμηρος τὸν ἐπιδεχόμενον ἱκανὴν κράσιν, ὡς τὸν τοῦ Μάρωνος. ἐπιδέχεται δὲ πλείω κράσιν ὁ
b παλαιὸς οἶνος, διὰ τὸ μᾶλλον θερμὸς γίνεσθαι παλαιούμενος. Ἔνιοι δὲ καὶ τὴν Διονύσου φυγὴν εἰς τὴν

1 τε edd. quod ex γε corruptum videri poterat.

47. *Vinum quidem vetus, hymnorum vero flores recentiorum*, Pindarus laudat. Eubulus vero ait:

Abſurdum vero eſt, ſemper quod vinum ſenex
meretricibus laudatur; at contra virûm
quanto eſt iuvenior quiſque, praeſertur ſeni.

Eademque ad verbum Alexis reperiit, niſi quod pro *ſemper* vocem *vehementer* ſubſtituit. Eſt autem, verum ſi quaeris, ſenex vinum non modo ad voluptatem, ſed & ad ſanitatem conducibilius. Nam & cibum magis coquit, & ob partium tenuitatem facile digeritur, & vires corporis auget, & ſanguinem rubrum commodeque fluentem gignit, & placidum ſomnum conciliat. Commendat vero Homerus illud praeſertim, quod multam ferre aquam poteſt, ut Maroneum. Admittit autem copioſiorem aquae mixturam vetus vinum, quoniam ipſa vetuſtate calidius factum eſt. Suntque qui *Bacchi* fabulâ *ad mare fugientis*

θάλασσαν οἰνοποιΐαν σημαίνειν φασὶ, πάλαι γνωριζομένην. ἡδὺν γὰρ εἶναι τὸν οἶνον, παρεγχεομένης θαλάσσης. Ἐπαινῶν δὲ Ὅμηρος τὸν μέλανα οἶνον, πολλάκις αὐτὸν καὶ αἴθοπα καλεῖ. δυναμικώτατος γάρ ἐστι, καὶ μένων ἐν ταῖς ἕξεσι τῶν πινόντων πλεῖστον χρόνον. Θεόπομπος δέ φησι, παρὰ Χίοις πρώτοις γενέσθαι τὸν μέλανα οἶνον· καὶ τὸ φυτεύειν δὲ καὶ θεραπεύειν ἀμπέλους, Χίους πρώτους, μαθόντας παρ' Οἰνοπίωνος τοῦ Διονύσου, ὃς καὶ συνῴκισε τὴν νῆσον, τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις μεταδοῦναι. Ὁ δὲ λευκὸς οἶνος, ἀσθενὴς καὶ λεπτός. ὁ δὲ κιρρὸς, πέπτει[1] ῥᾷον, ξηραντικώτερος ὤν. c

XLVIII. Vina Italica.

Περὶ Ἰταλικῶν οἴνων φησὶν ὁ παρὰ τούτῳ τῷ σοφιστῇ Γαληνός. Ὁ Φαλερῖνος οἶνος ἀπὸ ἐτῶν δέκα ἐστὶ πότιμος, καὶ ἀπὸ πεντεκαίδεκα, μέχρις εἴκοσιν· ὁ δ' ὑπὲρ τοῦτον ἐκπίπτων τὸν χρόνον, κεφαλαλγικὸς, καὶ τοῦ νευρώδους καθάπτεται. εἴδη δ' αὐτοῦ δύο, ὁ αὐ-

1 Rectius fuerit πέπτει.

condituram vini ſignificari autument, iam olim cognitam. Fieri enim ſuavius vinum, marina aqua adfuſa. Nigrum vinum laudans Homerus, frequenter αἴθοπα vocat: [quaſi *ardentem* diceret.] Maximam enim vim habet, manetque plurimum tempus in corpore bibentium. Theopompus ſcribit, primum apud Chios factum eſſe nigrum vinum: &, ſerere colereque vitem Chios, ab Oenopione Bacchi filio (qui cultoribus frequentavit inſulam) edoctos, viciſſim caeteros mortales docuiſſe. Album vero vinum, imbecillum eſt & tenue. Gilvum autem facilius concoquit, & ficcat valentius.

48. De *Italicis vinis* Galenus ille, qui a Sophiſta noſtro inducitur, haec diſputat. Falernum vinum a decimo anno potui tempeſtivum eſt, & a quinto decimo, uſque ad viceſimum: vetuſtius autem, caput dolore adficit, nervoſque tentat. Eius duo genera, auſterum al-

στηρὸς, καὶ ὁ γλυκάζων. οὗτος δὲ τοιοῦτος γίνεται, ὅταν
d ὑπὸ τὸν τρυγητὸν νότοι πνεύσωσι, παρ' ὃ καὶ μελάντερος γίνεται. ὁ δὲ μὴ οὕτω τρυγηθεὶς, αὐστηρός τε, καὶ τῷ χρώματι πυῤῥός. καὶ τοῦ Ἀλβανοῦ δὲ οἴνου εἴδη δύο, ὁ μὲν γλυκάζων, ὁ δ' ὀμφακίας. ἀμφότεροι δὲ ἀπὸ πεντεκαίδεκα ἐτῶν ἀκμάζουσι. Συῤῥεντῖνος [1] δὲ ἀπὸ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν ἄρχεται γίνεσθαι πότιμος. ὢν γὰρ ἀλιπὴς καὶ λίαν ψαφαρὸς, μόλις πεπαίνεται· καὶ παλαιούμενος σχεδὸν μόνος [2] ἐστὶν ἐπιτήδειος τοῖς χρωμένοις διηνεκῶς. ὁ δὲ Ῥηγῖνος, τοῦ Συῤ-
e ρεντίνου λιπαρώτερος ὤν, χρήσιμος ἀπὸ ἐτῶν πεντεκαίδεκα. χρήσιμος καὶ ὁ Πριούερνος, λεπτομερέστερος ὢν τοῦ Ῥηγίνου, ἥκιστά τε καβαπτόμενος κεφαλῆς. τούτῳ ἐμφερὴς ὁ Φορμιανὸς, ταχὺ δὲ ἀκμάζει, καὶ λιπαρώτερός ἐστιν αὐτοῦ. βράδιον δ' ἀκμάζει ὁ Τριφολῖνος, ἔστι δὲ τοῦ Συῤῥεντίνου γεωδέστερος. ὁ δὲ Στάτα-

1 Συρεντ. codd. noſtri, & ſic deinde. 2 Forſ. μόνον vel μόνοις.

terum, alterum ſubdulce. Et hoc quidem fit tale, ſi per vindemiam flant auſtri; quo ſimul nigrum magis fit vinum. Quod non ea tempeſtate vindemiatur, auſterum fit, & colore gilvum. Albani vini duae item ſpecies: alterum dulce eſt, alterum acerbiuſculum. Utrique ſuus ab anno decimo quinto vigor. Surrentinum poſt annum viceſimum quintum potui incipit eſſe aptum: nam, cum pinguedine careat, & admodum ſit tenue, aegre matureſcit: &, cum inveteravit, eis fere ſolummodo commodum eſt, qui conſtanter eo utuntur. Rheginum, Surrentino pinguius, a quinto decimo anno potui commodum. Commodum etiam Privernum, tenuius Rhegino, & caput minime gravans. Huic ſimile eſt Formianum; ſed citius viget, eſtque pinguius. Serius ad vigorem pervenit Trifolinum; eſt autem Surrentino magis terrenum.

νος [1] τῶν πρώτων ἐστὶν οἴνων, ἐμφερὴς τῷ Φαλερίνῳ, κουφότερος, οὐ πληκτικός. ὁ Τιβουρτῖνος, λεπτὸς, εὐδιάπνευστος, ἀκμάζων ἀπὸ ἐτῶν δέκα· κρείττων δὲ γίνεται παλαιούμενος. ὁ Λαβικανὸς, ἡδὺς καὶ λιπαρὸς f τῇ γεύσει, μεταξὺ Φαλερίνου καὶ Ἀλβανοῦ· ἡ δὲ αὐτοῦ πόσις ἀπὸ ἐτῶν δέκα. ὁ Γαύρανος δὲ, καὶ ὀλίγος, καὶ κάλλιστος, προσέτι τε εὔτονος καὶ παχύς· Πραινεστίνου δὲ καὶ Τιβουρτίνου λιπαρώτερος. ὁ Μαρσικὸς, πάνυ αὐστηρὸς, εὐστόμαχος δέ. γίνεται δὲ καὶ περὶ τὴν Καμπανίας Κύμην ὁ καλούμενος Οὐλβανὸς, κοῦφος, πότιμος [2] ἀπὸ ἐτῶν πέντε. ὁ Ἀγκωνιτανὸς χρηστὸς, λιπαρός πως. ὁ Βυξεντῖνος [3] ἐμφερὲς ἔχει τῷ a Ἀλβανῷ τὸ ὀμφακίας εἶναι· ἔστι δὲ δυνατὸς [4] καὶ εὐστόμαχος. ὁ Οὐελίτερνος δὲ ἡδὺς πινόμενος, εὐστόμαχος· ἴδιον δ' αὐτοῦ τὸ μὴ δοκεῖν ἀπαρέγχυτος εἶναι· ἐμ-

1 Σετῖνος edd. 2 Vulgo omnes πότιμος, κοῦφος ἀπὸ ἐτῶν &c. 3 Βιxεντῖνος edd. 4 δυνάμει mssti; quod vel verum videtur vel vero proximum.

Statanum [*al.* Setinum] e praecipuis vinis eſt, ſimile Falerno, levius, capiti non nocens. Tiburtinum, tenue, facile tranſpirat, & poſt decennium vigorem adipiſcitur: fit autem melius, cum inveteraſcit. Labicanum, guſtu ſuave & pingue, medium inter Falernum & Albanum: a decimo anno potabile. Gauranum exigua copia naſcitur, ſed nobiliſſimum, validum, craſſum; pinguius vero Praeneſtino & Tiburtino. Marſicum, auſterum admodum, ſed ſtomacho amicum. Naſcitur etiam circa Cumas Campaniae Ulbanum [ſive Urbanum] quod vocatur, leve, & a quinto anno potabile. Anconitanum eximium, nonnihil pingue. Buxentinum, auſteritate ſimile eſt Albano; ſed viribus inſigne, & ventriculo commodum. Veliternum, potu ſuave, ventriculo pariter amicum: ſed hoc peculiare habet, quod bibenti non videatur ſincerum ac merum eſſe; aliquid enim alterius

Φαίνει γὰρ ὡς ἐμμεμιγμένου αὐτῷ ἑτέρου. ὁ Καληνὸς, κοῦφος, τοῦ Φαλερίνου εὐστομαχώτερος. εὐγενὴς δὲ καὶ ὁ Καίκουβος, πληκτικὸς, εὔτονος· παλαιοῦται δὲ μετὰ ἱκανὰ ἔτη. ὁ Φουνδανὸς, εὔτονος, πολύτροφος, κεφαλῆς καὶ στομάχου ἅπτεται· διὸ οὐ πολὺς ἐν συμ-
b ποσίοις πίνεται. πάντων δὲ τούτων ὁ Σαβῖνος κουφότερος, ἀπὸ ἐτῶν ἑπτὰ ἐπιτήδειος πίνεσθαι μέχρις πεντεκαίδεκα. ὁ δὲ Σιγνῖνος, μέχρις ἐτῶν ἓξ χρήσιμος, [1] παλαιωθεὶς δὲ πολὺ χρησιμώτερος. ὁ Νουμεντᾶνος ἀκμάζει ταχὺ, καὶ ἀπὸ ἐτῶν πέντε πότιμός ἐστι· ἔστι δ' οὔτε λίαν ἡδὺς, οὔτε λεπτός. ὁ Σπωλητῖνος δὲ οἶνος, καὶ πινόμενος ἡδὺς, καὶ τῷ χρώματι χρυσίζει. Κα-
c πυανὸς [2] κατὰ πολλὰ τῷ Συρρεντίνῳ παρεμφερής. ὁ Βαρβῖνος, λίαν αὐστηρὸς, καὶ ἀεὶ ἑαυτοῦ κρείττων γίνεται. εὐγενὴς καὶ ὁ Καυκῖνος, καὶ τῷ Φαλερίνῳ ἐμφερής. ὁ Βενεφράνος εὐστόμαχος, καὶ κοῦφος. ὁ ἐν

1 οὐ χρήσιμος legit Dalech. 2 Ἀκουανὸς mssti noſtri.

mixti prae ſe fert. Calenum, leve, ſtomacho magis quam Falernum conducit. Generoſum vero etiam Caecubum eſt, caput percellens, vehemens: iuſtam vero aetatem nonniſi poſt multos habet annos. Fundanum, vehemens, multum alens, caput ventriculumque tentans: quare haud frequens in conviviis bibitur. His omnibus levius Sabinum, potui aptum a ſeptimo anno uſque ad decimum quintum. Signinum, ad ſextum uſque annum [parum] uſui aptum; cum vero inveteravit, multo aptius. Nomentanum, cito ſuum habet vigorem, a quinto anno potabile: ſed nec admodum ſuave eſt, nec tenue. Spoletinum vinum, potu iucundum, auri colorem refert. Capuanum, perquam ſimile Surrentino. Barbinum, valde auſterum, in melius proficit ſemper. Generoſum vero etiam eſt Caucinum, ſimileque Falerno. Venafranum, ventriculo amicum, & leve. Trebellicum cir-

Νεαπόλει Τρεβελλικὸς, εὔκρατος τῇ δυνάμει, εὐστόμαχος, εὔστομος. ὁ Ἔρβουλος ἐν ἀρχῇ μέν ἐστι μέλας, μετ' οὐ πολλὰ δὲ ἔτη λευκὸς γίνεται· ἔστι δὲ λίαν κοῦφος, καὶ τρυφερός. ὁ Μασσαλιήτης, καλός· ὀλίγος δὲ γίνεται, παχὺς, σαρκώδης. Ταραντῖνος δὲ, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ κλίματος τούτου πάντες, ἁπαλοί· οὐ πλῆξιν, οὐ τόνον ἔχοντες, ἡδεῖς, εὐστόμαχοι. ὁ δὲ Μαμερτῖνος, ἔξω μὲν τῆς Ἰταλίας γίνεται· καὶ γινόμενος d ἐν Σικελίᾳ, καλεῖται Ἰωτάλινος.[1] ἡδὺς δ' ἐστὶ, κοῦφος, εὔτονος.

Vini Deus apud Indos.

Ὅτι παρ' Ἰνδοῖς τιμᾶται δαίμων, ὡς φησι Χάρης ὁ Μιτυληναῖος, ὃς καλεῖται Σοροάδεις· ἑρμηνεύεται δὲ Ἑλλάδι φωνῇ, οἰνοποιός.

XLIX.

Ὅτι Ἀντιφάνης που, ὁ χαρίεις, τὰ ἐξ ἑκάστης πόλεως ἰδιώματα οὕτω καταλέγει·

1 Ἰταλικὸς alii corrigunt, alii probabiliter Παταλῖνος.

ca Neapolin, temperata eſt vehementia, ventriculo amicum, orique gratum. Erbulum, [ſive Helvolum,] initio nigrum, poſt annos haud multos album fit: eſt autem leve admodum, & delicatum. Maſſilienſe, bonum: ſed exigua quantitate naſcitur, craſſum, corpulentum. Tarentinum, & quae in illo tractu naſcuntur omnia, lenia ſunt, capiti non infeſta, non vehementia, ſuavia, ventriculo amica. Mamertinum, extra Italiam naſcitur: &, cum in Sicilia naſcatur, Italicum tamen [ſive Potalinum] vocatur: eſt autem ſuave, leve, nec tamen ſine robore.

Apud Indos (ait Athenaeus) coli Deum, ut refert Chares Mitylenaeus, qui *Soroadeus* vocatur: id, in graecam linguam translatum, *Vini auctorem effectoremve* ſonat.

49. Quae ſingulis civitatibus propria ſunt, ex illiſque prae caeteris petuntur, ea facetus Antiphanes alicubi his verbis recenſet:

Ἐξ Ἤλιδος μάγειρος, ἐξ Ἄργους λέβης·
Φλιάσιος οἶνος, ἐκ Κορίνθου στρώματα·
Ἰχθῦς Σικυῶνος, Αἰγίου δ' αὐλητρίδες·
τυρὸς Σικελικὸς, — — —
μύρον ἐξ Ἀθηνῶν, ἐγχέλυς Βοιώτιαι.
Ἑρμιππος δ' οὕτως·
Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
ἐξ οὗ ναυκληρεῖ Διόνυσος ἐπ' οἰνοπα πόντον,
ὅσσ' ἀγάθ' ἀνθρώποις δεῦρ' ἤγαγε νηὶ μελαίνῃ.
Ἐκ μὲν Κυρήνης καυλὸν, καὶ δέρμα βόειον·
ἐκ δ' Ἑλλησπόντου σκόμβρους, καὶ πάντα ταρίχη·
ἐκ δ' αὖ Ἰταλίας χόνδρον, καὶ πλευρὰ βόεια·
καὶ παρὰ Σιτάλκου ψώραν Λακεδαιμονίοισι·
καὶ παρὰ Περδίκκου ψευδῆ ναυσὶν πάνυ πολλαῖς.
αἱ δὲ Συράκουσαι σῦς καὶ τυρὸν [1] παρέχουσι. [2]

Bona singulis locis propria.

1 Forſ. σίτον ἠδὲ τυρὸν, *triticum & caſeum.* 2 παρέχουσαι mſſ. & edd. vett.

Ex Elide coquus; ex Argis lebes:
vinum Phliaſium; e Corintho ſtragulae:
Sicyonii piſces; ex Aegio tibicinae:
caſeus Siculus; — — —
unguentum ex Athenis; anguillae Boeotiae.
Hermippus vero hoc modo:
Dicite nunc, Muſae, coeleſtia templa tenentes:
ex quo ſulcavit nigri Bacchus maris undas,
quae bona contulerit navi mortalibus atra.
Sylphia Cyrenis, ac tergora bubula, vexit:
ex Helleſponto ſcombros, piſceſque ſalitos:
aſt alicam Italia, coſtas bovis atque reſectas:
foedam a Sitalce ſcabiem Lacedaemone natis:
navigiis a Perdicca mendacia multis.
Inde Syracuſis advectus caſeus, & ſus.

καὶ Κερκυραίους ὁ Ποσειδῶν ἐξολέσειε
ναυσὶν ἐπὶ γλαΦυραῖς, ὅτι δὴ [1] δίχα θυμὸν ἔχουσι.
Ταῦτα μὲν ἐντεῦθεν. ἐκ δ' Αἰγύπτου τὰ κρεμαστὰ
ἱστία, καὶ βύβλους· ἀπὸ δ' αὖ Συρίας, λιβανωτόν.
ἡ δὲ καλὴ Κρήτη κυπάριττον τοῖσι θεοῖσιν·
ἡ Λιβύη δ' ἐλέΦαντα πολὺν παρέχει κατὰ πρᾶσιν·
ἡ Ῥόδος ἀσταΦίδας τε, καὶ ἰσχάδας ἡδυνείρους.
αὐτὰρ ἀπ' Εὐβοίας ἀπίους, καὶ ἴΦια μῆλα·
ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας, ἀπὸ δ' Ἀρκαδίας ἐπικούρους.
αἱ Παγασαὶ δούλους καὶ στιγματίας παρέχουσι.
τὰς δὲ Διὸς βαλάνους, καὶ ἀμύγδαλα σιγαλόεντα a
ΠαΦλαγόνες παρέχουσι· τὰ γὰρ τ' ἀναθήματα
δαιτός.
Φοινίκη αὖ καρπὸν Φοίνικος, καὶ σεμίδαλιν.
Καρχηδὼν δάπιδας, καὶ ποικίλα προσκεΦάλαια.
L. Πίνδαρος δ' ἐν τῇ εἰς Ἱέρωνα Πυθικῇ ᾠδῇ·

1 δὴ abeſt edd. & mss.

At Corcyraeos Neptunus iam male perdat
navibus in pulcris; quoniam diviſo animo ſunt.
Illinc iſta. Ex Aegypto pendentia vela,
& variae chartae: e Syria fragrantia thura:
e Creta pulcra, quae Diis eſt cara, cupreſſus:
e fuſcis Libyae populis ebur, aere redemtum:
uva Rhodo paſſa, & caricae, quae dulcia praebent
ſomnia: ab Euboea pyrus, atque nitentia mala:
mancipia e Phrygiis; ex Arcadia auxiliares:
e Pagaſis ſervi, quibus eſt frons igne notata:
Paphlagonum e terris iuglans, & amygdala mollis,
noſtris quos condunt fructus bellaria menſis:
palmarum fructus e Phoenice, & ſimilago.
Carthago aulaea, & variis depicta figuris
cervicalia ſuppeditat.

50. Pindarus, in Pythica Ode in Hieronem:

Bona singulis locis propria.

Ἀπὸ Ταϋγέτου μὲν Λάκαιναν ἐπὶ θηρσὶ
κύνα, τρέχειν πυκινώτατον ἑρπετόν.
Σκύριαι [1] δ' ἐς ἄμελξιν γάλακτος
αἶγες ἐξοχώτατοι.
ὅπλα δ' ἀπ' Ἄργεος· ἅρμα
Θηβαίων ἀπὸ γᾶς ἀγλαοκάρπου·
b Σικελίας δ' ὄχημα δαιδάλεον ματεύειν.

Κριτίας δὲ οὕτως·

Κότταβος ἐκ Σικελᾶς ἐστι χθονὸς, ἐκπρεπὲς ἔργον,
ὃν σκοπὸν ἐς λατάγων τόξα καθιστάμεθα.
εἶτα δ' ὄχος Σικελὸς, κάλλει δαπάνῃ τε κράτιστος.
— — — — — —
Θεσσαλικὸς δὲ θρόνος, γυίων τρυφερωτάτη ἕδρα.
εὐναίου δὲ λέχους ἔξοχα κάλλος ἔχει
Μίλητός τε, Χίος τ' ἔναλος, πόλις Οἰνοπίωνος.
Τυρσηνὴ δὲ κρατεῖ χρυσότυπος φιάλη,

1 Σκυρίας corrigit Schneid. & dein αἶγας ἐξοχωτάτους.

E Taygeto Laconicam adverſus feras
canem, curſu callidiſſimum animal.
Scyriae emulgendo lacti
caprae praeſtantiſſimae.
Arma vero Argis; currum
e Thebanorum fertiliſſima terra;
at e Sicilia vehiculum pete artificioſe fabrefactum.

Critias in hunc modum:

Cottabus e Sicula eſt terra, pulcerrimum inventum,
quem ſcopum ponimus, quo iaculamur latagis.
Dein currus Siculus, pulcritudine & magnificentia praeſtans.

Theſſalica vero eſt ſella, qua membra molliſſime quieſcunt.
Lecti vero dormitorii praecipuam pulcritudinem habet
Miletus, & Chius, mari circumfuſa, urbs Oenopionis.
Etruſca autem praeſtat phiala ex auro ſculpta,

καὶ πᾶς χαλκὸς ὅτις κοσμεῖ δόμον ἔν τινι χρείᾳ. c
Φοίνικες δ' εὗρον γράμματ' ἀλεξίλογα.[1]
Θήβη δ' ἁρματόεντα δίφρον συνεπήξατο πρώτη·
φορτηγοὺς δ' ἀκάτους Κᾶρες, ἅλὸς ταμίαι.
τὸν δὲ τροχοῦ [2] γαίης τε καμίνου τ' ἔκγονον εὗρε,
κλεινότατον κέραμον, χρήσιμον οἰκονόμον,
ἡ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον.

Καὶ ἐπαινεῖται ὄντως ὁ Ἀττικὸς κέραμος. Εὔβουλος δὲ φησί· „Κνίδια κεράμια, Σικελικὰ βατάνια, Μεγαρικὰ πιθάκνια.“ Ἀντιφάνης δέ· „Νάπυ Κύπρου, d καὶ σκαμμωνίας ὀπὸν, κάρδαμον Μιλήσιον, κρόμυον Σαμοθράκιον, καυλὸν ἐκ Καρχηδόνος καὶ σίλφιον, θύμον Ὑμήττιον, ὀρίγανον Τενέδιον.“ [3]

LI. Ὅτι ὁ Περσῶν βασιλεὺς τὸν Χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπινεν· ὃν φησι Ποσειδώνιος καὶν Δαμασκῷ τῆς Συρίας γίνεσθαι, Περσῶν αὐτόθι καταφυτευσάντων

Vinum Chalybonium.

1 Rectius videtur γράμματα λεξιλόγα. 2 τροχεῦ ex coniect. Vulgo τροχόν. 3 Luxati versus; quos Eubulo, non Antiphani, tribuit Pollux.

& aes omne, quod domos ornat varios in usus.
Phoenices literas invenere verbilegas.
Curules sellas Thebani primum sunt fabricati;
oneraria navigia Cares, maris dispensatores.
Rotae vero terraeque & fornacis progeniem,
nobilissimum fictile, utilem supellectilem,
invenit civitas quae pulcrum ad Marathona statuit tropaeum.

Et re vera quidem laudantur Attica fictilia. Eubulus vero ait: *Cnidia figlina, Siculae patellae, Megarica doliola.* Antiphanes autem laudat *Sinapi Cyprium, & scammoniae succum, nasturtium Milesium, cepam Samothracium, laserpitium e Carthagine & silphium, thymum ex Hymetto, origanum e Tenedo.*

51. Persarum rex Chalybonium solum vinum bibebat; quod Posidonius ait Damasci in Syria quoque nasci,

τὰς ἀμπέλους. Ἐν δὲ Ἴσσῃ, τῇ κατὰ τὸν Ἀδρίαν νήσῳ, Ἀγαθαρχίδης φησὶν οἶνον γίνεσθαι, ὃν πᾶσι συγκρινόμενον καλλίω εὑρίσκεσθαι. Χίου δὲ οἴνου, καὶ Θασίου, μέμνηται Ἐπίλυκος· „Χῖος καὶ Θάσιος ἠθημένος.“ Chium, Thasium, Lesbium.

— Καὶ ἀντίδοτον καὶ ἔγχει Θάσιον.
ὁ γὰρ λαβών μου καταφαγεῖν [1] τὴν καρδίαν,
ὅταν πίω τοῦτ', εὐθὺς ὑγιὴς γίγνομαι·
Ἀσκληπιὸς κατέβρεξε. — —

„Οἶνος Λέσβιος, ὃν αὐτὸς ἐποίησεν ὁ Μάρων μοι δοκῶ“ φησὶ Κλέαρχος. — „Λεσβίου πόματος
οὐκ ἔστιν ἄλλος οἶνος ἡδίων πιεῖν·“
φησὶν Ἀλέξις.

— Θασίοις καὶ Λεσβίοις οἰναρίοις
τῆς ἡμέρας τὸ λοιπὸν ὑποβρέχει μέρος,

1 Forſ. ὃ γὰρ λάθοι μου καταφαγὸν, aut ὃ γὰρ λαθόν μου καταφάγοι. Deſiderantur autem quatuor iſti verſus in editis, nec e noſtris codicibus ſunt enotati.

tranſplantatis eo loci vitibus a Perſis. In Iſſa vero, Adriatici maris inſula, vinum naſci, ait Agatharchides, quod cum aliis omnibus collatum, antecellere bonitate compertum ſit. Chii Thaſiique vini meminit Epilycus: „*Chium Thaſiumque percolatum.*“

— Et antidotum mihi etiam infunde Thaſium:
nam, quidquid ſit quod mihi cor adroſerit,
hoc ubi bibo, continuo revaleſco:
Aeſculapius me rigavit.

Vinum Lesbium, ait Clearchus, *quod ipſe mihi Maro feciſſe videtur.* — *Lesbio liquore*
non eſt aliud vinum ſuavius bibere:
ait Alexis.

Thaſiis villis Lesbiiſque
diei reliquam madefacit partem,

καὶ νωγαλίζει.

ὁ αὐτός· [1]

Ἡδὺς ὁ Βρόμιος, τὴν ἀτέλειαν Λεσβίοις
ποιῶν, τὸν οἶνον εἰσάγουσιν ἐνθάδε·
ὃς δ' ἂν ἐς ἑτέραν ληφθῇ γ' ἀποστέλλων πόλιν f
κἂν κύαθον, ἱερὰν ἐγγράφων τὴν οὐσίαν.

Ἔφιππος·

— Φιλῶ γε Πράμνιον οἶνον Λέσβιον.
Πολλὴ δὲ Λεσβία σταγὼν ἐκπίνεται
ἄγαν.

Ἀντιφάνης·

— Ἔστιν ὄψον χρηστὸν, ἐπαγωγὸν πάνυ,
οἶνός τε Θάσιος, καὶ μύρον, καὶ στέμματα.
Ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις, ἐν δὲ τοῖς κακῶς
πράσσουσιν οὐκ ἔνεστιν Ἀφροδίτη βροτοῖς.

1 Forſan ſic ſcriptum oportebat: καὶ νωγαλίζει· ὁ αὐτός. καὶ αὖθις· Ἡδὺς &c. quo ſignificaretur, & praecedentes verſus & proxime ſequentes *Alexidis* eſſe.

& delicate vivit:

idem. [Rurſuſque:]

Iucundus Bromius, qui immunitatem Lesbiis
facit, vinum huc importantibus;
ſi quis vero aliam in urbem mittens deprehenditur
vel unum cyathum, huius bona publicat.

Ephippus:

Amo equidem Pramnium vinum Lesbium.
Frequens ebibitur Lesbia gutta
admodum.

Antiphanes:

Adeſt obſonium bonum, invitans admodum,
vinumque Thaſium, & unguentum, & coronae.
In ſaturitate enim Venus eſt; qui vero miſere
agunt mortales, hos fugit illa Dea.

Εὔβουλος·

— — — Θάσιον ἢ Χῖον λαβὼν,
ἢ Λέσβιον γέροντα νεκταροσταγῆ.

Μέμνηται δὲ οὗτος καὶ Ψιθίου [1] οἴνου·

Οἶνον γάρ με Ψίθιον γεύσας, ἡδύν, ἄκρατον·
διψῶντα λαβὼν, ὄξει παίει πρὸς τὰ στήθη.

καὶ Ἀναξανδρίδης· „χοῦς κεκραμένος Ψιθίου.“

Aliavina Graeca.

a Ὅτι Ἀριστοφάνους τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριασάσας ἐπιγράφει. ἐν ταύτῃ ὁ κωμικὸς μέμνηται Πεπαρηθίου οἴνου·

LII.

Aristophanis Thesmophoriazusae.

Οἶνον δὲ πίνειν οὐκ ἐάσω Πράμνιον,
οὐ Χῖον, οὐδὲ [2] Θάσιον, οὐ Πεπαρήθιον,
οὐδ' ἄλλον ὅστις ἐπεγείρει τὸν ἔμβολον.

Εὔβουλος·

Ὁ Λευκάδιος πάρεστι καὶ Μιλήσιος, [3]

1 Ψυθίου edd. & sic deinde. Vulgo οὐ Θάσιον. 3 Μιλίττιος mss.

Eubulus:

Thasium sumens, Chiumve,
aut Lesbium vetus, nectare stillans.

Meminit idem etiam Psithii vini:

Vinum mihi Psithium postquam gustandum dedit suave merumque,
sitienti dein pectus dato aceto percutit.

Et Anaxandrides: *Congius Psithio plenus.*

52. Aristophanis posteriores Thesmophoriazusas Demetrius Troezenius Θεσμοφοριασάσας inscribit. In ea fabula Comicus vini meminit Peparethii:

Ut Pramnium vinum bibas, numquam sinam;
neque Thasium, aut Chium, neque Peparethium,
aut aliud ullum, exporrigat quod mentulam.

Eubulus:

Adest Leucadium Milesiumque,

οἰνίσκος οὕτω πότιμος.

Lesbii laus. Ἀρχεστράτου, τοῦ δειπνολόγου·

Εἶθ' ὁπόταν πλήρωμα Διὸς Σωτῆρος ἕλησθε, b
ἤδη χρὴ γεραιὸν, πολιὸν σΦόδρα κρᾶτα Φοροῦντα
οἶνον, ὑγρὰν χαίταν λευκῷ πεπυκασμένον ἄνθει,
πίνειν, ἐκ Λέσβου περικύμονος ἐκγεγαῶτα.

Byblinum vinum, Phoenicium. Τὸν δ' ἀπὸ Φοινίκης ἱρᾶς, τὸν Βύβλινον, αἰνῶ·
οὐ μέν τοι κείνῳ γε παρεξίσω αὐτόν. ἐὰν γὰρ
ἐξαίΦνης αὐτοῦ γεύσῃ, μὴ πρόσθεν ἐθισθεὶς,
εὐώδης μέν σοι δόξει τοῦ Λεσβίου εἶναι
μᾶλλον· ἔχει γὰρ τοῦτο χρόνου διὰ μῆκος ἄπλατον· c
πινόμενος δ' ἥτσων πολλῷ. κεῖνος δὲ δοκήσει
οὐκ οἴνῳ σοι ἔχειν ὅμοιον γέρας, ἀμβροσίᾳ δέ.
Εἰ δέ τινες σκώπτουσιν ἀλαζονοχαυνοΦλύαροι,
ὡς ἄδιστος ἔΦυ πάντων Φοινίκιος οἶνος,
οὐ προσέχω τὸν νοῦν αὐτοῖς. — —

villum adeo potabile.

Archeſtrati, auctoris Artis epulandi:

Dein, cum extremum Iovis Servatoris capietis calicem,
iam oportet vetuſtum, canum admodum caput gerens
vinum, cuius uda caeſaries albo flore tecta ſit,
bibere, Lesbo fluctibus - cincta prognatum.
Laudo vero etiam Byblinum e ſancta Phoenicia;
nec tamen illi ſane aequiparo. Nam ſi
hoc ſubito guſtaris, non prius adſuetus;
fragrantius quidem tibi videbitur eſſe
Lesbio: habet enim hoc ab ipſa vetuſtate:
ſed pergens bibere, multo reperies inferius. Videbitur quippe iſtud
non vino ſimile munus exhibere, ſed ambroſiae.
Quod ſi qui cavillantur tumidi nugatores,
quaſi ſuaviſſimum ſit omnium vinum Phoenicium,
hos non curo equidem. — —

Ἔστι δὲ καὶ Θάσιος πίνειν γενναῖος, ἐάν γ' ᾖ
πολλαῖς πρεσβεύων ἑτέρου [1] περικαλλέσιν ὥραις.
Οἶδα δὲ κἀξ ἄλλων πόλεων βοτρυοσταγῆ ἔρνη
εἰπεῖν, αἰνῆσαί τε, καὶ οὔ με λέληθ' ὀνομῆναι·
ἀλλ' οὐδέν τ' ἄλλ' ἐστὶν ἁπλῶς πρὸς Λέσβιον οἶνον.
d Ἀλλά τινες χαίρουσιν ἐπαινοῦντες τὰ παρ' αὐτοῖς.

LIII. Vinum palmeum.

Φοινικίου [2] δὲ οἴνου μέμνηται καὶ Ἔφιππος·

„Κάρυα, ῥοιὰς, Φοινίκια, ἕτερα νωγαλίσματα, στα-
μνάριά τε οἴνου τοῦ Φοινικοῦ.“ καὶ πάλιν·

Φοινικίνου [3] βῦκός τις ὑπανεώγνυτο.

Mendaeum vinum.

μνημονεύει αὐτοῦ καὶ Ξενοφῶν, Ἀναβάσει. Μενδαίου δὲ, ὁ Κρατῖνος·

Νῦν δ' ἂν ἴδοι Μενδαῖον ἠβῶντ' ἀρτίως,
οἰνίσκον ἕπεται, κἀκολουθεῖ, καὶ λέγει·
Οἴμ', ὡς ἁπαλὸς, καὶ λευκός· ἆρ' οἴσει τρία;

1 οἴνου edd. absque ἑτέρου. 2 Φοίνικος edd. 3 Φοινικοῦ corrigit Casaub.

Est vero & Thasium potu generosum, si modo sit vetustius altero pulcris compluribus annis.
Possem & aliis ex urbibus stillantes-uvis palmites dicere, laudareque, nec me latent illorum nomina;
sed nullum aliud, uno verbo dicam, conferri cum Lesbio vino potest.
Sunt vero, qui, quae apud ipsos nascuntur, laudare gaudent.

53. *Phoenicii* vini, (sive *palmei*) meminit etiam Ephippus: *Nuces, mala punica, palmulae, alia bellaria, doliolaque vini Phoenicii.* Et rursus:

Phoenicii vini doliolum aliquod apertum est.

Meminit eius & Xenophon, in Cyri Expeditione. *Mendaei* vini Cratinus facit mentionem:

Nunc sicubi Mendaeum videt pubescens modo,
sequitur ille villum; & consecutus, ait:
Heu mihi! quam molle, quamque album! tres-ne partes feret?

Ἑρμιππος δέ που ποιεῖ τὸν Διόνυσον πλειόνων μεμνη- e
μένον·

Μενδαίῳ μὲν ἐνσυροῦσιν καὶ οἱ θεοὶ αὐτοὶ
στρώμασιν ἐν μαλακοῖς. Μάγνητα δὲ μειλιχόδωρον,
καὶ Θάσιον, τῷ δὴ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμὴ,
τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον
τῶν ἄλλων οἴνων, μετ' ἀμύμονα Χῖον ἄλυπον.
Ἔστι δέ τις οἶνος, ὃν δὴ Σαπρίαν καλέουσιν,
οὗ καὶ ἀπὸ στόματος, στάμνων ὑπανοιγομενάων,[1]
ὄζει ἴων, ὄζει δὲ ῥόδων, ὄζει δὲ ὑακίνθου
ὀσμὴ θεσπεσία, κατὰ πᾶν δ' ἔχει ὑψιρεφὲς δῶ f
ἀμβροσία καὶ νέκταρ ὁμοῦ. τοῦτ' ἐστὶ τὸ Νέκταρ.
τούτου χρὴ παρέχειν πίνειν ἐν τῇσι θαλείῃς
τοῖσιν ἐμοῖσι φίλοις· τοῖς δ' ἐχθροῖς, ἐκ Πεπαρήθου.

Φησὶ δὲ Φανίας ὁ Ἐρέσιος, Μενδαίους τοὺς βότρυς ἐπὶ

1 Nude vulgo ἀνοιγομ.

Hermippus vero alicubi Bacchum inducit plura vinorum genera commemorantem:

Mendaeo quidem diffluunt Dei etiam ipſi
mollibus in ſtragulis. Magneſium vero placidum,
& Thaſium, quod pomi ſpirat odorem,
hoc ego longe omnium iudico eſſe optimum
aliorum vinorum, poſt Chium praeſtantiſſimum ſaniſſimumque.
Eſt vero vinum aliquod, Saprian quod vocant,
cuius a ſuperficie, dolio ſubaperto,
ſpirat violarum, ſpirat roſarum, ſpirat hyacinthi
odor divinus, totamque domum occupat
ambroſia & nectar. Eſt hoc, Nectar ipſum.
Hoc praebere oportet lautis in epulis
meis amicis; inimicis vero Peparethium.

Phanias vero Ereſius tradit, Mendaeos uvas in ipſa

τῇ ἀμπέλῳ ῥαίνειν τῷ ἐλατηρίῳ· διὸ γίνεσθαι τὸν οἶνον μαλακόν. [1]

LIV. Persarum regum dona.

Ὅτι Θεμιστοκλῆς ὑπὸ βασιλέως ἔλαβεν δωρεὰν τὴν Λάμψακον εἰς οἶνον, Μαγνησίαν δ' εἰς ἄρτον, Μυοῦντα δ' εἰς ὄψον, Περκώπην δὲ καὶ τὴν Παλαισκῆψιν εἰς στρωμνὴν καὶ ἱματισμόν. ἐκέλευσε δὲ τούτῳ, στολὴν Φορεῖν βαρβαρικὴν, ὡς καὶ Δημαράτῳ, a δοὺς τὰ πρότερον ὑπάρχοντα, [2] καὶ στολὴν γάμβριον [3] προσθεὶς, ἐφ' ᾧτε μηκέτι Ἑλληνικὸν ἱμάτιον περιβάληται. καὶ Κῦρος δὲ, ὁ μέγας, Πυθάρχῳ τῷ Κυζικηνῷ, φίλῳ ὄντι, ἐχαρίσατο ἑπτὰ πόλεις, ὡς φησιν ὁ Βαβυλώνιος Ἀγαθοκλῆς· Πήδασον, Ὀλύμπιον, Κάμαν, Τῖον, [4] Σκῆπτρα, Ἀρτύψον, Τορτύρην. ὁ δ' εἰς ὕβριν, φασὶ, [5] καὶ ἄνοιαν προελθὼν, τυραννεῖν ἐπεχείρησε τῆς πατρίδος, στρατιὰν συναγαγών. καὶ οἱ Κυ-

1 μαλακτικὸν corrigunt viri docti. 2 πρότ. αὐτῷ ὑπάρχοντα legit Casaub. 3 γάμβρειον Suid. 4 Vulgo una voce Καμάντιον. 5 Forſ. φησὶ, *ut ait idem.*

vite adſpergere elaterio; inde vinum fieri molle. [*ſive*, alvum molliens.]

54. Themiſtocles a Rege dono accepit Lampſacum, unde vinum haberet; Magneſiam, unde panem; Myuntem, unde obſonium; Percopen & Palaeſcepſin, unde ſtragulas & veſtem. Iuſſit vero eumdem rex ſtola uti barbarica, quemadmodum & Demaratum iuſſerat; deditque ei quae [huic] antea dederat, adiecta inſuper ſtola quali regis generi conſueverant uti, ea conditione ut numquam poſthac Graeco veſtitu uteretur. Etiam Cyrus, magnus ille, Pytharcho Cyziceno, qui ei amicus erat, ſeptem urbes dono dedit, ut Agathocles refert Babylonius, Pedaſum, Olympium, Camam, Tium, Sceptra, Artypſum, Tortyren. Quibus opibus inſoleſcens ille, & ad veſaniam uſque progreſſus, patriae tyrannidem adfectaſſe dicitur, coactis adverſus eam copiis. At

ζικηνοὶ ἐξορμήσαντες ἐπ' αὐτὸν ἐβοηδρόμουν, πρόπροσσοι φερόμενοι ἐπὶ τὸν κίνδυνον. Τιμᾶται δὲ παρὰ Λαμψακηνοῖς ὁ Πρίαπος, ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διονύσῳ, ἐξ ἐπιθέτου καλούμενος οὕτως, ὡς Θρίαμβος καὶ Διθύραμβος. b

Ὅτι Μιτυληναῖοι τὸν παρ' αὐτοῖς γλυκὺν οἶνον, πρόδρομον καλοῦσιν· ἄλλοι δὲ πρότροπον. [1]

LV. Vinum Pramnium.

Θαυμάζεται δὲ καὶ ὁ Ἰκάριος οἶνος. ὡς Ἄμφις·

Ἐν Θουρίοις τ' οὔλαιον, ἐν Γέλᾳ φακῆ·
Ἰκάριος οἶνος, ἰσχάδες Κιμώλιαι.

Γίνεται δὲ ἐν Ἰκάρῳ, φησὶν Ἐπαρχίδης, ὁ Πράμνειος. ἔστι δὲ οὗτος, γένος τι οἴνου· καὶ ἔστιν οὗτος οὔτε γλυκὺς, οὔτε παχὺς, ἀλλ' αὐστηρὸς, καὶ σκληρὸς, καὶ c δύναμιν ἔχων διαφέρουσαν· οἷῳ Ἀριστοφάνης οὐχ ἥδεσθαι Ἀθηναίους φησὶ, λέγων „τὸν Ἀθηναίων δῆμον οὔτε ποιηταῖς ἥδεσθαι σκληροῖς καὶ ἀστεμφέσιν, οὔτε πραμνίοις σκληροῖσιν οἴνοις, συνάγουσι τὰς ὀφρῦς

1 Post πρότροπον addunt vulgo ἢ πρόδρομον. 2 φακοὶ vulgo h. l.

Cyziceni adverſus eum egreſſi, valido continuoque impetu facto, ſibi ipſi ſaluti fuere. Lampſaceni *Priapum* venerantur, qui cum Baccho idem eſt, illoque nomine tamquam adiectivo cognominatur, haud ſecus ac Thriambus & Dithyrambus.

Mitylenaei dulce vinum, quod apud eos paratur, *prodromum* vocant; alii vero *protropum*.

55. Laudatur vero etiam Icarium vinum. Sic Amphis:

In Thuriis olivum, Gelae lenticula,
Icarium vinum, caricae Cimoliae.

Paratur autem, ut ait Eparchides, in Icaro *Pramnium*. Eſt autem hoc vini genus, neque dulce, neque craſſum, ſed auſterum & durum, & inſigniter vehemens; quali non delectari Athenienſes ait Ariſtophanes, dicens, *Populo Athenienſi nec poëtas placere duros atque aſperos, nec Pramnia vina dura, quae & ſupercilia & alvum contrahant;*

τε καὶ τὴν κοιλίαν· ἀλλ' ἀνθοσμίαν, καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ." Εἶναι γὰρ ἐν Ἰκάρῳ, φησὶ Σῆμος, Πράμνιον πέτραν, καὶ παρ' αὐτῇ ὄρος μέγα, ἀφ' οὗ τὸν Πράμνιον οἶνον, ὃν καὶ φαρμακίτην τινὰς καλεῖν. d ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Ἴκαρος πρότερον Ἰχθυόεσσα, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τῶν ἰχθύων πλῆθος· ὡς καὶ Ἐχινάδες, ἀπὸ τῶν ἐχίνων· καὶ Σηπιὰς ἄκρα, ἀπὸ τῶν περὶ αὐτὴν σηπιῶν· καὶ Λαγοῦσσαι νῆσοι, ἀπὸ τῶν ἐν αὐταῖς λαγῶν· καὶ ἕτεραι Φυκοῦσσαι, καὶ Λοπαδοῦσσαι, ἀπὸ τῶν παραπλησίων. προσαγορεύεται δὲ, φησὶν Ἐπαρχίδης, ἡ ἄμπελος, ἡ τὸν Ἰκάριον Πράμνιον φέρουσα, ὑπὸ τῶν ξένων μὲν Ἱερὰ, ὑπὸ δὲ τῶν Οἰνοέων [1] Διονυσιάς. Οἰνόη δὲ πόλις ἐν τῇ νήσῳ ἐστί. Δίδυμος δὲ Πραμνιόν φησιν οἶνον, ἀπὸ πραμνίας ἀμπέλου οὕτω e καλουμένης. οἱ δὲ, ἰδίως τὸν μέλανα. ἔνιοι δὲ, ἐν τῷ καθόλου, τὸν πρὸς παραμονὴν ἐπιτήδειον, οἱονεὶ παρα-

1 Forſ. Οἰναίων.

ſed odoratum vinum; miteque & nectariſtillum. Eſſe enim in Icaro, ait Semus, Pramnium ſcopulum, iuxtaque eum montem ſpatioſum, unde Pramnium fit vinum, quod & *medicatum* a nonnullis nominetur. Erat autem Icaro inſulae prius nomen Ἰχθυόεσσα, id eſt *Piſcoſa*, a piſcium copia qui circa eam gignuntur: quemadmodum & Echinades ab Echinis nomen habent, & Sepias promontorium a ſepiis, & Laguſſae inſulae a leporibus, qui eam incolunt; & aliae Phycuſſae, & Lopaduſſae, ſimilibus de cauſſis. Vitis autem, quae fert Icarium Pramnium, ab exteris *Sacra* adpellatur, ut ait Eparchides; ab Oenoënſibus vero *Dionyſias*. Eſt autem Oenoë eiuſdem inſulae oppidum. Didymus vero Pramnium vinum a Pramnia vite, quam vocant, nomen ait habere. Alii vero proprie nigrum vinum ita nominatum aiunt; alii generatim illud, quod in longum tempus duret, quaſi παραμένιον

μένιον ὄντα. οἱ δέ, τὸν πραΰνοντα τὸ μένος, ἐπεὶ οἱ πιόντες προσηνεῖς.

LVI. Vinorum varia genera.

Ἐπαινεῖ δ' Ἄμφις καὶ τὸν ἐξ Ἀκάνθου πόλεως οἶνον, λέγων·

— — — Α. Ποδαπὸς εἶ, φράσον.
[Β. Ἀκάνθιός γ'. Α.] Ἀκάνθιος; εἶτα, πρὸς θεῶν,
οἴνου πολίτης ὢν κρατίστου, στρυφνὸς εἶ·
καὶ τοὔνομ' αὐτὸ τῆς πατρίδος ἐν τοῖς τρόποις
ἔχεις, τὰ δ' ἤθη τῶν πολιτῶν οὐκ ἔχεις.

Κορινθίου οἴνου δ' Ἀλεξις μνημονεύει, ὡς σκληροῦ· f
Οἶνος ξενικὸς παρῆν· ὁ γὰρ Κορίνθιος
βασανισμός ἐστι.

Καὶ Εὐβοϊκοῦ δέ· „πολὺν πιὼν Εὐβοϊκὸν οἶνον.“ Ἀρχίλοχος τὸν Νάξιον τῷ νέκταρι παραβάλλει· ὃς καί που φησίν·

Ἐν δορὶ μέν μοι μάζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος

(id est, *durans*, *manens*,) dicas. Alii a mitigando animo (πραΰνειν τὸ μένος) derivant nomen; quod *mitigentur* eorum, qui illud bibunt, *animi*.

56. Laudat Amphis etiam vinum ex Acantho oppido oriundum, dicens:

A. *Dic, cuiâs es?*
[B. *Acanthius.* A.] *Acanthius? tu, per Deos,*
vini civis optimi, ferus & acerbus es:
tu civitatis moribus nomen tuae [*acanthi*, id est, *spinae*,]
refers: tuorum civium ingenium deest.

Corinthii vini Alexis, ut duri & asperi, meminit:

Vinum adfuit peregrinum: etenim Corinthium
tormenti cruciatus est.

Idem & *Euboici: Multum vini bibens Euboici.* Archilochus *Naxium* vinum nectari confert. Idemque alicubi ait:

Hasta mihi maza subacta est; hasta mihi vinum

Ἰσμαρικός. πίνω δ' ἐν δουρὶ [1] κεκλιμένος. —

Στράττις δὲ τὸν Σκιάθιον ἐπαινεῖ·

Οἶνος κοκκύζει [2] τοῖς ὁδοιπόροις πιεῖν,
μέλας Σκιάθιος, ἴσον ἴσῳ κεκραμένος.

Ἀχαιὸς δὲ τὸν Βίβλινον· Biblinum vinum.

a Ἐδεξιοῦτο Βιβλίνου μέθυος [3] ἐκπώματι.

Καλεῖται δὲ οὕτως ἀπό τινος χωρίου, οὕτω προσαγορευομένου. Φησὶ δὲ καὶ Φιλύλλιος, ὅτι

— Παρέξω Λέσβιον, Χῖον, σαπρὸν
Θάσιον, Βίβλινον, Μενδαῖον, ὥστε κραιπαλᾶν
μηδένα. [4]

Ἐπίχαρμος δὲ ἀπό τινων ὀρῶν Βιβλίνων φησὶ αὐτὸν ὠνομάσθαι. Ἀρμενίδας δὲ τῆς Θρᾴκης φησὶν εἶναι χώραν τὴν Βιβλίαν, ἣν αὖθις Τισάρην [5] καὶ Οἰσύμην προσαγορευθῆναι. ἐπιεικῶς δὲ ἡ Θρᾴκη ἐθαυμάζετο ὡς

1 Vulgo δορί. 2 Οἶνος κοκκίζει mssti noſtri. Rectius fuerit Κοκκύζει οἶνος, aut Οἶνος κοκύζει. 3 Βιβλίου μέθης edd. 4 Vulgo ὥστε μηδὲν κραιπαλᾶν. 5 ἣν Ἀντισάρην videtur legendum.

Iſmaricum. Bibo haſta reclinatus equidem.

Strattis vero *Sciathium* laudat:

Vinum viatorem invitat, ut bibat,
nigrum Sciathium, par pari temperatum.

Achaeus vero *Biblinum:*

Propinavit ei Biblini meri calicem.

Habet autem nomen a loco quodam ſic adpellato. Dicit vero etiam Philyllius:

Praebebo Lesbium, Chium vetuſtum,
Thaſium, Biblinum, Mendaeum, ita ut crapulae
laboret nemo veſtrûm.

Epicharmus vero a montibus quibuſdam Biblinis denominatum ait. Armenidas vero ait, Thraciae regionem eſſe Bibliam, quae & Antiſare [*ſive* Tiſare] & Oeſyme adpelletur. Merito vero ob vini ſuavitatem lauda-

ἡδύοινος, καὶ συνόλως τὰ πλησίον αὐτῆς χωρία. b

Νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο παρέστασαν οἶνον ἄγουσαι.

Ἱππίας δὲ ὁ Ῥηγῖνος τὴν εἰλεὸν καλουμένην ἄμπελον, Βιβλίαν φησὶ καλεῖσθαι· ἣν Πόλλιν τὸν Ἀργεῖον, ὃς ἐβασίλευσε Συρακουσίων, πρῶτον εἰς Συρακούσας κομίσαι ἐξ Ἰταλίας. εἴη ἂν οὖν ὁ παρὰ Σικελιώταις γλυκὺς καλούμενος Πόλλιος, ὁ Βίβλινος οἶνος. Χρησμός·

Πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις,
οὐδ' ἱερὰν Ὑπέραν, ὅθι γ' ἄτρυγον[1] οἶνον ἔπινες. c

ὠνομάζετο δὲ παρὰ Τροιζηνίοις, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ αὐτῶν Πολιτείᾳ, ἄμπελος Ἀνθηδονὶας καὶ Ὑπεριὰς, ἀπὸ Ἄνθου τινὸς καὶ Ὑπέρου, ὡς καὶ Ἀλθηφιὰς ἀπὸ Ἀλθηφίου τινὸς, ἑνὸς τῶν Ἀλφείου ἀπογόνων.

LVII. Ἀλκμὰν δέ που „ἄπυρον οἶνον, καὶ ἄνθεος ὅσδον-

1 ὅθι χ' ἄτρυγον malim.

batur Thracia, & omnino vicina ei loca.

Naves aderant e Lemno vinum advehentes.

Hippias vero Rheginus, quam vitem εἰλεὸν, id eſt *tortuoſam* vocant, eamdem *Bibliam* nominari tradit: eamque Pollin Argivum, qui Syracuſis regnavit, primum ex Italia Syracuſas invexiſſe. Fuerit igitur dulce illud vinum, quod *Pollium* Siculi adpellant, idem atque Biblinum. Vetus eſt oraculum:

Faecatum bibe vinum, quia non Anthedone degis,
nec ſacra in Hypera, quod ibi ſine facce bibiſſes.

Nominabatur vero apud Troezenios, ut in eorum republica Ariſtoteles refert, vitis quaedam Anthedonias & Hyperias, ab Antho quodam & Hypero, quemadmodum & Althephias ab Althephio quodam, uno ex Alphei poſteris.

57. Alcman vero alicubi ἄπυρον (*igne carens*) & *floris*

τα" φησὶ, τὸν ἐκ Πέντε λόφων, ὅς ἐστι τόπος, Σπάρτης ἀπέχων σταδίους ἑπτά· καὶ τὸν ἐκ Δενθιάδων, ἐρύματός τινος, καὶ τὸν ἐξ Οἰνοῦντος, καὶ τὸν ἐξ Ὀνόγλων καὶ Σταθμῶν. χωρία δὲ ταῦτα, τὰ καὶ πλη-
d σίον Πιτάνης. φησὶν οὖν· „Οἶνον δ' Οἰνουντιάδην, ἢ Δένδιν, ἢ Καρύστιον, ἢ Ὀνογλιν, ἢ Σταθμίταν." καὶ Καρύστιον μὲν,[1] τὸν ἐκ Καρύστου, ὅς ἐστι πλησίον Ἀρκαδίας. ἄπυρον δὲ εἶπε, τὸν οὐχ ἑψημένον· ἐχρῶντο γὰρ ἑφθοῖς οἴνοις. Πολύβιος δὲ διάφορον οἶνον ἐν Καπύῃ φησὶ γίνεσθαι, τὸν ἀναδενδρίτην καλούμενον, ᾧ μηδένα συγκρίνεσθαι. Ἀλκίφρων δ' ὁ Μαιάνδριος, περὶ τὴν Ἐφεσίαν φησὶν εἶναι ὀρείαν κώμην, τὴν πρότερον μὲν καλουμένην Λητοῦς,[2] νῦν δὲ Λατωρείαν, ἀπὸ Λατωρείας[3] Ἀμαζόνος· ἐν ᾗ γίνε-
e σθαι τὸν Πράμνειον οἶνον. Τιμαχίδας δὲ ὁ Ῥόδιος ὑπό-

Vinorum varia genera.

1 Duo verba Καρύστιον μὲν ex coniect. adiecta. 2 Λητοΐδα edd. 3 Λατόρειαν ἀπὸ Λατορείας Eustath.

odorem spirans. dicit vinum, quod in Quinque-collibus nascitur, qui est locus Sparta distans septem stadia: itemque quod Denthiatibus, castello quodam, & quod Oenunte, & Onoglis, & Stathmis advehitur. Sunt & haec locorum nomina, haud procul Pitane sitorum. Ait igitur: *Vinum Oenuntias, aut Denthin, aut Carystium, aut Onoglin, aut Stathmitam.* Et *Carystium* quidem illud dicit, quod est e Carysto, [Laconicae oppido] prope Arcadiam sito. *Igne-carens* vero dicit, quod non sit decoctum: nam & coctis vinis utebantur. Polybius vero praecellens vinum Capuae refert nasci, *Anadendriten* quod vocant, cum quo nullum aliud possit conferri. Alciphron Maeandrius, circa Ephesiorum fines ait esse montanum vicum, qui olim Latonae vicus fuisset dictus, nunc vero Latorea vocetur, a Latorea Amazone: in quo nasci vinum Pramnium. Ti-

χυτον τινὰ οἶνον ἐν Ῥόδῳ καλεῖ, παραπλήσιον τῷ γλυκεῖ. καὶ γλύξις δ' οἶνος καλεῖται, ὁ τὸ ἔψημα ἔχων. Πολύξηλος δὲ αὐτίτην καλεῖ οἶνον ἐν Ῥόδῳ. [1] Πλάτων δ' ὁ κωμικὸς, καπνίαν· κάλλιστος δ' οὗτος γίνεται ἐν Βενεβεντῷ, πόλει Ἰταλίας. Ἄμφις δ' οἶνος, ὁ Φαῦλος καλεῖται παρὰ Σωσικράτει. Ἐχρῶντο δ' οἱ ἀρχαῖοι καὶ πόματί τινι ἐξ ἀρωμάτων κατασκευαζομένῳ, ὃ ἐκάλουν τρίμμα. Θεόφραστος δὲ ἐν τῇ περὶ Φυτῶν ἱστορίᾳ φησὶν, ἐν Ἡραίᾳ τῆς Ἀρκαδίας γίνεσθαι οἶνον, ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι, τὰς δὲ γυναῖκας τεκνοῦσας ποιεῖ. περὶ δὲ Κερυνίαν τῆς Ἀχαΐας, ἀμπέλου τι γένος εἶναι, ἀφ' ἧς τὸν οἶνον ἐξαμβλοῦν ποιεῖν τὰς γυναῖκας τὰς ἐγκύμονας· κἂν τῶν βοτρύων δὲ, φησὶ, φάγωσιν, ἐξαμβλοῦσιν. ὁ δὲ Τροιζήνιος οἶνος ἀγόνους, φησὶ, ποιεῖ τοὺς πίνοντας. ἐν

Mirae vires vinorum quorumdam.

1 Absunt h. l. msstis nostris verba ἐν Ῥόδῳ.

machidas Rhodium quoddam vinum ὑπόχυτον vocat, (id est *suffuscum*, sive *subturbidum*) simile vino passo. Γλύξις vinum vocatur, quod coctionem expertum est. Polyzelus vero vinum aliquod Rhodium αὐτίτην vocat. (id est, *per se sincerum*.) Plato vero Comicus *capnian* memorat. (quasi *fumosum* dicas.) Optimum autem hoc paratur Beneventi, Italiae oppido. *Amphis vinum* autem, pravum vocatur apud Soſicratem. Utebantur vero veteres etiam potu quodam ex aromatibus parato, quod *trimma* vocabant. Porro Theophraſtus in Plantarum Hiſtoria ſcribit, Heraeae in Arcadia vinum naſci, quod bibentibus viris inſaniam importet, foeminis foecunditatem: circa Ceryniam vero Achaiae vitem quamdam eſſe, cuius vinum praegnantibus foeminis partum abigat; atque etiam, ſi uvis modo veſcantur, abortire eas ait. Troezenium vero vinum ad procreandam ſobolem, inquit, inhabiles reddit bibentes. In Thaſo au-

Θάσῳ δὲ, λέγει, ὡς αὐτοὶ ποιοῦσιν οἶνόν τινα ὑπνωτικὸν, [1] καὶ ἕτερον ἀγρυπνεῖν ποιοῦντα τοὺς πίνοντας.

LVIII. Vinum odoratum.

Περὶ δὲ τῆς τοῦ ἀνθοσμίου οἴνου σκευασίας, Φανίας ὁ Ἐρέσιός φησι τάδε· „Γλεύκει παρεγχεῖται [2] a παρὰ [3] τοὺς πεντήκοντα εἰς θαλάσσης, καὶ γίνεται ἀνθοσμίας.“ καὶ πάλιν· „Ἀνθοσμίας γίνεται ἐκ νέων ἀμπέλων ἰσχυρώτερος, ἢ ἐκ παλαιῶν.“ ἑξῆς τε φησί· „τοὺς ὁμοφακώδεις συμπατήσαντες, ἀπέθεντο· καὶ ἀνθοσμίας ἐγένετο.“ Θεόφραστος δ'· „ἐν Θάσῳ, φησὶ, τὸν ἐν τῷ πρυτανείῳ διδόμενον, θαυμαστὸν εἶναι τὴν ἡδονήν· ἠρτυμένος γάρ ἐστιν. ἐμβάλλουσι γὰρ εἰς τὰ κεράμια [4] σταῖς μέλιτι φυράσαντες, ὥς τε τὴν ὀσμὴν ἀπ' αὐτοῦ, τὴν δὲ γλυκύτητα ἀπὸ τοῦ σταιτὸς λαμβάνειν τὸν οἶνον.“ καὶ ἑξῆς δὲ φησίν· b „ἐάν τις κεράσῃ σκληρὸν καὶ ἄοσμον μαλακῷ καὶ εὐόσμῳ, καθάπερ τὸν Ἡρακλεώτην καὶ τὸν Ἐρυθραῖον·

1 Forſ. ὑπνωτικόν. 2 παραχεῖται mss. noſtri. 3 περὶ edd. & mss. 4 Alter codex τοὺς κεράμους. τὸ κεράμιον edd.

tem duplex vinum arte parari ſcribit: alterum, quod ſomnum adferat; alterum, quod vigilare faciat bibentes.

58. De Anthoſmiae (ſive Odorati vini) paratione, haec ſcribit Phanias Ereſius: *Quinquaginta muſti partibus adfunditur una pars aquae marinae; ita fit anthoſmias.* Tum rurſus: *Valentior fit anthoſmias ex novellis vitibus, quam ex vetuſtis.* Et paulo poſt: *Conculcatis ante maturitatem uvis, repoſuerunt vinum: inde anthoſmias factum.* Theophraſtus ſcribit: *quod apud Thaſios in Prytanei convictu publico praebetur vinum, eſſe mirifice iucundum, quia conditum ſit immiſſa in fictilia dolia farina triticea melle ſubacta, ut odorem ex ſeſe vinum iaciat, dulcedinem vero ex iniecta farina trahat.* Subiicit mox dein idem auctor: *Inodorum ſi quis & durum miſceat cum molli & fragranti, velut cum Heracleotico Erythraeum,* [*iucundam fore ac ſalubrem eiuſmodi mixturam,*] *quod alterum leni-*

τοῦ μὲν τὴν μαλακότητα, τοῦ δὲ τὴν εὐστομαχίαν παρεχομένου. " Μυρτίτης δὲ, ἢ μυρρίνης οἶνος, κεῖται παρὰ Ποσειδίππῳ·

Διψηρὸς, ἄτοπος, ὁ μυρρίνης ὁ τίμιος.

Καὶ Ἑρμῆς δ', εἶδος πόσεως παρὰ Στράττιδι. Χαιρέας δὲ, ἐν Βαβυλῶνι οἶνόν φησι γίνεσθαι, τὸν καλούμενον νέκταρ.

Ἦ γὰρ ἔπος τόδ' ἀληθὲς, ὅτ' οὐ μόνον ὕδατος αἶσαν,
ἀλλά τι καὶ λέσχης οἶνος ἔχειν ἐθέλει. c

Οὐ γὰρ[1] ἀπόβλητον Διονύσιον, οὐδὲ γίγαρτον· ὁ Κεῖος φησι ποιητής.

LIX. Τῶν οἴνων ὁ μὲν λευκὸς, ὁ δὲ κιρρὸς, ὁ δὲ μέλας. καὶ ὁ μὲν λευκὸς, λεπτότατος τῇ φύσει, οὐρητικὸς, θερμὸς, πεπτικός τε ὢν, τὴν κεφαλὴν ποιεῖ διάπυρον· ἀνωφερὴς γὰρ ὁ οἶνος. ὁ δὲ μέλας, ὁ μὴ γλυκάζων, τροφιμώτατος, στυπτικός· ὁ δὲ γλυκάζων, καὶ

Diverſorum vinorum vires.

1 Οὐδὲ γὰρ vulgo. Forſ. οὐδὲν ἀποβλ.

tatem conferat, altero ventriculus roboretur. Apud Poſidippum memoratum legitur *Myrtinum* vinum, ſive *Myrrhinum:*

Siticuloſum abſurdumque eſt celebre illud myrrhinum.

Item *Hermes*, potionis genus, occurrit apud Strattidem. Chaereas vero, Babylone, ait, vinum parari, quod Nectar adpelletur.

Verum profecto verbum eſt: non modo aquae partem,
ſed confabulationis etiam, vinum habere cupit.

Nullum abiiciendum Bacchi donum, ne vinaceus quidem;

ait Ceus poëta.

59. Vinorum aliud album, aliud gilvum eſt, aliud nigrum. Et album quidem, natura tenuiſſimum eſt, urinam movens, calidum: &, dum concoctionem iuvat, igneum quemdam calorem adfert capiti; nam ad ſuperiora tendit hoc vinum. Nigrum vinum, quod quidem dulce non eſt, valide nutrit, & adſtringit: dulce vero,

τῶν λευκῶν καὶ τῶν κιρρῶν τροφιμώτατος. λεαίνει γὰρ [1] κατὰ τὴν πάροδον, καὶ παχύνων τὰ ὑγρὰ μᾶλ-
d λον, κεφαλὴν ἧττον παρενοχλεῖ. ὄντως γὰρ ἡ τοῦ γλυκέος οἴνου φύσις ἐγχρονίζει περὶ τὰ ὑποχόνδρια, καὶ πτυέλου ἐστὶν ἀναγωγὸς, ὡς Διοκλῆς καὶ Πραξαγόρας ἱστοροῦσι. Μνησίθεος δ' ὁ Ἀθηναῖος φησίν· „Ὁ μέλας οἶνος ἐστὶ θρεπτικώτατος· ὁ δὲ λευκὸς, οὐρητικώτατος καὶ λεπτότατος· ὁ δὲ κιρρὸς, ξηρὸς, καὶ τῶν σιτίων πεπτικώτερος.“ Οἱ δ' ἐπιμελέστερον τε-
e θαλαττωμένοι οἶνοι, ἀκραίπαλοί τε εἰσὶ, καὶ κοιλίαν λύουσιν, ἐπιδάκνουσί τε τὸν στόμαχον, ἐμφυσήσεις τε ἐνεργάζονται, καὶ συγκατεργάζονται τὴν τροφήν. τοιοῦτος δ' ἐστὶν ὅ τε Μύνδιος, καὶ ὁ ἀπὸ Ἁλικαρνασσοῦ. ὁ γοῦν κυνικὸς Μένιππος, ἁλμοπότιν τὴν Μύνδον φησίν. ἱκανῶς δὲ καὶ ὁ Κῶος τεθαλάττωται. καὶ ὁ Ῥόδιος δὲ, ἐλάττονος μὲν τετύχηκε θαλάσσης, ὁ δὲ

1 λεαίνει δὲ suspicatus sum.

magis nutrit quam ullum ex albis vel gilvis. [*sive:* quod vero dulce est, (etiam ex albis vinis & gilvis) id omnium maxime nutrit.] Mitigat autem vasa per quae transit; & humores magis spissans, capiti minus incommodat. Nam vini vere dulcis subitantia circa praecordia moratur, & sputum educit, ut Diocles tradit & Praxagoras. Mnesitheus vero Athenienſis ait: *Nigrum vinum alit copiosissime; album tenuissimum est, urinasque ciet valentissime; gilvum siccum est, & inprimis utile concoctioni.* Quae vero marina aqua diligentius condita sunt, caput nulla crapula gravant, alvum solvunt, ventriculum mordent, flatus gignunt, concoctionem cibi promovent. Tale est Myndium & Halicarnasseum: quare Menippus Cynicus Myndum *marinae-aquae-potatricem* adpellat. Coum etiam vinum marina aqua satis temperatur, Rhodium minori copia marinam aquam accipit: sed ut plurimum inutile

πολὺς αὐτοῦ ἀχρεῖος ἐστίν. ὁ δὲ νησιώτης εἴς τε τοὺς πότους ἐστὶν εὖ πεφυκὼς, καὶ πρὸς τὴν καθημερινὴν χρῆσιν οὐκ ἀνοίκειος. ὁ δὲ Κνίδιος, αἵματος γεννητικὸς, τρόφιμος, κοιλίαν εὔλυτον κατασκευάζων· πλείων δὲ πινόμενος, ἐκλύει τὸν στόμαχον. ὁ δὲ Λέσβιος στύψιν μικροτέραν ἔχει, καὶ μᾶλλον οὐρεῖται. χαριέστερος δ' ἐστὶν ὁ Χῖος· καὶ τοῦ Χίου, ὁ καλούμενος Ἀρυούσιος. [1] διαφοραὶ δὲ αὐτοῦ εἰσι τρεῖς. ὁ μὲν γὰρ αὐστηρός ἐστιν, ὁ δὲ γλυκάζων· ὁ δὲ μέσος τούτων τῇ γεύσει, αὐτόκρατος καλεῖται. ὁ μὲν οὖν αὐστηρὸς εὐστομός ἐστι, καὶ τρόφιμος, [2] καὶ μᾶλλον οὐρεῖται. ὁ δὲ γλυκάζων, τρόφιμος, πλήσμιος, κοιλίας μαλακτικός. ὁ δ' αὐτόκρατος, τῇ χρείᾳ μέσος ἐστί. κοινῶς δ' ὁ Χῖος, πεπτικὸς, τρόφιμος, αἵματος χρηστοῦ γεννητικὸς, προσηνέστατος, πλήσμιος, διὰ τὸ πολὺς [3]

1 Ἀριούσιος edd. 2 An καὶ ἧττον τρόφιμος? 3 Vulgo πολὺ edd. & mss. Sed vide ne παχὺς oportuerit.

eſt iſtud vinum. Inſularia vina compotationibus perapta, & ad quotidianum uſum haud incommoda. Cnidium vinum ſanguinem gignit, multum nutrit, alvum leniter mollit; ſed nimia copia hauſtum, reſolvit ventriculum. Lesbium modice adſtringit, celerius per urinam tranſit. Maior vero gratia Chio, & ei praeſertim ex Chio, quod Aryuſium [*ſive* Arviſium] vocatur. Eſt autem huius differentia triplex: eſt enim unum genus auſterum, alterum dulce, tertium inter haec medium, quod αὐτόκρατον (quaſi *per ſe temperatum*) vocatur. Et auſterum quidem palato adridet, [minus] nutrit, per urinam facile expellitur. Dulce, largiter nutrit, ſtomachum implet, alvum mollit. Autocraton vero, uſu & viribus medium eſt. At in commune, Chium ad concoctionem valet, copioſe nutrit, ſanguinem bonum generat, mitiſſimum eſt, ſtomachum implet, eo quod plurimum virium habet. Omnium

εἶναι τῇ δυνάμει. Τῶν δ' οἴνων χαριέστατος, ὁ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἀλβανὸς, καὶ ὁ Φαλερνίτης.[1] ὁ δὲ τούτων πεπαλαιωμένος, καὶ κεχρονικὼς, Φαρμακώδης ὢν, καροῖ λίαν ταχέως. ὁ δὲ Ἀδριανὸς καλούμενος, εὔπνους, εὐανάδοτος, ἄλυπος τὸ σύνολον. οἰνοποιητέον δὲ αὐτοὺς πρό τινος χρόνου, καὶ εἰς ἀναπεπταμένον
b τόπον θετέον, εἰς τὸ διαπνεῦσαι τὸ παχὺ[2] τῆς δυνάμεως αὐτῶν. Χαριέστατος δ' οἶνος εἰς παλαίωσιν, ὁ Κερκυραῖος. ὁ δὲ Ζακύνθιος, καὶ ὁ Λευκάδιος, διὰ τὸ γύψον λαβεῖν, καὶ κεφαλὴν ἀδικοῦσιν. ὁ δὲ ἀπὸ Κιλικίας Ἀβάτης καλούμενος, κοιλίας μόνον ἐστὶ μαλακτικός. Κῴῳ δὲ, καὶ Μυνδίῳ, καὶ Ἁλικαρνασίῳ, καὶ παντὶ τῷ ἱκανῶς τεθαλαττωμένῳ συνᾴδει τὰ σκληρὰ τῶν ὑδάτων, οἷα κρηναῖα, καὶ ὄμβρια, ἐὰν ᾖ διϋλισμένα, καὶ πλείονα χρόνον καθεσταμένα. χρήσι-
c μοι δ' εἰσὶν οὗτοι Ἀθήνῃσι καὶ Σικυῶνι· ἐν ταύταις

1 Φάλερνος edd. ὁ καὶ Φαλερνίτης mss. 2 πολὺ edd.

vero vinorum ſuaviſſima ſunt Albanum & Falernum in Italia: ſed ſi quod ex his inveteravit, per longius tempus conſervatum, medicatum fit, & perquam celeriter gravedinem capiti adfert. Adrianum quod vocatur, ſuaviter ſpirat, facile digeritur, omnique moleſtia caret. Sed maturius aliquanto premenda ſunt iſta vina, ac deinde in aperto loco reponenda, nimia ut illorum vehementia diffletur. Iucundiſſimum vinum, ubi conſenuit, Corcyraeum eſt. Zacynthium vero & Leucadium, quia gypſum recipiunt, caput etiam offendunt. E Cilicia quod Abaten vocant, alvi tantum laxandi vim habet. Coo, Myndio, Halicarnaſſeo, & cuivis conveniente aquae marinae copia condito, duriores congruunt aquae; ut fontana, & pluvia, ſi percolata ſit & per ſatis longum tempus ſteterit, quo ſubſidere potuerint quae aliena ſunt. Quare Athenis & Sicyone maxime uſui apta ſunt iſta

γὰρ σκληρὰ τὰ τοιαῦτα ὕδατα. τοῖς δὲ θαλασσίοις [1] τῶν οἴνων, καὶ τοῖς παρέχουσιν ἱκανωτέραν στύψιν, ἔτι δὲ [2] τῷ Χίῳ καὶ Λεσβίῳ, τὰ ἀποιώτατα τῶν ὑδάτων εὐθετεῖ.

LX. Aegyptia vina.

Ὦ γλῶσσα, σιγήσασα τὸν πολὺν χρόνον,
πῶς δῆτα τλήσῃ [3] πρᾶγμ' ὑπεξελθεῖν τόδε;
Ἡ τῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἐμβριθέστερον,
ὑφ' ἧς τὸ κρυφθὲν ἐκφανεῖς ἀνάκτορον· [4]

φησὶ Σοφοκλῆς.

Ὅτι ὁ Μαρεώτης οἶνος, ὁ Ἀλεξανδρεωτικὸς, τὴν d μὲν προσηγορίαν ἔσχεν ἀπὸ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κρήνης Μαρείας, καὶ τῆς παρ' αὐτὴν πόλεως ὁμωνύμου, ἡ πρότερον μὲν ἦν μεγίστη, νῦν δὲ κώμη [5] περιελείφθη [6] μέγεθος· τὴν προσηγορίαν λαβοῦσα ἀπὸ Μάρωνος, ἑνὸς τῶν μετὰ Διονύσου τὰς στρατείας πεποιη-

1 An τοῖς δὲ ἀθαλάσσοις? 2 Desunt editis duae voces ἔτι δέ. 3 τλήσει scribit Brunck. Mox cum eodem ἐπεξελθεῖν malim. 4 ἀνακτόρων Grot. 5 Forſ. κώμης. 6 περιείληφε habent noſtri codd.

vina, quoniam ſunt ibi durae eiuſmodi aquae. Quibus vero vinis [parcius] admixta eſt maris aqua, & eis quae potentius adſtringunt, itemque Chio & Lesbio, convenit leviſſima aqua, ſaporis omnis odoriſque expers.

60. *O lingua, tanto quae taces iam tempore,*
quî tale factum audebis tandem eloqui?
Certe neceſſitatis immenſum eſt onus,
herile quae te cogit arcanum prodere.

Sophoclis iſta verba ſunt.

Marcoticum vinum, quod Alexandrinum vulgo vocant, nomen habet a fonte Alexandrini agri Marea, & cognomine iuxta illum oppido, quod olim quidem maximum fuit, nunc vero nonniſi vici magnitudinem reliquam habet; cui nomen dedit Maro, unus ex iis qui cum

μένων. πολλὴ δὲ ἡ περὶ τὴν γῆν ταύτην ἄμπελος, ἧς καὶ ἡ σταφυλὴ πάνυ βρωθῆναι εὔστομος, καὶ ὁ γινόμενος οἶνος κάλλιστος· λευκός τε γὰρ, καὶ ἡδὺς, εὔπνους, εὐανάδοτος, λεπτὸς, κεφαλῆς οὐ καθικνούμενος, διουρητικός. Τούτου δὲ καλλίων ὁ Ταινιωτικὸς καλούμενος. ταινία δ' ἐστὶν ἐπιμήκης περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους, ἀφ' ἧς οἱ γινόμενοι οἶνοι εἰσὶ μὲν ἠρέμα ὑπόχλωροι, ἐμφαίνοντές τι ἐν αὐτοῖς λιπαρὸν, ὃ κατὰ τὴν τοῦ ὕδατος κρᾶσιν ἀναλύεται κατὰ βραχὺ, ὡς καὶ τὸ μέλι τὸ Ἀττικὸν ἀνακιρνάμενον. οὗτος ὁ Ταινιωτικὸς, πρὸς τῷ ἡδὺς εἶναι, ἔχει τι καὶ ἀρωματῶδες, ἠρέμα ἐπιστύφον. ἡ δὲ περὶ τὸν Νεῖλον ἄμπελος, πλείστη μὲν αὐτὴ, ὅσος καὶ ὁ ποταμός. καὶ πολλαὶ τῶν οἴνων αἱ ἰδιότητες κατά τε τὰ χρώματα, καὶ τὴν προσφοράν. τούτους δ' ὑπερβάλλει ὁ κατὰ Ἀντυλλαν

Baccho expeditionem ſuſceperunt. Frequens in eo tractu vinea eſt. Uva, cum manditur, ſaporis iucundiſſimi: vinumque, quod inde premitur, praeſtantiſſimum: eſt enim album & ſuave, iucundum ſpirans odorem, per venas promte diſtribuitur, tenue, caput minime tentans, urinam pellens. Huius tamen praeſtantiam ſuperat illud, quod *Taenioticum* vocatur. Eſt enim ibidem locorum oblonga quaedam veluti taenia; in qua quae vina gignuntur, nonnihil pallida ſunt, & pingue quidpiam prae ſe ferunt, quod aqua mixta paulatim diluitur, haud ſecus atque mel Atticum aqua addita liqueſcit. Vinum hoc Taenioticum, praeterquam quod potu ſuave eſt, habet etiam nonnihil aromatici, quod leniter adſtringit. Sunt etiam circa Nilum, & per totum quidem tractum quo ille labitur, frequentes vites: quarum vina multum inter ſe differunt, cum colore, tum ſapore. Inter quae eminet illud, quod circa Antyllam naſcitur oppidum,

πόλιν, (οὐ μακρὰν οὖσαν Ἀλεξανδρείας,) ἧς τοὺς φόρους οἱ τότε βασιλεῖς, Αἰγύπτιοί τε καὶ Πέρσαι, ταῖς γαμεταῖς ἐδίδοσαν εἰς ζώνας. ὁ δὲ κατὰ τὴν Θηβαΐδα, καὶ μάλιστα ὁ κατὰ τὴν Κόπτον πόλιν, οὕτως ἐστὶ λεπτὸς, καὶ εὐανάδοτος, καὶ ταχέως πεπτικὸς, ὡς τοῖς πυρεταίνουσι διδόμενος μὴ βλάπτειν.

Σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας, γύναι.

ἦν δὲ τραγικὸς ποιητὴς ὁ Ἀστυδάμας. a

LXI. Vitis inventio.

Ὅτι Θεόπομπος ὁ Χῖος τὴν ἄμπελον ἱστορεῖ εὑρεθῆναι ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τὸν Ἀλφειόν· καὶ ὅτι τῆς Ἠλείας τόπος ἐστὶν ἀπέχων ὀκτὼ σταδίους, ἐν ᾧ οἱ ἐγχώριοι κατακλείοντες τοῖς Διονυσίοις χαλκοῦς λέβητας τρεῖς κενοὺς, παρόντων τῶν ἐπιδημούντων ἀποσφραγίζονται, καὶ ὕστερον ἀνοίγοντες, εὑρίσκουσιν οἴνου πεπληρωμένους. Ἑλλάνικος δέ φησιν, ἐν τῇ Πλινθίνῃ πόλει Αἰγύπτου πρώτῃ εὑρεθῆναι τὴν ἄμπελον.

haud longe Alexandria diſtans; cuius oppidi reditus reges olim, cum Aegyptii, tum Perſae, uxoribus ſuis ad cinĉturae impenſas donare conſueverant. Quod vero in Thebaide naſcitur, praeſertim circa Copton urbem, ita tenue eſt, ac tam facile digeritur, tamque cito coquit cibos, ut febricitantibus quoque citra noxam uſus eius cuncedatur.

Te ipſa laudas, ut Aſtydamas, mulier!

Erat autem tragicus poëta Aſtydamas.

61. Theopompum Chium (ait Athenaeus) narrare, repertam vitem eſſe Olympiae iuxta Alphaeum: eſſeque locum octo ſtadia ab Elide diſtantem, ubi incolae feſtis Bacchanalium diebus tres aeneos lebetes vacuos includunt, & praeſentibus advenis obſignant; quos deinde, ubi rurſus aperiunt, vino repletos inveniunt. Hellanicus vero ſcribit, in Aegypti oppido Plinthine primum

b διὸ καὶ Δίων, ὁ ἐξ Ἀκαδημίας, Φιλοίνους φησὶ [1] καὶ φιλοπότας τοὺς Αἰγυπτίους γενέσθαι· εὑρεθῆναι τε βοήθημα παρ' αὐτοῖς, ὡς τε τοὺς διὰ πενίαν ἀπορουντας οἴνου, τὸν ἐκ τῶν κριθῶν γενόμενον πίνειν· καὶ οὕ- Hordaceum vinum.
τως ἥδεσθαι τοὺς τοῦτον προσφερομένους, ὡς καὶ ᾄδειν, καὶ ὀρχεῖσθαι, καὶ πάντα ποιεῖν ὅσα τοὺς ἐξοίνους γινομένους. Ἀριστοτέλης δέ φησι, ὅτι οἱ μὲν ἀπ' οἴνου μεθυσθέντες, ἐπὶ πρόσωπον φέρονται· οἱ δὲ τὸν κρίθινον πεπωκότες, ἐξυπτιάζονται τὴν κεφαλήν· ὁ μὲν γὰρ οἶνος καρηβαρικὸς, ὁ δὲ κρίθινος καρωτικός.

c Ὅτι δὲ Φίλοινοι Αἰγύπτιοι, σημεῖον καὶ τὸ παρὰ LXII.
μόνοις αὐτοῖς, ὡς νόμιμον, [2] ἐν τοῖς δείπνοις πρὸ πάντων Brassica, ebrietatis remedium.
ἐδεσμάτων κράμβας ἔσθειν ἑφθὰς, καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο παρασκευάζεσθαι. καὶ πολλοὶ εἰς τὰς κατασκευαζομένας ἀμεθύστους προσλαμβάνουσι τὸ τῆς κράμβης σπέρμα. καὶ ἐν ᾧ δ' ἂν ἀμπελῶνι κράμβαι φύωνται,

1 Verbum φησὶ e coniect. adieci. 2 αὐτοῖς ὂν νόμιμον malim cum Casaub.

inventam esse vitem. Quare Dion, Academicus, vinosos ac bibaces esse Aegyptios ait: inventumque apud eos remedium, ut, qui ob paupertatem vino carerent, ex hordeo confectum biberent; cuius potu adeo laetari illos, ait, ut & canant & saltent & omnia faciant similia eis, quae ebrii facere solent. Aristoteles vero scribit, qui vino temulenti sint, hos in faciem pronos ferri; qui vero zytho, in caput resupinari: *vinum enim*, ait, *caput gravat; zythum vero torporem adfert.*

62. Esse vero vino deditos Aegyptios, etiam hoc indicio est, quod apud illos solos veluti lege est sanctum, ut in coenis ante alios omnes cibos elixas brassicas comedant, quas etiam nunc hodie solent parare. Et multi in remedia, quae ad impediendam ebrietatem praeparant, brassicae semen adsumunt: & qua in vinea brassi-

ἀμαυρότερος ὁ οἶνος γίνεται. διὸ καὶ Συβαρῖται, φησὶ Τίμαιος, πρὸ τοῦ πίνειν κράμβας ἤσθιον. Ἄλεξις·

Ἐχθὲς ὑπέπινες, εἶτα νυνὶ κραιπαλᾷς.
κατανύστασον· παύσῃ γάρ. εἶτά σοι δότω d
ῥάφανόν τις ἐφθήν.

Εὔβουλος δέ που φησί·

— — — — Γύναι,
ῥάφανόν γε κομίσασ' εἰς ἐμὲ σὺ, [1] τὴν κραιπάλην
μέλλεις ἀφεῖναι πᾶσαν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖς.

Ὅτι δὲ τὴν κράμβην ῥάφανον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, Ἀπολλόδωρος δηλοῖ ὁ Καρύστιος·

Οἶδ' ὅτι καλοῦμεν ῥάφανον, ὑμεῖς [2] δ' οἱ ξένοι
κράμβην. γυναιξὶ διαφέρειν οἴει δέ τί;

Ἀναξανδρίδης·

Ἐὰν λούσησθε νῦν,

1 εἰς ἐμέσαι legit Grot. *ad vomendum.* 2 Vulgo ἡμεῖς.

ca naſcitur, in ea fit vinum exilius. Quare & Sybaritae, ut Timaeus refert, ante potum braſſicam comedere ſolebant. Alexis:

Heri bibiſti; nunc laboras crapula.
Dormita; ceſſabit malum: dein det tibi
braſſicam aliquis coctam.

Eubulus vero alicubi ait:

Braſſicam, mulier, ſi tu mihi adferas;
hanc crapulam e veſtigio diſcuſſeris,
ni fallor, omnem.

Quam *braſſicam* vocamus, eamdem *rhaphanum* a veteribus dici ſolitam, Apollodorus declarat Caryſtius:

Rhaphanum ſcio vocare nos; at hoſpites
vos Braſſicam: quid intereſſe hoc foeminis
putas?

Anaxandrides:

Si nunc lavaritis,

ῥάφανόν τε πολλὴν ἐντράγητε, [1] παύσετε [2]
τὸ βάρος, διασκεδᾶτε τὸ προσὸν νῦν νέφος
ἐπὶ τοῦ μετώπου.

Νικοχάρης·

Εἰσαύριον δ' [3] ἀντὶ ῥαφάνων ἐψήσομεν
βαλάνιον, ἵνα νῶν ἐξάρῃ τὴν κραιπάλην.

Ἄμφις·

Οὐκ ἔστιν, ὡς ἔοικε, φάρμακον μέθης
οὐδὲν τοιοῦτον, ὡς τὸ προσπεσεῖν ἄφνω
λύπην τιν'. οὕτως ἐξελαύνει γὰρ σφόδρα
τήνδ', ὥστε λῆρον [4] τὰς ῥαφάνους ὄντως [5] δοκεῖν.

Περὶ δὲ τῆς δυνάμεως ταύτης, ἣν ἡ κράμβη ποιεῖ, ἱστορεῖ καὶ Θεόφραστος, φεύγειν φάσκων καὶ ζῶσαν τὴν ἄμπελον τῆς ῥαφάνου τὴν ὀδμήν.

1 ἐντράγητε vulgo. 2 παύσεται legit Dalech. 3 Vulgo omnes εἰσαύριον ἀντὶ, absque δ'. Dein βαλανεῖον edd. *balneum lixabimus.* 4 Vulgo λήρους, (vel λῆρον,) ὥστε τὰς ῥαφ. & deest τήνδ'. 5 οὕτω δοκεῖν vulgo edd. & mssti.

rhaphanumque multam ederitis, haec mox desinet
vexare vos capitis gravedo, frontibusque insidentem
nubem dispergetis.

Nicochares:

Pro brassica cras glandulas lixabimus,
ut nobis demant crapulae aegritudinem.

Amphis:

Medicina nulla melior est temulentiae,
quam de improviso si qua moestitia accidat:
Namque ea tum facile vim temeti dissipat;
ut brassicam nil dicas, nisi ludum & iocum.

Vim istam, quam habet brassica, commemorat etiam Theophrastus; aitque, fugere quoque vitem, dum vivit, brassicae odorem.

ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΑΙ
ΚΑΤ' ΕΠΙΤΟΜΗΝ.

Ed. Caſ. C. 1. p. 35.

ΕΚ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

I. Το πολὺ τῆς ἡμέρας προσεπιμετρεῖν τῷ ὕπνῳ, οὐκ ἀ ἐῶν με οἱ λόγοι, οὓς ἀπεμνημόνευσας, ὄντες ποικίλοι. (ὕπνῳ διδόναι σχολήν.)

Vinum unde nomen habeat. Ὅτι τὸν οἶνον ὁ Κολοφώνιος Νίκανδρος, ὠνομάσθαί φησιν ἀπὸ Οἰνέως·

ATHENAEI
DEIPNOSOPHISTAE
EX VETERIS ABBREVIATORIS EPITOME.

EPITOME LIBRI SECUNDI.

[TIMOCR.] Magnam diei partem *ſomno admetiri* (id eſt, *ſomno operam dare*) non fiverunt me ſermones, varii illi ſane, quos commemoraſti.

Vinum (οἶνον) Nicander Colophonius vocatum eſſe ait ab Oeneo:

Οἰνεὺς δ' ἐν κοίλοισιν ἀποθλίψας δεπάεσσιν
οἶνον ἔκλησε. — — — —

Φησὶ δὲ καὶ Μελανιππίδης ὁ Μήλιος· [1]

Ἐπώνυμον, [2] ὦ δέσποτ', οἶνος Οἰνέως.

Ἑκαταῖος δ' ὁ Μιλήσιος, τὴν ἄμπελον ἐν Αἰτωλίᾳ
b λέγων εὑρεθῆναι, φησὶ καὶ τάδε· „Ὀρεσθεὺς ὁ Δευκαλίωνος ἦλθεν εἰς Αἰτωλίαν ἐπὶ βασιλείᾳ, καὶ κύων αὐτῷ στέλεχος ἔτεκε· καὶ ὃς ἐκέλευσεν αὐτὸ [3] κατορυχθῆναι, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἔφυ ἄμπελος πολυστάφυλος. διὸ καὶ τὸν αὐτοῦ παῖδα Φύτιον ἐκάλεσε. τούτου δ' Οἰνεὺς ἐγένετο, κληθεὶς ἀπὸ τῶν ἀμπέλων· οἱ γὰρ παλαιοὶ, φησὶν, Ἕλληνες οἴνας ἐκάλουν τὰς ἀμπέλους. Οἰνέως δ' ἐγένετο Αἰτωλός." Πλάτων δ' ἐν
c Κρατύλῳ ἐτυμολογῶν τὸν οἶνον, οἰόνουν αὐτόν φησιν εἶναι, διὰ τὸ οἰήσεως ἡμῶν τὸν νοῦν ἐμπιπλᾶν. ἢ τάχα

1 Vulgo h. l. omnes ὁ Μιλήσιος. 2 Ἐπώνυμος ed. Caſ. Dein ὦ particula deeſt msstis. 3 Vulgo αὐτόν.

Qui vinum pateras Oeneus expreſſit in amplas,
vino nomen dedit.

Melanippides vero Melius ait:

Vinum, here, ab Oeneo cognominatum.

Hecataeus Mileſius, vitem in Aetolia primum inventam tradens, haec ſcribit: „Oreſtheus, Deucalionis filius, cum in Aetoliam veniſſet occupandi regni cauſſa, canis ei caudicem peperit. Quem cum ille defodi iuſſiſſet, enata ex eo vitis eſt uvis onuſta. Inde filium ſuum *Phytium* (quaſi *vitis ſatorem*) nominavit: quo genitus eſt Oeneus, a vino nomen nactus: nam veteres Graeci, ait, vites *oenas* dicebant. Oenei vero filius Aetolus fuit." Plato vero, in Cratylo, originem vocabuli οἶνος (*vinum*) explicaturus, οἰόνουν eſſe vinum ait, indeque dictum, quod οἰήσεως, id eſt, *arroganti quadam de nobis ipſis opinione impleat mentem.* Fortaſſe vero etiam ἀπὸ τῆς ὀνήσεως

ἀπὸ τῆς ὀνήσεως κέκληται· παρετυμολογῶν γὰρ Ὅμηρος τὴν φωνὴν, ὧδέ πως φησίν·

— Ἔπειτα δέ κ' αὐτὸς ὀνήσεαι, αἴκε πίησθα.

καὶ γὰρ τὰ βρώματα ὀνείατα καλεῖν εἴωθεν, ἀπὸ τοῦ ὀνίσκειν ἡμᾶς.

II. Vini laudes.

Ὁ δὲ τῶν Κυπρίων φησὶ ποιητὴς, ὅστις ἂν εἴη·

Οἶνόν τοι, Μενέλαε, θεοὶ ποίησαν ἄριστον
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀπεσκεδάσαι μελεδῶνας.

Δίφιλος δ' ὁ κωμικὸς φησίν·

Ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε, d
Διόνυσε, καὶ σοφώτατ', ὡς ἡδύς τις εἶ·
ὃς τὸν [1] ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιεῖς μόνος,
τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν,
τὸν τ' ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασεῖν. [2]

Ὁ δὲ Κυθήριος Φιλόξενος λέγει·

1 Vulgo ὅταν & dein ποιῇς. 2 Vulgo θρασύν.

(a *iuvando*) acceperit nomen: ad quod veriverbium ſpetans Homerus, ſic dicit:

— *deinde & ipſe reficiaris, ſi biberis.*

Nam & ſimili ratione cibos ὀνείατα ſolet vocare, a verbo ὀνίσκειν, quod nos *iuvent.*

2. Cypriorum carminum auctor, quiſquis ille fuerit, ait:

Vinum, Menelaë, Dii optimum fecere remedium
mortalibus hominibus ad diſſipandas curas.

Diphilus vero Comicus:

O cunctis, qui ſapiunt, amiciſſime,
Bacche, idemque ſapientiſſime: quam tu ſuavis es!
qui, pauper ut magnifice de ſe ſentiat, facis ſolus;
qui ſupercilioſo, ut rideat, perſuades;
imbecilli, ut audeat; ignavo, fortis ut fiat.

Philoxenus Cytherius:

Εὐῤῥείτας οἶνος πάμφωνος.

Χαιρήμων δὲ ὁ τραγῳδὸς, παρασκευάζειν, φησὶ, τὸν οἶνον τοῖς χρωμένοις

γέλωτα, σοφίαν, εὐμαθίαν, εὐβουλίαν.

Ἴων δ' ὁ Χῖος φησίν·

e Ἄδαμον [1] παῖδα, ταυρωπὸν, νέον οὐ νέον,
ἥδιστον πρόπολον βαρυγδούπων ἐρώτων,
οἶνον ἀερσίπνουν, [2] ἀνθρώπων πρύτανιν.

Μνησίθεος δὲ ἔφη·

a — — — Τὸν οἶνον τοὺς θεοὺς
θνητοῖς καταδεῖξαι, τοῖς μὲν ὀρθῶς χρωμένοις,
ἀγαθὸν μέγιστον· τοῖς δ' ἀτάκτως, τοὔμπαλιν.
Τροφήν τε γὰρ δίδωσι τοῖσι χρωμένοις,
ἰσχύν τε ταῖς ψυχαῖσι καὶ τοῖς σώμασιν.
Εἰς τὴν ἰατρικήν τε χρησιμώτατον·
καὶ τοῖς ποτοῖς γὰρ φαρμάκοις κεράννυται,

1 Forſ. Ἄδαμον. 2 Forſ. ἀερσίνοον.

Large fluens vinum, omniſariis vocibus loquax.

Chaeremon, tragicus: *Vinum*, ait, *adferre bibentibus riſum, ſapientiam, docilitatem, bona conſilia.*

Ion Chius dicit:

Indomitum puerum, taurino adſpectu, iuvenem non iuvenem; ſuaviſſimum anteambulonem ſtrepentium amorum, Vinum, ſpiritus adtollens, homines gubernans.

Mneſitheus vero ait:

— — — *Dono Deûm*
obvenit vinum nobis; ingens his bonum
qui recte utuntur, aliis peſtis peſſima.
Alimentum namque praeſtat recte utentibus,
additque vires pariter animo & corpori.
Sed & ad medicinam maximos uſus habet:
miſcetur quippe poculentis remediis,

καὶ τοῖσιν ἑλκωθεῖσιν ὠφέλημ' ἔχει.
Ἐν ταῖς συνουσίαις τε ταῖς καθ' ἡμέραν,
τοῖς μὲν μέτριον πίνουσι, καὶ κεκραμένον,
εὐθυμίαν φέρει· ἂν δ' ὑπερβάλῃς, ὕβριν· b
ἐὰν δ' ἴσον ἴσῳ προσφέρῃ, μανίαν ποιεῖ·
ἐὰν δ' ἄκρατον, παράλυσιν τῶν σωμάτων.
Διὸ καὶ καλεῖσθαι τὸν Διόνυσον πανταχοῦ
Ἰατρόν· ἡ δὲ Πυθί' εἴρηκέν τισι,
Διόνυσον Ὑγιάτην καλεῖν. — —

III. Εὔβουλος δὲ ποιεῖ τὸν Διόνυσον λέγοντα·

Vini bibendi modus.

Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα,
ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον
ἔρωτος, ἡδονῆς τε· τὸν τρίτον δ' ὕπνου, c
ὃν εἰσπιόντες [1] οἱ σοφοὶ κεκλημένοι,
οἴκαδε βαδίζουσ'. Ὁ δὲ τέταρτος οὐκ ἔτι

1 Alii ἐκπιόντες.

opemque fert vulneribus praesentissimam.
Quotidianis hominum autem in conviciis,
his qui bene temperatum, nec nimium bibunt,
dat hilaritatem; ulterius, insolentiam;
si par aquae bibatur, etiam insaniam;
si purum, sideration em corporum.
Merito propterea Liber Medici nomine
passim indigitatur, atque eumdem Pythia
iussit vocari Sispitem.

3. Eubulus vero Bacchum inducit dicentem.

Tres ego crateras solos his, quibus cor sapit,
miscere soleo. Sanitatis is est sacer,
qui primus bibitur: alterum sibi vindicant
amor & voluptas: tertium poscit sopor;
quem postquam ebiberunt, qui esse sapientes volunt,
domum recedunt. Quartus, contumeliae est;

ἡμέτερος ἔστ', ἀλλ' ὕβρεος· ὁ δὲ πέμπτος, βοῆς. Mala ex vino.
ἕκτος δὲ, κώμων· ἕβδομος δ', ὑπωπίων.
ὁ δ' ὄγδοος,[1] κλήτορος· ὁ δ' ἔννατος, χολῆς.
δέκατος δὲ, μανίας, ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖ.
Πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς,
ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.

Ἐπίχαρμος δ' ἔφη·

— — — — A. Ἐκ μὲν θυσίας
d θοίνη, ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο. B. Χάριεν, ὡς γε μοι.
A. Ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένετο θυανία·[2]
ἐκ δὲ θυανίας δίκη 'γένετ', ἐκ δίκης δὲ καταδίκη,[3]
ἐκ δὲ καταδίκης πέδαι τε καὶ σφάκελος[4] καὶ ζήμια.

Πανύασις δ', ὁ ἐποποιὸς, τὴν μὲν πρώτην πόσιν ἀπο-

1 Vulgo ὄγδοος absque ὁ δ'. Unde ὄγδοος ἀναχλήτορες corr. Grot. 2 συανία ſuſpicari licebat. 3 Poſterius hemiſtychium e coniect. adiectum. 4 σφαλλὸς forſan.

non ultra noſter: quintus, vociferantium:
ſextus, nequitiae: ſugillarum, ſeptimus:
octavus eſt lictoris: nonus, bilis eſt:
decimus, furoris; tela ut mittantur quoque.
Nam Liber multus, parvo infuſus vaſculo,
ſuos potatores facile evertit e gradu.

Epicharmus vero ait;

A. *E ſacrificio natum eſt*
epulum; ex epulo, compotatio. B. *Factum gaudeo.*
A. *E compotatione, laſcivia; e laſcivia vero natum eſt convicium;*
e convicio, lis; e lite condemnatio;
e condemnatione, compedes & gangrena [ſive *cippus*] *& mulcta.*

Panyaſis, epicus poëta, primam potionem Gratiis ad-

νέμει Χάρισιν, Ὥραις, καὶ Διονύσῳ· τὴν δὲ δευτέραν, Ἀφροδίτῃ, καὶ πάλιν Διονύσῳ· Ὕβρει δὲ καὶ Ἄτῃ, τὴν τρίτην. φησὶ γοῦν· [1]

Πρῶται [2] μὲν Χάριτες τ' ἔλαχον, καὶ εὔφρονες Ὧραι,
μοῖραν, καὶ Διόνυσος ἐρίβρομος, οἵπερ ἕτευξαν.
τοῖς δ' ἔπι, Κυπρογένεια θεὰ λάχε καὶ Διόνυσος.
Ἔνθα τε κάλλιστος πότος ἀνδράσι γίνεται οἴνου,
εἴ τις μὲν πίνοι, [3] καὶ ἀπότροπος οἴκαδ' ἀπέλθοι
δαιτὸς ἀπὸ γλυκερῆς, οὐκ ἄν ποτε πήματι κύρσας. [4]
Ἀλλ' ὅτε τις μοίρης τριτάτης πρὸς μέτρον ἐλαύνοι, [5]
πίνων ἀβλεμέως· τότε δ' Ὕβριος αἶσα καὶ Ἄτης
γίνεται ἀργαλέα, κακὰ δ' ἀνθρώποισιν ὀπάζει.
Ἀλλὰ, πέπον, μέτρον γὰρ ἔχεις γλυκεροῖο ποτοῖο,
στεῖχε παρὰ μνηστὴν ἄλοχον, κοιμίζε δ' ἑταίρους·

1 Pro φησὶ γοῦν, in membranis, quae ſequentes verſus nobis obtulerunt, ſcribitur Παννύασις φησί. 2 Πράτην malles cum Hoeſch. 3 εἴ τις με πίοι habebat noſter cod. εἴ τις γε πίοι cod. Hoeſch. 4 κύρσαι habent mss. 5 ἐλαύνει cod. Hoeſch.

ſcribit & Horis & Baccho; ſecundam Veneri, ac denuo Baccho; Contumeliae vero & Noxae tertiam. Eius haec ſunt verba:

Primas Gratiae ſortitae ſunt & hilares Horae
partes, & Bacchus ſtrepitum amans, qui (vinum) pararunt.
Poſt hos Cypria Dea ſortita eſt & Bacchus.
Et tum quidem optima eſt hominibus potio vini,
cum quis, poſtquam bibit, domum reverſus abit
dulcibus ab epulis, priuſquam damnum accepit.
At ſi quis ad tertiae portionis menſuram excurrit,
bibens impotenter; tum Contumeliae ſors & Noxae
incumbit gravis, & mala ſequuntur homines.
Tu igitur, o bone! ſat enim habes dulcis liquoris,
abi caſtam ad uxorem, & cubitum mitte ſodales.

δείδια γὰρ, τριτάτης μοίρης μελιήδεος οἴνου
πινομένης, μή σ' ὕβρις ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἀέρσῃ,
ἐσθλοῖς τε ξενίοισι κακὴν θήσειε [1] τελευτήν.
Ἀλλ' ἄπιθι, καὶ παῦε πολὺν πότον. —
καὶ ἑξῆς, περὶ ἀμέτρου οἴνου·
Ἐκ γὰρ οἱ ἄτης τε καὶ ὕβριος αἶσα ὀπηδεῖ.
Κατὰ γὰρ τὸν Εὐριπίδην,
Πληγὰς ὁ κῶμος λοίδορόν θ' ὕβριν φέρει.
Ὅθεν τινὲς τὴν Διονύσου γένεσιν καὶ τὴν τῆς ὕβρεως, κατὰ ταὐτὰ γενέσθαι φασίν.

IV. Homo cum vino collatus.

e Ἄλεξις δέ που φησὶν, ὡς
Ὁμοιότατος ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν
τρόπον τιν' ἐστίν. τὸν γὰρ οἶνον τὸν νέον
πολλή γ' ἀνάγκη, καὶ τὸν ἄνδρ', ἀποζέσαι
πρώτιστον, ἀφυβρίσαι τ'· ἀπανθήσαντα δὲ, [2]

1 Mss. ἐσθλοῖς ἐν ξενίοισι κακὴν ἐπιθήσειε. 2 ἀπανθῆσαι πάλιν edd. & mssti noſtri. ἀπεινήσαντα δὲ Stob.

Vereor enim, tertiam ſi mellei vini portionem
bibere adgrederis, ne tibi Contumelia ſpiritus intus excitet,
& honeſtis hoſpitalibuſque epulis malam finem imponat.
Abi, inquam, & multo potui pone modum.

Rurſuſque, de immodico vini uſu:

Nam ſequitur eum Noxa & Contumeliae ſors.

Nam &, ſecundum Euripidem,

Plagas comeſſatio iniuriamque contumelioſam excitat.

Quapropter Contumeliam iniuriamque eodem tempore cum Baccho natas perhibent.

4. Alexis alicubi hos edidit verſus:

Ex parte vino non male aſſimilaveris
humanum ingenium. Namque uti vinum novum,
ita iuvenis animus opus eſt ut deferveat,
& deſpumando ducat aſpritudinem.

σκληρὸν γενέσθαι· παρακμάσαντα δ' ὧν λέγω
τούτων ἁπάντων, ἀπαρυθέντα τὴν ἄνω
ταύτην ἄνοιαν ἐπιπολάζουσαν, ποτὲ
πότιμον γενέσθαι, καὶ καταστῆναι πάλιν,
ἡδὺν θ' ἅπασι τοὐπίλοιπον διατελεῖν.

Κατὰ δὲ τὸν Κυρηναῖον ποιητὴν, ὁ οἶνος

— τῷ πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρας [1] f
ἔλθῃ· κυμαίνει δ', οἷα Λίβυσσαν ἄλα
βορρῆς ἠὲ νότος· τὰ δέ τοι [2] κεκρυμμένα φαίνει,
βυσσόθεν· ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον.

Ἀλλαχοῦ δὲ τοὐναντίον φησὶν Ἄλεξις·

Οὐδέν γ' ἔοικ' ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν.
ὁ μὲν ἀπογηράσκων γὰρ ἀηδὴς γίνεται·
οἶνον δὲ τὸν παλαιότατον σπουδάζομεν.
Ὁ μὲν δάκνει γὰρ, ὁ δ' ἱλαροὺς ἡμᾶς ποιεῖ.

Πανύασις δὲ λέγει·

1 ἐς ἄνδρα Stob. 2 τὰ δὲ καὶ Stob.

At mox ubi illa nimia vis abſceſſerit,
&, quae natabat in ſublimi amentia,
exhauſta fuerit, tempus eſt conſidere;
ut ſeſe praebens omnibus potabilem,
perpetua placeat lenitate in poſterum.

At ſecundum Cyrenaeum poëtam,

Tantumdem flammae vinum valet: atque ita verſat
quem ſubiit, Libycum ceu mare fert Aquilo
aut notus imbricitor. Mentis ſecreta recludit,
ex imis animum ſedibus excutiens.

Alibi autem contrarium dicit Alexis:

A. *Humanum ingenium vino differt maxime:*
namque homo ſeneſcens aliis odio ac taedio eſt;
at vetere vino omnes libenter utimur.
B. *Quia vinum nos exhilarat, at mordet ſenex.*

Panyaſis vero ait:

a Οἶνος γὰρ, πυρὶ ἶσον, ἐπιχθονίοισιν ὄνειαρ
ἐσθλὸν, ἀλεξίκακον, πάσῃ συνοπηδὸν ἀνίῃ. [1]
ἐν μὲν [2] γὰρ θαλίης ἐρατὸν μέρος ἀγλαΐης τε,
ἐν δὲ χοροιτυπίης, ἐν δ' ἱμερτῆς φιλότητος.
Τῷ σε χρὴ παρὰ δαιτὶ δεδευμένον εὐφρονι θυμῷ
πίνειν· μηδὲ βορῆς κεκορημένον, ἠΰτε παῖδα, [3]
ἧσθαι πλημμύροντα, λελησμένον εὐφροσυνάων.

Καὶ πάλιν·

Οἶνος δὲ θνητοῖσι θεῶν πάρα δῶρον ἄριστον,
b ἀγλαός· ᾧ πᾶσαι μὲν ἐφαρμόζουσιν ἀοιδαὶ,
πάντες δ' ὀρχησμοὶ, πᾶσαι δ' ἐραταὶ φιλότητες.
Πάσας δ' ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει,
πινόμενος κατὰ μέτρον· ὑπὲρ μέτρον δὲ, χερείων.

Τίμαιος δὲ, ὁ Ταυρομενίτης, ἐν Ἀκράγαντι οἰκίαν V.
τινὰ φησὶ καλεῖσθαι Τριήρη, ἐξ αἰτίας τοιαύτης. νεα-

1 πάσης συνοπηδὸν ἀοιδῆς Stob. commodius haud dubie. 2 ἓν μὲν Caſaub. cum Dalech. & deinde iterum ἓν δέ. 3 ἠΰτε γῦπα ed. Caſ. ex Stob.

Vinum haud minus igne adiumentum eſt terricolis;
optimum malorum remedium, triſtitiae omnis ſodalis.
In vino ineſt melior pars epularum laetitiaeque,
in vino pars chorearum, exoptataeque amicitiae.
Quare te oportet inter epulas madidum laeto animo
bibere: neque, puerorum more, vorato cibo ſaturum
ſedere redundante ingluvie, hilaritatis omnis oblitum.

Rurſuſque idem:

Vinum optimum eſt munus Deorum mortalibus,
ac luculentum: vino congruit quaevis cantio,
ſaltatio quaevis, amabilis omnis benevolentia.
Omnes ex hominum corde moleſtias vinum pellit,
modice ſi bibitur; ſupra modum, noxium eſt.

5. Narrat Timaeus Tauromenita, domum quamdam Agrigenti vocatam fuiſſe *Triremem*, huiuſmodi de cauſſa.

Domus, Triremis dicta.

νίσκους τινὰς, ἐν αὐτῇ μεθυσκομένους, ἐς τοσοῦτον ἐλθεῖν μανίας, ἐκθερμανθέντας ἀπὸ τῆς μέθης, ὡς νομίζειν μὲν ἐπὶ τριήρους πλεῖν, χειμάζεσθαι δὲ χαλεπῶς κατὰ τὴν θάλασσαν· καὶ τοσοῦτον ἔκφρονας γενέσθαι, ὡς τὰ ἀπὸ τῆς οἰκίας πάντα σκεύη καὶ στρώματα ῥίπτειν, ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν, τὴν ναῦν διὰ τὸν χειμῶνα ἀποφορτίζεσθαι δόξαν αὐτοῖς λέγειν τὸν κυβερνήτην. συναθροιζομένων οὖν πολλῶν, καὶ τὰ ῥιπτόμενα διαρπαζόντων, οὐδ' ὡς παύεσθαι τῆς μανίας τοὺς νεανίσκους. καὶ τῇ ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν, παραγενομένων τῶν στρατηγῶν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, ἐγκλινθέντες [1] οἱ νεανίσκοι ἔτι ναυτιῶντες, ἀπεκρίναντο πυνθανομένων τῶν ἀρχόντων, ὑπὸ χειμῶνος ἐνοχλούμενοι ἠναγκάσθαι ἀποφορτίσασθαι τῇ θαλάσσῃ τὰ περιττὰ τῶν φορτίων. θαυμαζόντων δὲ τῶν στρατηγῶν τὴν ἔκπληξιν τῶν ἀνδρῶν, εἷς τῶν νεανίσκων καί τοι δοκῶν τῶν ἄλλων πρεσβεύειν κατὰ τὴν ἡλικίαν, Ἐγὼ

1 Forſ. ἐγκληθέντες, *accuſati.*

Iuvenes nonnulli, cum potui in ea ſe gnaviter dediſſent, uſque adeo dementati ſunt, ebrietate aeſtuantes, ut in triremi navigare ſe crederent, gravique tempeſtate in mari iactari: tantumque de poteſtate mentis deciderunt, ut vaſa domus omnia & ſtragula, quaſi in mare, foras eiicerent, quum ſibi viderentur imperium gubernatoris audire, dicentis, exonerandam eſſe navem tempeſtate adflictam. Confluentibus igitur multis, & proiecta diripientibus, ne ſic quidem ceſſavit iuvenum inſania. Poſtridie eius diei, cum aedes illas adiiſſent praetores, decumbentes iuvenes adhuc nauſeabundi quaerentibus magiſtratibus reſponderunt, tempeſtate ſe vexatos coactoſque fuiſſe ſarcinas ſupervacuas in mare abiicere, navem ut levarent. Mirantibus praetoribus attonitum hominum ſtuporem, unus ex illis, qui maior etiam natu caeteris

δ', ἔφη, ἄνδρες Τρίτωνες, ὑπὸ τοῦ δέους καταβαλὼν ἐμαυτὸν ὑπὸ τοὺς θαλάμους, ὡς ἔνι μάλιστα κατωτάτω ἐκείμην. συγγνόντες οὖν τῇ αὐτῶν ἐκστάσει, ἐπιτιμήσαντες μὴ πλείονος οἴνου ἐμφορεῖσθαι, ἀφῆκαν. καὶ οἱ, χάριν ἔχειν ὁμολογήσαντες· Ἂν λιμένος, ἔφησαν, [1] τύχωμεν ἀπαλλαγέντες τοσούτου κλύδωνος, σωτῆρας ὑμᾶς ἐπιφανῶς μετὰ τῶν θαλασσίων δαιμόνων ἐν τῇ πατρίδι ἱδρυσόμεθα, ὡς αἰσίως ἡμῖν ἐπιφανέντας. ἐντεῦθεν ἡ οἰκία Τριήρης ἐκλήθη.

VI.

Φιλόχορος δέ φησιν, ὅτι οἱ πίνοντες οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἐμφανίζουσιν οἵ τινες εἰσὶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἀνακαλύπτουσι, παῤῥησίαν ἄγοντες. ὅθεν „Οἶνος καὶ ἀλήθεια," λέγεται· καὶ

Vinum & veritas.

f — Ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον.

Καὶ τὸ νικητήριον ἐν Διονύσου, τρίπους. καὶ γὰρ ἐκ τρίποδος λέγειν φαμὲν τοὺς ἀληθεύοντας· δεῖ δὲ

Ex tripode loqui.

1 ἔφη dabant vulgo omnes.

videbatur, Ego, inquit, viri Tritones, metu conſternatus, ſub imo tabulato quam maxime licuit abditus iacui. Illi mentis alienationi ignoſcentes, obiurgatos iuvenes, monitoſque ne poſtea vino ſe ingurgitarent, dimiſerunt. Hi vero, gratiam ſe habere profeſſi, dixere: Si portum attigerimus, tanto tempeſtatis periculo defuncti, vobis ſervatoribus, qui tam auſpicato nobis apparuiſtis, in patria noſtra iuxta cum marinis Diis ſtatuas in publico loco dicabimus. Ita domui illi nomen Triremis manſit.

6. Philochorus ait, qui bibunt, hos non modo ſeſe prodere quales ſint, verum etiam loquendi licentiâ, qua utuntur, alterius cuiuſvis prodere ſecreta. Itaque VINUM dicitur ET VERITAS; &

— *Hominis mentem vinum nudavit.*

Et in Bacchi certaminibus victoris praemium *Tripus* eſt. Et *ex tripode loqui* dicimus hos, qui vera loquuntur: ubi

Tripodum duo genera.

νοεῖν τρίποδα τοῦ Διονύσου, τὸν κρατῆρα. Ἦν γὰρ τὸ ἀρχαῖον δύο γένη τριπόδων, οὓς καλεῖσθαι λέβητας συνέβαινεν ἀμφοτέρους· ἐμπυριβήτης, ὁ καὶ λοετροχόος. Αἰσχύλος·

Τὸν μὲν τρίπους ἐδέξατ' οἰκεῖος λέβης,
αἰεὶ Φυλάσσων τὴν ὑπὲρ πυρὸς στάσιν.

ὁ δ' ἕτερος, ὁ κρατὴρ καλούμενος. Ὅμηρος· a

Ἑπτ' ἀπύρους τρίποδας. —

ἐν τούτοις δὲ τὸν οἶνον ἐκίρνων· καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἀληθείας οἰκεῖος τρίπους.[1] διὸ Ἀπόλλωνος μὲν οἰκεῖος, διὰ τὴν ἐκ μαντικῆς ἀλήθειαν· Διονύσου δὲ, διὰ τὴν ἐν μέθῃ. Σῆμος δ' ὁ Δήλιος φησί· „Τρίπους χαλκοῦς, οὐχ ὁ Πυθικὸς, ἀλλ' ὃν νῦν λέβητα καλοῦσιν. οὗτοι δ' ἦσαν οἱ μὲν ἄπυροι, εἰς οὓς τὸν οἶνον ἐξεκεράννυον· οἱ δὲ λοετροχόοι, ἐν οἷς τὸ ὕδωρ ἐθέρμαινον, καὶ

1 Forſ. ἀληθείας τρίπους, abſque οἰκεῖος.

intelligendus eſt Bacchi tripus, nempe Poculum. Erant autem antiquitus *tripodum* duo genera, quorum utrumque *lebetas* vocabant: empyribates, id eſt, qui igni admovetur, qui & *Loëtrochoos*, id eſt, lavacro inſerviens. Aeſchylus:

Excepit hunc domeſticus lebes tripus,
perpetua cuius ad ignem ſtatio eſt.

Alterum genus, quem craterem vocamus. Homerus:

Septem igni-non-admovendos tripodas.

In his igitur vinum miſcebant: & hic eſt Veritati dicatus tripus. Quare Apollini tribuitur, ob oraculorum veritatem: Baccho vero, ob veritatem in vino. Semus vero Delius ait: *Aeneus tripus, non Pythicus, ſed quem nunc lebetem vocant. Erant vero horum alii ἄπυροι*, (igni non exponendi,) *in quibus vinum temperabant: alii vero* λοετροχόοι, *in quibus aquam caleſaciebant, &* ἐμπυριβῆται. *Ac ho-*

b ἐμπυρίβῆται. καὶ τούτων ἔνιοι ὠτώεντες, τρίποδα δὲ τὴν ὑπόβασιν ἔχοντες, τρίποδες ὠνομάζοντο."

Φησί που Ἔφιππος·

A. Οἴνου σε πλῆθος πολλ' ἀναγκάζει λαλεῖν. In vino veritas.

B. Οὐκοῦν μεθύοντάς φασι τἀληθῆ λέγειν.

Ἀντιφάνης·

Κρύψαι, Φειδία,
ἅπαντα τἄλλα τις δύναιτ' ἂν, πλὴν δυοῖν·
οἴνόν τε πίνων, εἰς ἔρωτά τ' ἐμπεσών.
ἀμφότερα μηνύει γὰρ ἀπὸ τῶν βλεμμάτων
c καὶ τῶν λόγων ταῦθ'. [1] ὥστε τοὺς ἀρνουμένους,
μάλιστα τούτους καταφανεῖς [αὐτοὺς] ποιεῖν. [2]

Φιλόχορος δέ φησιν, Ἀμφικτύονα τὸν Ἀθηναίων βασιλέα, μαθόντα παρὰ Διονύσου τὴν τοῦ οἴνου κρᾶσιν, πρῶτον κεράσαι. διὸ καὶ ὀρθοὺς γενέσθαι τοὺς ἀν- VII. Vini temperatio neceſſaria.

1 τ' αὖ· edd. 2 Olim edebatur:
μάλιστα ταῦτα καταφανεῖς πολλοῖς ποιεῖ.

rum nonnulli, qui auriti erant, & tribus pedibus inſtructi, tripodes *vocabantur.*

Ait alicubi Ephippus:

A. *Te multa effari cogit vini copia.*

B. *Aiunt, ſolere vera dici ab ebriis.*

Antiphanes:

Res celare caeteras
utcumque poſſis, Phidia, haec praeter duo:
ſi nimium biberis, & ſi in amorem incubueris.
Utrumque de ſe manifeſtum indicium facit
oratione ac vultu; ſic, ut, qui neget,
tamen ipſe ſuo ſe prodat teſtimonio.

7. Scribit Philochorus, Amphictyonem regem Athenienſium, cum a Baccho didiciſſet *Vini temperandi rationem*, primum diluiſſe: & eapropter, qui ſic mixtum

ἀνθρώπους οὕτω πίνοντας, πρότερον ὑπὸ τοῦ ἀκράτου καμπτομένους· καὶ διὰ τοῦτο ἱδρύσασθαι βωμὸν Ὀρθοῦ Διονύσου ἐν τῷ τῶν Ὡρῶν ἱερῷ· αὗται γὰρ καὶ τὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν ἐκτρέφουσι. πλησίον δ' αὐτοῦ καὶ ταῖς Νύμφαις βωμὸν ἔδειμεν, ὑπόμνημα τοῖς d
χρωμένοις τῆς κράσεως ποιούμενος· καὶ γὰρ Διονύσου τροφοὶ αἱ Νύμφαι [1] λέγονται. καὶ θεσμὸν ἔθετο, προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σῖτα ἄκρατον, μόνον ὅσον γεύσασθαι, δεῖγμα τῆς δυνάμεως τοῦ Ἀγαθοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη κεκραμένον, ὁπόσον ἕκαστος βούλεται. προσεπιλέγειν δὲ τούτῳ τὸ τοῦ Διὸς Σωτῆρος ὄνομα, διδαχῆς καὶ μνήμης ἕνεκα τῶν πινόντων, ὅτι οὕτω πίνοντες ἀσφαλῶς σωθήσονται. Πλάτων δ', ἐν δευτέρῳ Νόμων, τὴν τοῦ οἴνου χρῆσίν φησιν ὑγείας ἕνεκα ὑπάρχειν. Ἀπὸ τοῦ κατὰ μέθην δὲ καταστή- e
ματος καὶ ταύρῳ παρεικάζουσιν τὸν Διόνυσον, καὶ παρ-

1 Omnes vulgo h. l. Μοῦσαι dabant.

biberunt homines, rectos ambulasse, cum antea curvi ob meri potum incederent: ob idque beneficium aram *Recto Baccho* posuisse in Horarum delubro, quoniam vitis fructum Horae enutriant educentque. Iuxta illam vero (ut ait idem auctor) Nymphis exstruxit aram, documentum futurum bibituris, temperandum esse vinum; quia Nymphae Bacchi nutrices fuisse perhibentur. Legemque instituit, ut captis cibis primum meri nonnihil sumerent, gustandi solum causa, quod Boni Dei quanta vis sit declararet; deinde vero ut temperatum quisque biberet, quantum esset libitum: denique ut super hoc *Iovis Servatoris* invocarent nomen, quo monerentur recordarenturque bibentes, se, eo modo si biberent, certo salvos incolumesque futuros. Plato vero in secundo Legum ait, ad bonam valetudinem valere vini usum. Sed a vultu habituque, quem gerunt ebrii, tauro etiam

δάλει, διὰ τὸ πρὸς βίαν τρέπεσθαι τοὺς ἐξοινωθέντας. Ἀλκαῖος·

Ἄλλοτε μὲν μελιαδέος, ἄλλοτε δ' ὀξυτέρου
τριβόλων ἀρητύμενοι. [1]

εἰσὶ δ' οἱ καὶ θυμικοὶ γίνονται· τοιοῦτος δ' ὁ ταῦρος. Εὐριπίδης·

Ταῦροι δ' ὑβρισταὶ, κ' εἰς κέρας θυμούμενοι.

f διὰ δὲ τὸ μάχιμον, καὶ θηριώδεις ἔνιοι γίνονται· ὅθεν καὶ τὸ παρδαλῶδες.

VIII. Nectar.

Καλῶς οὖν Ἀρίστων ὁ Κῖος [2] φησὶν, ἥδιστον ποτὸν εἶναι τὸν ἅμα μὲν γλυκύτητος, ἅμα δ' εὐωδίας [3] κοινωνοῦντα. διὸ καὶ τὸ καλούμενον Νέκταρ κατασκευάζειν τινὰς περὶ τὸν Λυδίας Ὄλυμπον, οἶνον καὶ κηρία συγκιρνάντας εἰς ταὐτὰ, καὶ τὰ τῶν ἀνθῶν εὐώδη.

a Οἶδα δ' ὅτι Ἀναξανδρίδης τὸ νέκταρ οὐ ποτὸν, ἀλλὰ τροφὴν εἶναι λέγει θεῶν·

1 Forſ. ἀρυτόμενοι. 2 Χῖος ed. Caſ. 3 εὐδίας vulgo.

adſimilant Bacchum, itemque pantherae, quoniam ad violentiam concitantur qui vino ſe ingurgitarunt. Alcaeus:

Aliás dulce mellis inſtar, aliás acrius
tribulis haurientes.

Sunt igitur qui ad iram vertuntur, qualis eſt tauri natura, de quo Euripides:

Tauri protervi, ſuis irati cornibus minaces.

Alii, pugnae amantes, prorſus fiunt feris ſimiles; unde pantheris recte comparantur.

8. Bene igitur Ariſto Ceus dixit, ſuaviſſimum eſſe potum, qui & dulcedinis & fragrantiae ſit particeps. Itaque & *nectar*, quod vocant, parari a nonnullis circa Lydiae montem Olympum, vino, favis & floribus bene olentibus in unum commixtis. Nec vero me fugit, Anaxandridem nectar non potum, ſed cibum facere Deorum:

— — Τὸ νέκταρ ἐσθίω, πάνυ
μάττων, [1] διαπίνω τ' ἀμβροσίαν· καὶ τῷ Διὶ
διακονῶ, καὶ σεμνός εἰμ' ἑκάστοτε
Ἥρᾳ λαλῶν, καὶ Κύπριδι παρακαθήμενος.

Καὶ Ἀλκμὰν δὲ φησί·

Τὸ νέκταρ ἔδμεναι αὐτούς.

καὶ Σαπφὼ δὲ φησίν·

— Ἀμβροσίας μὲν κρατὴρ ἐκέκρατο·
Ἑρμᾶς δ' ἐλὼν ἔρπιν, θεοῖς οἰνοχόησεν.

Ὁ δ' Ὅμηρος θεῶν πόμα τὸ νέκταρ οἶδεν. Ἴβυκος δὲ b
φησι, τὴν ἀμβροσίαν τοῦ μέλιτος κατ' ἐπίτασιν ἐν-
νεαπλασίαν ἔχειν γλυκύτητα· τὸ μέλι λέγων ἔνατον
εἶναι μέρος τῆς ἀμβροσίας κατὰ τὴν ἡδονήν.

IX. Οὐδεὶς φιλοπότης ἐστὶν ἄνθρωπος κακός.
ὁ γὰρ διμάτωρ Βρόμιος οὐ χαίρει συνὼν

1 Vulgo, neglecto metro, ſcribebant: τὸ νέκταρ πάνυ μάττων ἐσθίω. διαπίνω τ' ἀμβροσίαν &c.

— — — *Nectar comedo, gnaviter*
atterens dentibus; ambroſiamque bibo; & Iovi
miniſtro; & in hoc glorior, quod, quoties lubet,
Iunoni colloquor, aut Veneri adſideo.

Et Alcman ait,

Nectar illos comedere.

Tum & Sappho:

Mixtus erat crater ambroſiâ,
Mercurius autem hauſtum liquorem porrexit Diis.

At Homerus Nectar potionem novit Deorum. Ibycus vero ambroſiam vi ſua nonecuplo dulciorem facit melle; cum, *in melle*, ait, *nonam partem ineſſe ſuavitatis, quae inſit ambroſiae.*

9. Alexis ait:

Nemo inter omnes vinipotores malus eſt.
Bimater enim Liber hunc morem obtinet,

ἀνδράσι πονηροῖς, οὐδ' ἀπαιδεύτῳ βίῳ·
Φησὶν Ἀλεξις· καὶ, ὅτι οἶνος φιλολόγους πάντας ποιεῖ
c τοὺς πλέον πίνοντας αὐτόν. Ὁ δὲ ποιήσας τὸ εἰς Κρατῖνον ἐπίγραμμα φησίν·

Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει μέγας [1] ἵππος ἀοιδῷ·
ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.
Ταῦτ' ἔλεγεν, Διόνυσε, καὶ ἔπινεν, οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ,
Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδωδὼς πίθου.
Τοι γάρ τοι [2] στεφάνων δόμος ἔβρυεν, εἶχε δὲ κιττῷ
μέτωπον, οἷα καὶ σὺ, κεκροκωμέιον.

Bacchus favet viris bonis & poëtis.

Πολέμων φησὶν, ἐν Μουνυχίᾳ ἥρωα Ἀκρατοπότην τιμᾶσθαι· παρὰ δὲ Σπαρτιάταις Μάττωνα καὶ Κεράωνα [3] ἥρωας ὑπό τινων μαγείρων ἱδρύσθαι ἐν τοῖς
d Φειδιτίοις. τιμᾶται δὲ καὶ ἐν Ἀχαΐᾳ Δειπνεὺς, ἀπὸ τῶν δείπνων σχὼν [4] τὴν προσηγορίαν. Ἐκ τροφῆς ξηρᾶς οὔτ' ἂν σκώμματα γένοιτο, οὔτ' αὐτοσχέδια ποιήμα-

1 ταχὺς alii. 2 τειγαρεῦν mssti. 3 Perperam vulgo Κέρδωνα. 4 ἔχων malim.

odit malignos, & vitae omnem inſcitiam.

Idemque, *Vinum*, inquit, *ſermonum amantes reddit hos, qui ſeſe largius invitant.* Auctor epigrammatis in Cratinum dicit:

Vinum equus eſt lepido magnus veloxque poëtae:
ſi potantur aquae, nil parit egregium.
O Bacche, iſta Cratinus cum ſpirans ait, utrem
haud unum, potius dolia tota oluit.
Aedes illius decorabat multa corona;
ut tibi, frons hedera frondeque cincta fuit.

Polemon ſcribit: Munychiae religioſe coli heroëm Acratopoten; (id eſt, Meribibum:) apud Spartanos vero a coquis nonnullis ſtatuas in phiditiis fuiſſe poſitas Mattoni & Ceraoni heroibus. Colitur vero etiam in Achaia Deipneus, (quaſi Coeneus) a coenis nomen habens. Ex arido cibo non prodeunt ioci, nec extemporanea car-

τα· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κόμπος, οὐδὲ ψυχῆς ἀλαζονεία. καλῶς οὖν ἐν τῷ· „Ἦ ἔβαν εὐχωλαὶ, ἃς ἐν Λήμνῳ ἠγοράασθε, ἐσθοντες κρέα πολλὰ, καὶ πίνοντες κρητῆρας οἴνου ἐπιστεφέας·“ ἐπεσημήνατο ὁ γραμματικὸς Ἀρίσταρχος περιγράφειν τὸν στίχον, ὃς ὑπὲρ κρεωφαγίας αὐχεῖν ποιεῖ τοὺς Ἕλληνας. οὐ γὰρ ἀπὸ παση εὐθυμίας καὶ πληρώσεως τὸ καυχᾶσθαι καὶ σκώπτειν καὶ γελοιάζειν· ἀπὸ δὲ τῆς ἀλλοιούσης τὴν γνώμην, καὶ πρὸς τὸ ψευδὲς τρεπούσης, ἢ γίνεται κατὰ τὴν μέθην.

X.

Curas pellit vinum.

Διὸ Βακχυλίδης φησί·

Γλυκεῖ' ἀνάγκα σευομένα κυλίκων,
θάλπησι θυμὸν Κύπριδος.
ἐλπὶς δ' αἰθύσσει φρένας,
ἀναμιγνυμένα Διονυσίοισι δώροις·

1 ὑπὸ malim cum Casaub.

mina: sed nec grandiloquentia, nec animi iactantia. Recte igitur in illis Homericis,

Quo abiere gloriationes, cum dicebamus nos esse fortissimos,
quas olim in Lemno vana-iactantes proferebatis,
comedentes carnes multas, bibentesque crateras
vino coronatos?

praecepit grammaticus Aristarchus, delendum esse versum illum, qui de carnis esu gloriantes facit Graecos. Non enim e quavis laetitia & saturitate oritur gloriatio & iocus & risus: sed ex ea, quae mentem alienat, & ad falsa traducit; quod fit ubi vino nos largiter proluimus.

10. Quare Bacchylides ait:

Dulcis necessitas, ingruens e calicibus;
calefacit animum Venere.
Spesque incendit praecordia,
immiscens se Bacchi muneribus;

f ἀνθράσι δ' ὑψόταtω
πέμπει μερίμνας.
Αὐτὸς μὲν πολέων
κρήδεμνον λύει·
πᾶσι δ' ἀνθρώποις
μοναρχήσειν δοκεῖ.
χρυσῷ δ' ἐλέφαντί τε
μαρμαίρουσιν οἶκοι·
πυροφόροι δὲ κατ' αἰγλήεντα
νῆες ἄγουσιν ἀπ' Αἰγύπτου
μέγιστον πλοῦτον.
ὣς πίνοντος ὁρμαίνει κέαρ.
Σοφοκλῆς δέ φησι,
a — τὸ μεθύειν πημονῆς λυτήριον.
οἱ δ' ἄλλοι ποιηταί φασι τὸν οἶνον,
— εὔφρονα καρπὸν ἀρούρης.

& ab hominibus ſublime longiſſime
proïicit curas.
Solus ille urbium
pinnacula ſolvit,
cunctiſque hominibus
imperaturus ſibi videtur.
Auro eboreque
nitent illi aedes;
frumentoque onuſtae per ſplendidum aequor
naves illi advehunt ex Aegypto
immenſas opes.
Talia bibentis agitat animus.
Sophocles dicit
Vinum malorum remedium.
Alii poëtae vinum dixere
laetum telluris fructum.

καὶ ὁ τῶν ποιητῶν δὲ βασιλεὺς τὸν Ὀδυσσέα παράγει λέγοντα·

Ὃς δέ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς,
[ἀνδράσι δυσμενέεσσι] πανημέριος πολεμίζει,
θαρσαλέον νύ οἱ ἦτορ, — καὶ τὰ ἑξῆς.

XI. Trygodia.

Ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις ἐν Ἰκαρίῳ [1] τῆς Ἀττικῆς εὑρέθη, καὶ κατ' b αὐτὸν τὸν τῆς τρύγης καιρόν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ τρυγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη ἡ κωμῳδία.

Τὴν παυσίλυπον ἄμπελον δοῦναι βροτοῖς.
Οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος, οὐκ ἔστιν Κύπρις,
οὐδ' ἄλλο τερπνὸν οὐδὲν ἀνθρώποις ἔτι·

Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις φησί. καὶ Ἀστυδάμας δὲ φησί·

— — Θνητοῖσι τὴν ἀκεσφόρον
λύπης ἔφηνεν, οἰνομήτορ' ἄμπελον.

1 Ἰκαρίᾳ corr. Casaub.

Et rex poëtarum Ulyssem inducit dicentem:

Qui vero vir vini satur & cibi,
cum viris hostibus totam diem pugnat,
audens omnino ei animus, — & quae sequuntur.

11. Ex compotatione & temulentia *Comoediae* etiam & *Tragoediae inventio* ortum traxit in Icario Atticae, & quidem ipso vindemiae tempore. Quare etiam comoedia primum *Trygodia* (a graeco vocab. τρύγη, *vindemia*) nominata est.

Curarum - sedatricem vitem dedisse (Bacchum aiunt mortalibus.)
Vino enim sublato, non est Venus,
neque ulla alia amplius voluptas mortalibus:

ait Euripides in Bacchis. Et Astydamas:

Mortalibus medicinam tristitiae
vini - genitricem vitem ostendit.

„ Συνεχῶς μὲν γὰρ ἐμπιπλάμενος ἄνθρωπος, ἀμε-
c „ λὴς γίνεται· ὑποπίνων δὲ, πάνυ φροντιστικός.“ Ἀν-
τιφάνης φησίν.

Οὐ μεθύω [1] τὴν φρόνησιν, ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον μόνον, τὸ διορίζεσθαι βεβαίως τῷ στόματι τὰ γράμματα· φησὶν Ἀλεξις. Σέλευκος δέ φησι, τὸ παλαιὸν οὐκ εἶναι ἔθος, οὔτ' οἶνον ἐπὶ πλεῖον, οὔτ' ἄλλην ἡδυπάθειαν προσφέρεσθαι, μὴ θεῶν ἕνεκα τοῦτο δρῶντας. διὸ καὶ θοίνας, καὶ θαλίας, [2] καὶ μέθας ὠνόμαζον· τὰς μὲν, ὅτι διὰ θεοὺς οἰνοῦσθαι δεῖν ὑπελάμβανον· τὰς δ', ὅτι θεῶν χάριν ἠλίζοντο καὶ συνήεσαν. τοῦτο γάρ ἐστι
d τὸ „ δαῖτα θάλειαν.“ τὸ δὲ μεθύειν φησὶν Ἀριστοτέ-
λης, τὸ μετὰ τὸ θύειν αὐτῷ χρῆσθαι.

Convivia Diis sacra.

— Θεοῖσι μικρὰ θύοντας τέλη,
τῶν βουθυτούντων ὄντας εὐσεβεστέρους·

XII.

De sacrificio.

1 An μεθύσκω? Οὐ μεθίω legit Grot. 2 θαλείας mssti noſtri.

Qui enim continue ſe implet, ait Antiphanes, *is ſecurus fit ac negligens: qui vero modice bibit, diligentiam acuit.*

Ebrius mente non ſum, ſed eo uſque tantummodo, ut diſtincte adhuc pronunciare quae ſcripta ſunt poſſim: dicit Alexis. Seleucus vero ait, non eſſe vetuſti moris, ſive vino ſive aliis deliciis largius uti, niſi Deorum cauſſa id fieret. Inde etiam nomen accepiſſe θοίνας, θαλείας, & μέθας. Θοίνας quidem, quod fas eſſe exiſtimarent θεῶν ἕνεκα οἰνοῦσθαι, *Deorum cauſſa vino indulgere*: θαλείας vero, quod θεῶν χάριν ἠλίζοντο, *in Deorum honorem congregabantur conveniebantque.* Hoc eſt enim (inquit) illud (Homericum) δαῖτα θάλειαν. Verbum μεθύειν vero inde dictum Ariſtoteles ait, quod μετὰ τὸ θύειν, *peracto ſacrificio* vino indulgere ſoleant homines.

12. *Qui exiguos ſumtus* (μικρὰ τέλη) *offerunt Diis, religioſiores eſſe his, qui boves ſacrificant;*

Εὐριπίδης Θησί. καὶ σημαίνει ὧδε τὸ τέλος τὴν θυσίαν. καὶ Ὅμηρος·

Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι θυμὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα.

Τελετάς τε καλοῦμεν τὰς ἔτι μείζους καὶ μετά τινος μυστικῆς παραδόσεως ἑορτὰς, τῶν εἰς αὐτὰς δα- e πανημάτων ἕνεκα. τελεῖν γὰρ, τὸ δαπανᾶν· καὶ πολυτελεῖς, οἱ πολλὰ ἀναλίσκοντες· καὶ εὐτελεῖς, οἱ ὀλίγα. Φησὶν Ἄλεξις·

Τοὺς εὐτυχοῦντας ἐπιφανῶς δεῖ ζῆν [ἀεὶ,] [1]
φανεράν τε τὴν δόσιν τὴν τοῦ θεοῦ ποιεῖν. [2]
Ὁ γὰρ δεδωκὼς τἀγαθά, [τούτους] [3] τῶν μὲν, ὧν
πεποίηκεν [αὐτοὺς,] οἴεται χάριν τινὰ
ἔχειν ἑαυτῷ· τοὺς ἀποκρυπτομένους δὲ, καὶ

1 ἀεὶ ex coniect. adiectum. 2 Versum sic correxit Grotius:
Φανεράν τε πᾶσι τὴν δόσιν τοῦ θεοῦ ποιεῖν.
3 Verba item τούτους & vs. sq. αὐτοὺς e coniect. adiecta. Duos versus sic constituit Grotius:
ὁ γὰρ δεδωκὰς τἀγαθά τινι, τὸν μὲν, ὃς
πεποίηκεν οὕτως, οἴεται χάριν τινὰ
Ἔχειν ἑαυτῷ· &c.

ait Euripides; ubi *sumtus* (τὸ τέλος) *sacrificium* significat, quemadmodum & apud Homerum,

Nullum crediderim (τέλος) *sacrum iucundius esse,*
quam cum laetitiâ populus diffunditur omnis.

Etiamque nunc τελετὰς vocamus festa solenniora, cum arcanis quibusdam caerimoniis more a maioribus tradito celebrata, ob *sumtus in ea impensos.* τελεῖν enim valet *sumtus facere, impendere;* unde, *qui magnas impensas faciunt,* πολυτελεῖς dicuntur; *qui exiguas,* εὐτελεῖς. Alexis ait:

Felices oportet splendide semper vivere,
& palam facere omnibus Dei dona.
Nam qui bona dedit, is arbitratur, hos
eorum, quibus illos adfecit, gratiam aliquam
sibi habituros. Qui vero ea abscondunt,

πράττειν μετρίως [1] φάσκοντας, ἀχρήστους ὁρῶν,
f ἀνελευθέρως τε ζῶντας, ἐπὶ καιροῦ τινος
λαβὼν ἀφείλεθ' ὅσα δεδώκως ἦν πάλαι.

XIII. Aquae laus.

Οὐ χαίρει τῷ πόματι, ἐκ πρώτης ἐθισθεὶς ἀνατροφῆς ὑδροποτεῖν.

Ἡδὺ γάρ ἐστ' ἐν δαιτὶ καὶ εἰλαπίνῃ τεθαλυίῃ
τέρπεσθαι μύθοισιν, ἐπὴν δαιτὸς κορέσωνται·

Ἡσίοδος ἐν τῇ Μελαμποδίᾳ φησίν.

Οὔ τινι ὑμῶν ἐπῆλθε περὶ ὑδάτων [2] εἰπεῖν τι, ἀφ' ὧν καὶ ὁ οἶνος φύεται· καί τοι Πινδάρου τοῦ μεγαλοφωνοτάτου „Ἄριστον πάντων εἶναι τὸ ὕδωρ" φησαν-
a τος. Ὅμηρος μὲν οὖν, ὁ θειότατος, καὶ τροφιμώτατον αὐτὸ οἶδεν, ἐν οἷς αἰγείρων ὑδατοτροφέων ἄλσος λέγει. Ἐπαινεῖ δὲ καὶ τὸ διαυγὲς αὐτοῦ·

Κρῆναι — — πίσυρες ῥέον ὕδατι λευκῷ.

1 Vulgo μετρίως πράττειν. 2 περὶ ὕδατος dant mssti noſtri, ſed iidem mox tenent ἀφ' ὧν.

& rem mediocrem praeferunt; hos eſſe inutiles videns, illiberaliterque viventes, primo quoque tempore exuit ſpoliatque his quae prius eis dederat.

13. Non gaudet poculis, qui a prima aetate aquam bibere adſuevit.

Iucundum eſt, in epulis lautiſque conviviis
ſermonibus delectari, cibo potuque ſatiatos;

ait Heſiodus in Melampodia.

At nemini veſtrûm in mentem venit de *Aquis* diſſerere, a quibus etiam vinum naſcitur; quamquam grandiloquentiſſimus Pindarus, *Omnium rerum optimam Aquam eſſe*, dixit. Homerus quidem, vatum omnium maxime divinus, plurimum etiam alere aquam noverat, cum *Nemus* dicit *populorum aqua nutritarum*. Laudat vero etiam pelluciditatem aquae:

Fontes quatuor fluebant aqua limpida.

τὸ δὲ δὴ κοῦφον, καὶ πλείονος τιμῆς ἄξιον, ἱμερτὸν καλεῖ. ἱμερτὸν οὖν φησι τὸν Τιταρήσιον, ὃς τῷ Πηνειῷ συμμίσγεται. [1] καὶ τοῦ ῥυπτικοῦ δὲ ὕδατος μέμνηται· ὁ ἀποδεχόμενος καὶ Πραξαγόρας ὁ Κῷος, καλὸν εἶναι λέγει·

Καλὸν ὑπεκπρορέει, μάλα περ ῥυπόωντα καθῆραι.

διαστέλλει δὲ καὶ γλυκὺ ὕδωρ ἀπὸ πλατέος· τὸν μὲν b
Ἑλλήσποντον εἶναι λέγων πλατύν· ὑπὲρ δὲ θατέρου
φράζων „στήσαμεν [2] νῆας ἀγχοῦ ὕδατος γλυκεροῖο.“

XIV. Aqua calida.

Οἶδε δὲ καὶ τὴν χλιαρᾶν φύσιν πρὸς τὰ τραύματα. τὸν γοῦν Εὐρύπυλον τρωθέντα ἐκ τούτου καταιονεῖ· καί τοι εἰ ἐπισχεῖν ἔδει τὴν αἱμορραγίαν, τὸ ψυχρὸν ἐπιτήδειον ἦν, συστρέφον καὶ συσφίγγον. εἰς δὲ τὸ παρηγορῆσαι τὰς ὀδύνας τῷ θερμῷ ἐπαιονεῖ, θέλγειν δυναμένῳ. Ἔστι δὲ παρ' αὐτῷ τὸ λιαρὸν, θερμόν. c

1 οὐ μίσγεται vel οὐ συμμίσγ. corrigit Casaub. 2 Στῆσαν μὲν vulgo.

Eam vero, quae ob levitatem caeteris praefertur, optabilem vocat. Sic *optabilem* dicit *Titaresium*, qui Peneo miscetur. Meminit vero etiam abstergentis aquae; quam commendans quoque Praxagoras Cous, pulcram esse ait.

Pulcra profluebat, purgare valens quae quamvis sordida essent.

Discernit vero etiam dulcem aquam a lata; *Hellespontum* quidem *latum* dicens; de altera vero sic scribens,

Statuimus navem prope aquam dulcem.

14. Comperta quoque illi fuit tepidae aquae natura & facultas adversus vulnera. Itaque saucium Eurypylum ea perfundit: quamvis, si cohibendus erumpens sanguis fuisset, conveniebat frigida, ut quae constringat contrahatque. At dolori mitigando calidam adhibet, quae vim habet placandi cruciatus. Vocat autem poëta χλιαρὸν, *tepidum*, quod vulgo θερμὸν (*calidum*) dicimus. Id ma-

ἐναργῶς δὲ τοῦτο δείκνυσιν ἐν τῷ περὶ τῶν Σκαμάνδρου πηγῶν·

Ἡ μὲν γὰρ (φησὶν) ὕδατι λιαρῷ ῥέει· ἀμφὶ δὲ καπνὸς
γίνεται ἐξ αὐτῆς, ὡσεὶ πυρὸς αἰθομένοιο.

ἆρά γε[1] τοῦτο λιαρόν ἐστιν, ἀφ' οὗ πυρὸς ἀτμὶς καὶ καπνὸς ἔμπυρος ἀναφέρεται; περὶ δὲ τῆς ἑτέρας πηγῆς λέγει, ὡς „θέρεος ῥέει

— — — — εἰκυῖα χαλάζῃ,
ἢ χίονι ψυχρῇ, ἢ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ."

d εἰωθὼς δὲ λέγειν, καὶ τοὺς νεοτρώτους θερμῷ περιῤῥεῖσθαι αἵματι, ἐπὶ μὲν Ἀγαμέμνονος φησίν·

Ὄφρα οἱ αἷμ' ἔτι θερμὸν ἀνήνοθεν ἐξ ὠτειλῆς·

ἐπὶ δὲ τοῦ φεύγοντος μετὰ τὸ βληθῆναι ἐλάφου, μεταφράζων φησίν·

— ὄφρ' αἷμα λιαρὸν, καὶ γούνατ' ὀρώρῃ.

1 Al. ἆρα δέ.

nifeſtum fit ex eius verbis de Scamandri fontibus. Ait enim:

Effluit unda tepens; (χλιαρή·) *circum provolvitur ater ex ipſo* (fonte) *fumus, veluti cum accenditur ignis.*

An vero *tepidam* eſſe putamus, e qua vapor igneus fumuſque fervens exhalat? At de altero fonte ait:

Grando per aeſtatem qualis, vel frigida nix eſt, concreta aut lymphâ glacies, talis fluit unda.

Porro, ſicut, ubi de recens vulneratis loquitur, dicere ſolet, *ſanguine* θερμῷ (*calido*) *eos circumfluí*, ſic & de Agamemnone quidem ait,

Prodiit accepto calidus (θερμὸς) *dum vulnere ſanguis:*

at de fugiente cervo, quem venator ſagitta percuſſerat, veluti interpretandi illius vocabuli cauſſa dixit,

Dum tepidus (λιαρὸς) *fluxit cruor, & genua ipſa valebant.*

Ἀθηναῖοι δὲ μετάκερας καλοῦσι τὸ χλιαρόν· ὡς Ἐρατοσθένης φησὶν, ὑδαρὲς [1] φησὶ, καὶ μετάκερας.

XV. Aquarum diverſarum virtutes.

Τῶν δ' ἄλλων ὑδάτων, τὰ μὲν ἐκ πετρῶν φερόμενα, δνοφερὰ καλεῖ, ὡς ἀχρεῖα δηλονότι· τὰ δὲ κρηναῖα, καὶ διὰ πλείονος γῆς καὶ εὐκάρπου φερόμενα, e τῶν ἄλλων προκρίνει. ὡς καὶ Ἡσίοδος·

Κρήνης ἀενάου καὶ ἀπορρύτου, ἥ τ' ἀθόλωτος.

καὶ Πίνδαρος·

Μελιγαβὲς ἀμβρόσιον ὕδωρ,
Τιλφώσσας ἀπὸ καλλικρήνου.

κρήνη δὲ ἐν Βοιωτίᾳ ἡ Τιλφῶσσα· ἀφ' ἧς Ἀριστοφάνης φησὶ Τειρεσίαν πιόντα, διὰ γῆρας οὐχ ὑπομείναντα τὴν ψυχρότητα, ἀποθανεῖν. Θεόφραστος δέ φησιν ἐν τῷ Περὶ Ὑδάτων, τὸ Νείλου ὕδωρ πολυγο- f νώτατον καὶ γλυκύτατον· διὸ καὶ λύειν τὰς κοιλίας

1 ὑδαρὴ mssti noſtri. Forſ. Ὕδωρ ῥεῖ φύσει μετάκερας.

Athenienſes τὸ χλιαρὸν, nempe quod *tepidum* eſt, μετάκερας adpellant: quemadmodum Eratoſthenes dicit, *aquoſum naturâ*, & μετάκερας, id eſt, *tepidum*.

15. Aliarum aquarum eas, quae e ſaxis erumpunt, *atras* vocat Homerus, utpote inutiles: fontanas vero, quae per longiorem terrae fertilis tractum labuntur, reliquis praefert. Sic & Heſiodus:

Ille eſt perſpicuus fons, defluus, atque perennis.

Et Pindarus:

Melliſlua ambroſia aqua,
Tilphoſſa de pulcro fonte.

Eſt autem Tilphoſſa fons Boeotiae; cuius potu Ariſtophanes Tireſiam ſcribit interiiſſe, cum ob ſenectutem tolerare eius frigiditatem non poſſet. Theophraſtus vero in libro de Aquis tradit, Nili foecundiſſimam & dulciſſimam aquam eſſe: itaque & ventrem ſolvere biben-

τῶν πινόντων, μίξιν ἔχοντα λιτρώδη. [1] ἐν δὲ τῷ Περὶ Φυτῶν, ἐνιαχοῦ, φησὶν, ὕδωρ γίνεσθαι παιδογόνον, [2] ὡς ἐν Θεσπιαῖς· ἐν Πύρρᾳ δὲ, ἄγονον. καὶ τῶν γλυκέων δὲ, φησὶν, ὑδάτων ἔνια ἄγονα, ἢ οὐ πολύγονα· [3] ὡς τὸ ἐν Φέτᾳ, [4] καὶ τὸ ἐν Πύρρᾳ. [5] Αὐχμῶν δέ ποτε γενομένων περὶ τὸν Νεῖλον, ἐρρύη τὸ ὕδωρ ἰῶδες, καὶ πολλοὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀπώλοντο. Μεταβάλλειν τέ φησιν οὐ μόνον τὰ πικρὰ τῶν ὑδάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ ἁλυκὸν, καὶ ὅλους ποταμούς· καθὰ τὸν ἐν Κιθαιρῶνι, παρ' ᾧ Ζηνός· καὶ τὸν ἐν Καρίᾳ, παρ' ᾧ [6] Ποσειδῶνος ἱερόν ἐστιν. αἴτιον δὲ, τὸ πολλοὺς κεραυνοὺς πίπτειν περὶ τὸν τόπον.

Ἄλλα δὲ τῶν ὑδάτων καὶ σωματώδη εἰσὶ, καὶ ἔχει ὥσπερ τι βάρος ἐν ἑαυτοῖς, ὡς τὸ ἐν Τροιζῆνι. τοῦτο XVI.

1 ἔχον νιτρώδη edd. posteriores. 2 Unus cod. παιδογονίας, ut excidisse videatur αἴτιον. 3 Forſ. ἄτροφα ἢ οὐ πολύτροφα. 4 ἐν Οἴτῃ legebat Dalech. 5 Τάρρᾳ edd. Alii Πυρραίᾳ & hic & paulo ante legendum cenſuerunt. 6 Deſunt ſex verba in edd. vett. & in mſstis.

tium, cum admixtam quamdam vim habeat nitroſam. Idem, in libro de Plantis, eſſe alicubi ait aquam procreandis liberis genitalem; veluti Theſpiis: contra Pyrrhae aliam eſſe, quae ſterilitatem adferat. Atque etiam dulcium aquarum nonnullas ait ſterilitatem adferre, aut minuere foecunditatem; ut Phetae, & Pyrrhae. Aliquando vero, quum ex vehementiori aeſtu magna circa Nilum fuiſſet ſiccitas, aqua fluxit viroſa, multique Aegyptii periere. Scribit etiam, naturam ſuam mutare non ſolum amaras aquas, ſed & ſalſas, quin & totos fluvios; veluti illum in Cithaerone, iuxta quem Iovis delubrum eſt; illumque in Caria, iuxta quem eſt Neptuni: eiuſque mutationis cauſſam eſſe crebra ſulmina ibi locorum delapſa.

16. Aquarum aliae corporeae ſunt, & quamdam in ſe quaſi gravitatem habent, ut illa ad Troezenen; quae

Aquae graves, leves; salsae; durae, molles.

γὰρ καὶ τῶν γευομένων εὐθὺς ποιεῖ πλήρες τὸ στόμα. Τὰ δὲ πρὸς τοῖς περὶ Πάγγαιον μετάλλοις, τοῦ μὲν b χειμῶνος τὴν κοτύλην ἄγουσαν ἔχει ἐννενήκοντα ἓξ, θέρους δὲ τεσσαράκοντα ἕξ. συστέλλει δὲ αὐτὸ καὶ πυκνοῖ μᾶλλον τὸ ψύχος. διὸ καὶ ἐν τοῖς γνώμοσι ῥέον, οὐκ ἀναδίδωσι τὰς ὥρας ἐν τῷ χειμῶνι, ἀλλὰ περιττεύει· βραδυτέρας οὔσης τῆς ἐκροῆς, διὰ τὸ πάχος. καὶ ταὐτὰ περὶ Αἰγύπτου φησὶν, ὅπου μαλακώτερος ὁ ἀήρ. τὸ δὲ ἁλυκὸν ὕδωρ, γεωδέστερόν ἐστι, καὶ πλείονος δεῖται κατεργασίας· ὡς καὶ τὸ θαλάσσιον, θερμοτέραν ἔχον τὴν φύσιν, καὶ μὴ ὅμοιον πάσχον. μόνον δ' ἀτέραμνον τῶν ἁλυκῶν, τὸ τῆς Ἀρεθούσης. c Χείρω δ' ἐστὶ τὰ βαρυσταθμότερα, καὶ τὰ σκληρότερα, καὶ τὰ ψυχρότερα, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας· δυσκατεργαστότερα γάρ ἐστι, τὰ μὲν τῷ πολὺ τὸ γεῶδες ἔχειν, τὰ δὲ ψυχρότητος ὑπερβολῇ. Τὰ δὲ ταχὺ

gustata, os statim implet. Quae vero ad Pangaei montis metallorum fodinas scaturit, eius cotyla hieme nonaginta sex drachmas pendit, aestate vero quadraginta sex. Frigore enim contrahitur magis aqua spissaturque. Quare etiam quae in horarum indicibus fluit, hieme non reddit horas pares atque aestate, sed longiores; tardius effluens ob crassitiem. Atque eadem de Aegypto dicit, ubi tamen mollior est aër. Salsa vero aqua magis terrena est, & coctione indiget diligentiore: quemadmodum etiam marina, quae calidiorem habet naturam, sed istam qualitatem non habet. Una vero omnium salsarum aquarum prorsus indomita est illa ex Arethusa lacu. Deterior autem est aqua, quo gravior pondere, quo durior, & quo frigidior, easdem ob caussas; scilicet quod concoctu difficilior est, alia propter nimiam terrenam crassitiem, alia propter nimiam frigiditatem.

θερμαινόμενα, κοῦφα καὶ ὑγιεινά. ἐν Κραννῶνι δ' ἐστὶν ὕδωρ ἡσυχῇ θερμὸν, ὃ θερμαῖνον [1] διατηρεῖ κραθέντα τὸν οἶνον ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας. Τὰ δ' ἐπίῤῥυτα, καὶ ἐξ ὀχετοῦ, ὡς ἐπίπαν βελτίω τῶν στασίμων, κοπτόμενά τε μαλακώτερα γίνονται. διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἀπὸ
d τῆς χιόνος δοκεῖ χρηστὰ εἶναι· καὶ γὰρ ἀνάγεται τὸ ποτιμώτερον, καὶ τοῦτο κεκομμένον ἐστὶ τῷ ἀέρι. διὸ καὶ τῶν ὀμβρίων βελτίω. καὶ τὰ ἐκ κρυστάλλου δὲ, διὰ τὸ κουφότερα εἶναι· σημεῖον δ', ὅτι καὶ ὁ κρύσταλλος αὐτὸς κουφότερος τοῦ ἄλλου ὕδατος. Τὰ δὲ ψυ- Aqua terrena.
χρὰ, σκληρὰ, διότι γεωδέστερα. τὸ δὲ σωματῶδες, καὶ θερμανθὲν θερμότερον, καὶ ψυχθὲν ψυχρότερόν ἐστι. κατὰ τὴν αὐτὴν δ' αἰτίαν καὶ τὰ ἐν τοῖς ὄρεσι, ποτιμώτερα τῶν ἐν τοῖς πεδίοις· ἧττον γὰρ μέμικται

1 ἡσυχῇ θερμαῖνον ὃ διατ. edd. ἡσυχῇ θερμὸν ὃ διατ. mss. noſtri.

Quae vero cito calefit, ea levis eſt, & ſalubris. Crannone aqua eſt modice calida, quae vinum admixtum calefacit, caloremque eius per biduum ac triduum cuſtodit. Profluentes aquae, & rivis canalibuſque ductae, ſtagnantibus meliores ſunt, & propter illiſionem percuſſionemque molliores. Qua de cauſſa etiam optimam eſſe iudicant eam quae e nive exiſtit: quia ſurſum attollitur id quod potui aptiſſimum eſt, idque ab aëre percuſſum mollitur. Eadem de cauſſa & meliorem hanc (quae e nive exiſtit) cenſent, quam eam quae ex imbribus. Pariterque meliorem cenſent quae e glacie liquatur, quia levior; cuius rei argumentum eſt, quod reliquâ aquâ glacies levior eſt. Gelida vero aqua durior eſt, quoniam magis terrena. Quod autem terrenum & corporeum, id & calefactum, fit calidius; & refrigeratum, gelidius. Eâdem de cauſſa, quae in montibus profluit, ſalubrior eſt, quam quae naſcitur in campeſtribus; nem-

τῷ γεώδει. Ποιεῖ δὲ τὸ γεῶδες καὶ τὰς ἐπιχροὰς τῶν ὑδάτων. τὸ γοῦν τῆς ἐν Βαβυλῶνι λίμνης, ἐρυθρὸν [1] e γίνεται ἐπί τινας ἡμέρας· τὸ δὲ τοῦ Βορυσθένους, κατά τινας χρόνους ἰοβαφὲς, καίπερ ὄντος καθ' ὑπερβολὴν λεπτοῦ· σημεῖον δὲ, τοῦ Ὑπάνιος [2] ἐπάνω γίνεται διὰ κουφότητα τοῖς βορείοις.

XVII. Πολλαχοῦ δ' εἰσὶ κρῆναι, αἱ μὲν ποτιμώτεραι, καὶ οἰνωδέστεραι· ὡς ἡ περὶ Παφλαγονίαν, πρὸς ἣν φησι τοὺς ἐγχωρίους ὑποπίνειν προσιόντας. ἁλμώδεις δ' ἅμα τῷ ὀξεῖ, ἐν Σικανοῖς τῆς Σικελίας. ἐν τῇ Καρχηδονίων δὲ ἐπικρατείᾳ κρήνη ἐστὶν, ᾗ τὸ ἐφιστάμενον ἐλαίῳ f ἐστὶν ὅμοιον, μελάντερον τὴν χρόαν· ὃ ἀποσφαιροῦντες, χρῶνται πρὸς τὰ πρόβατα καὶ τὰ κτήνη. καὶ παρ' ἄλλοις δ' εἰσὶ λίπος ἔχουσαι τοιοῦτον, ὡς ἡ ἐν Ἀσίᾳ, ὑπὲρ ἧς Ἀλέξανδρος ἐπέστειλεν, ὡς ἐλαίου κρήνην εὑρη-

Fontes aciduli, pingues, dulces, nitrosi.

1 Forſ. Θέρεος ἐρυθρόν. 2 Forſ. ὅτι τοῦ Ὑπάνιος.

pe quia minus terreni illa admixtum habet. A terrenis partibus exiſtit etiam *color* aquarum. Babylonii quidem lacus aqua (aeſtate) per aliquot dies fit rubra: Boryſthenis aqua certis temporibus caerulea fit, quamvis omnium tenuiſſima ſit, vel hoc indicio quod flantibus boreis Hypani ſupernatat propter levitatem.

17. Sunt vero & in regionibus nonnullis fontes, qui vinoſi quidpiam habent; & in his alii quidem potu gratiores, ut ille in Paphlagonia; quem indigenas, ait, veluti vini potandi cauſſa adire; alii vero ſimul cum acidulo ſapore ſalſuginoſi ſunt, cuiuſmodi reperiuntur apud Sicanos in Sicilia. In Carthaginienſium vero ditione fons eſt, cui liquor innatat oleo ſimilis, colore nigricante; ex quo confectis globulis utuntur in morbis ovium iumentorumque. Atque etiam alibi fontes reperiuntur ſimili pinguedine ſcatentes; qualis ille fuit in Aſia, de quo Alexander epiſtolam ſcripſit, quaſi *olei*

κώς. Καὶ τῶν θερμῶν δ' ἐκ φύσεως ὑδάτων ἔνια γλυ-
a κέα ἐστὶν, ὡς τὰ ἐν Αἰγαῖς τῆς Κιλικίας, [1] καὶ περὶ Παγασσὰς, [2] τά τ' ἐν [3] τῇ Τρωϊκῇ Λαρίσσῃ, καὶ περὶ Μαγνησίαν, καὶ ἐν Μήλῳ, καὶ Λιπάρᾳ· ἐν δὲ Προύσῃ, τῇ πρὸς τὸν Μύσιον Ὄλυμπον, τὰ βασιλικὰ καλούμενα. Τὰ δ' ἐν Ἀσίᾳ περὶ Τράλλεις, [4] καὶ τὸν Χαρακωμήτην ποταμὸν, ἔτι δὲ Νύσσαν πόλιν, οὕτως ἐστὶ λιπαρὰ, ὡς μὴ δεῖσθαι τοὺς ἐναπολουομένους ἐλαίου. τοιαῦτα καὶ τὰ ἐν Δασκύλου κώμῃ. τὰ δὲ ἐν Καρούροις, κατάξηρα καὶ σφόδρα θερμά· τὰ δὲ περὶ Μηνὸς κώμην, ἥ ἐστι Φρυγίας, τραχύτερά ἐστι, καὶ
b λιτρωδέστερα. ὡς καὶ τὰ ἐν τῇ καλουμένῃ Λέοντος κώμῃ τῆς Φρυγίας. τὰ δὲ περὶ Δορύλαιον, [5] καὶ πινόμενά ἐστιν ἥδιστα· τὰ γὰρ περὶ Βαΐας ἢ Βαΐου λιμένα τῆς Ἰταλίας, παντελῶς ἄποτα.

1 Suſpicatus ſum, ὡς τὰ περὶ Αἰγέστην τῆς Σικελίας· ἄλλα δὲ ἁλυκὰ, ὡς τὰ περὶ Αἰγὰς Κιλικίας. 2 Τραγασὰς edd. 3 Vulgo τὰς ἐν τῇ Τρ. 4 Τράλλις vulgo ſcribebatur. 5 Omnes vulgo Δονύλαιον.

fontem reperiſſet. Aquarum quae natura calent, nonnullae dulces ſunt; [*ut Egeſtae in Sicilia: aliae ſalſae;*] ut Aegis Ciliciae, ad Pagaſſas, ad Lariſſam Troadis, circa Magneſiam, in Melo, in Lipara; tum Pruſae, ad Olympum Myſiae, ea quam *regiam aquam* vocant. Porro in Aſia circa Tralles, & ad Characometem amnem, & ad Nyſſam oppidum, ita ſunt pingues aquae, ut, qui eis lavant, oleo non indigeant. Eiuſdem generis ſunt etiam in Daſcylo-come. Caruris vero ſiccae ſunt & admodum calidae: ad Menos-comen vero, in Phrygia, aſperiores & magis nitroſae; ſic & in Leontos-come quae vocatur (quaſi Leonis pagus) Phrygiae. Quae vero circa Dorylaeum ſcaturiunt, potu etiam gratiſſimae ſunt: nam quae ad Baias aut Baii portum in Italia, eae prorſus impotabiles.

XVIII. Σταθμήσας τὸ ἀπὸ τῆς ἐν Κορίνθῳ Πειρήνης καλουμένης ὕδωρ, κουφότερον πάντων εὗρον τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα. οὐ γὰρ Ἀντιφάνει τῷ κωμικῷ πεπίστευκα, λέγοντι, κατὰ πολλὰ τὴν Ἀττικὴν διαφέρουσαν τῶν ἄλλων, καὶ ὕδωρ κάλλιστον ἔχειν. φησὶ γάρ·

Aqua in Graecia praecellens.

Α. Οἷα δ' ἡ χώρα [1] φέρει
διαφέροντα πάσης, Ἱππονίκη, τῆς οἰκουμένης·
τὸ μέλι, τοὺς ἄρτους, τὰ σῦκα. ΙΠΠ. Σῦκα
μὲν, νὴ τὸν Δία, c
πάνυ φέρει. Α. Βοσκήματ', ἔρια, [μύρα τε] [2] μύρτα, θύματα,
— — — — τυροὺς, ὕδωρ διαφέρον,
ὥστε καὶ γνοίην ἂν εὐθὺς Ἀττικὸν ὕδωρ πίνων.

Τὸ ὕδωρ, ποταμοῦ σῶμα, φησί που Εὔβουλος ὁ κωμῳδιοποιὸς, εἰρηκέναι Χαιρήμονα τὸν τραγικόν·

1 Vulgo δὴ χώρα. 2 Duas voces ex coniect. adieci, & in verf. fq. lacunam indicavi.

18. Peirenes fontis, qui vocatur, prope Corinthum, ponderans aquam, leviſſimam omnium quae in Graecia ſcatent reperi. Neque enim Antiphani credidi, dicenti, *Atticam regionem, ſicut multis aliis rebus antecellat reliquis Graeciae tractibus, ſic & praeſtantiſſimam aquam habere.* Cuius haec ſunt verba:

A. *Qualia fert haec regio*
praeſtantiora, Hipponice, quam reliquus omnis terrarum orbis!
mel, panes, ficus! HIPP. *Ficus quidem, per Iovem, fert utique.* A. *Pecudes, lanas, [unguenta,] myrti baccas, ſuffimenta,*
— — — *caſeos, aquam praeſtantiſſimam,*
ita quidem, Atticam ut aquam ſtatim, ubi bibo, agnoſcam.

Aquam a Chaeremone tragico poëta *fluvii corpus* adpellatam fuiſſe, ait alicubi Eubulus comicus:

Ἐπεὶ δὲ στηκῶν περιβολὰς ἠμείψαμεν,
ὕδωρ τε ποταμοῦ σῶμα διεπεράσαμεν,
καὶ ἡμῶν [1] δὲ πᾶσα δύναμις ἐξ ὑδάτων ἄρδεται.

Ἐν Τήνῳ κρήνη ἐστὶν, ἧς τῷ ὕδατι οἶνος οὐ μίγνυται. Ἡρόδοτος δὲ ἐν τετάρτῃ, τὸν Ὕπανιν, φησὶν, ἀπὸ μὲν Aqua amara; alia inebrians.
d τῶν πηγῶν φερόμενον ἐπὶ πέντε ἡμέρας, βραχὺν εἶναι καὶ γλυκύν· μετὰ δὲ ἄλλων τεσσάρων ἡμερῶν πλόον πικρὸν γίνεσθαι, ἐκδιδούσης εἰς αὐτὸν κρήνης τινὸς πικρᾶς. Θεόπομπος δέ φησι, παρὰ τὸν Ἐριγῶνα ποταμὸν ὀξὺ εἶναι ὕδωρ, καὶ τοὺς πίνοντας αὐτὸ μεθύσκεσθαι, καθὰ καὶ τοὺς τὸν οἶνον.

XIX.

Ἀριστόβουλος δ' ὁ Κασανδρεύς φησιν, ἐν Μιλήτῳ κρήνην εἶναι, Ἀχίλλειον καλουμένην, ἧς τὸ μὲν ῥεῦμα Varii fontes notabiles.
εἶναι γλυκύτατον, τὸ δ' ὑφεστηκὸς [2] ἁλμυρόν· ἀφ' ἧς οἱ Μιλήσιοι περιῤῥάνασθαί φασι τὸν ἥρωα, ὅτε ἀπέ-

1 Haec fortaſſe a ſuperioribus ſeparanda. 2 ἐφεστηκὸς edd. & mss.

Poſtquam caulas ovium iam tranſivimus,
& fluvii corpus aquam traiecimus,
& omnes noſtrae copiae aquis rigantur.

In Teno fons eſt, cuius aquae non permiſcetur vinum. Herodotus libro quarto ſcribit, Hypanin e fontibus quinque dierum viâ exilem profluere & dulcem; deinde vero, poſt aliorum quatuor dierum iter, amarum fieri, amaro quodam fonte in eum influente. Theopompus vero ait, iuxta Erigonem fluvium acidulam eſſe aquam; quam qui bibant, perinde inebriari, atque vinum bibentes.

19. Ariſtobulus Caſſandreus ſcribit, Mileti fontem eſſe, Achilleum adpellatum, cuius profluens aqua dulciſſima ſit; quod vero in fundo reſedit, ſalſum: eo fonte, aiunt Mileſii, heroëm ſeſe luſtraviſſe interfecto

κτεινε Τράμβηλον, [1] τὸν τῶν Λελέγων βασιλέα. Φα- e
σὶ δὲ καὶ ὅτι τὸ περὶ Καππαδοκίαν ὕδωρ, πολύ τε ὂν
καὶ κάλλιστον, οὐ σήπεται, ἀπόῤῥυσιν [2] οὐκ ἔχον,
πλὴν εἰ μὴ ὑπὸ γῆν ῥέοι. Πτολεμαῖος δὲ ὁ βασιλεὺς,
ἐν ἑβδόμῳ Ὑπομνημάτων, ἐπὶ Κορίνθου προάγουσι,
φησὶν, ἡμῖν [3] διὰ τῆς Κοντοπορίας καλουμένης, κατὰ
τὴν ἀκρώρειαν προσβαίνουσιν, εἶναι κρήνην, νᾶμα ἀνιεῖ-
σαν χιόνος ψυχρότερον· ἐξ ἧς πολλοὺς μὴ πίνειν, ἀπο-
παγήσεσθαι προσδοκῶντας· αὐτὸς δὲ λέγει πεπωκέ-
ναι. Φύλαρχος δέ φησιν, ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην, ἀφ' f
ἧς τοὺς πίοντας οὐκ ἔτ' ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν.
Κλέαρχός φησι, τὸ μὲν ὕδωρ, ὥσπερ καὶ τὸ γάλα,
λευκὸν λέγεσθαι· οἶνον δὲ, καθάπερ καὶ τὸ νέκταρ,
ἐρυθρόν· μέλι δὲ, καὶ ἔλαιον, χλωρόν· τὸ δ' ἐκ τῶν
μύρτων [4] θλιβόμενον, μέλαν. Εὔβουλος· „Εὑρετικοὺς,
φησὶ, τὸ ὕδωρ ποιεῖν τοὺς πίνοντας αὐτὸ μόνον·

1 Στράμβηλον vulgo. 2 ἀπόῤῥοιαν edd. ἀπόῤῥησιν mss. 3 Vox ἡμῖν imperite invecta videtur. 4 μύρων vulgo.

Trambelo, Lelegum rege. In Cappadocia aquam esse narrant copiosam eamdemque optimam, quae non putrescat, licet nullum habeat exitum, nisi sub terram labatur. Ptolemaeus rex, libro septimo Commentariorum, ait, Corinthum versus progredientibus nobis per viam quae Contoporia dicitur, ubi ad iugum montis adscenditur, fontem esse, qui aquam emittat nive frigidiorem; e quo multi non bibant, metuentes ne gelu rigescant; ipse vero, se bibisse, ait. Phylarchus scribit, Clitore fontem esse, e quo qui biberint, odorem vini non amplius tolerare. Clearchus ait: aquam, sicut & lac, candidam dici; nectar & vinum, rubrum; mel ac oleum, e viridi flavescens; quod e myrti baccis exprimitur, nigrum. Eubulus ait: *Aquam hos, qui eam solam bibunt, ingeniosos reddere;*

τὸν δ' οἶνον ἡμῶν τῷ Φρονεῖν ἐπισκοτεῖν."
τὰ αὐτὰ δὲ ἰαμβεῖα καὶ ὁ Φιλητᾶς φησί.

Τοιαῦτα, ὥσπερ οἱ ῥήτορες, πρὸς ὕδωρ εἰπὼν, καὶ XX.
a βραχὺ ἀναπαυσάμενος, αὖθις ἔφη· Ἄμφις ὁ κωμι- Aquae laudes.
κός που φησίν·

Ἐνῆν ἄρ', ὡς ἔοικε, καὶν οἴνῳ λόγος·
ἔνιοι δ' ὕδωρ πίνοντες εἶτ' ἀβέλτεροι.

Ἀντιφάνης δέ·

Οἴνῳ τὸν οἶνον ἐξελαύνειν, [τῷ] κόπῳ κόπον [χρή·][1]
σάλπιγγι τὴν σάλπιγγα, τῷ κήρυκι τὸν βοῶντα,
[— —] ψόφῳ ψόφον, τριωβόλῳ δὲ πόρνην,
αὐθαδίαν αὐθαδίᾳ, Καλλίστρατον μαγείρῳ,
στάσιν στάσει, μάχην μάχῃ, ὑπωπίοις δὲ πύκτην,
b πόνῳ πόνον, δίκην δίκῃ, γυναικὶ τὴν γυναῖκα.

Ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἔταττον οἱ παλαιοὶ τὸ ἄκρατον. Σώφρων·

1 Quae uncis inclusa, ex coniect. adiecta sunt.

vinum autem nostram obumbrare prudentiam.

Eosdem iambos Philetas etiam recitat.

20. Haec postquam, veluti oratores faciunt, *ad Aquam* dixisset, paulisper interquievit: tum rursus exorsus est. Amphis (inquit) comicus ait alicubi:

Nimirum & in vino aliqua vis sapientiae est:
hebescit multis animus, cum potant aquam.

Antiphanes vero:

Trudendus haustus haustibus vini, labor labore,
cantus tubae cantu tubae, praecone clamitator,
strepitus strepitu, scortum altero scortillo triobolari,
Callistratus coquo, arrogans factum facto arrogante,
arma armis, fugillâ pugil; sic factio factione,
negotium negotio, lis lite, nupta nuptâ.

Vocabulum ἄκρατον, id est, *merum*, etiam de aqua usurparunt veteres. Sophron:

Ὕδωρ ἄκρατον εἰς τὴν κύλικα.

XXI. Ὅτι Φύλαρχός φησι, Θεόδωρον τὸν Λαρισσαῖον
Abstemii. ὑδροπότην γενέσθαι, τὸν ἀλλοτρίως ἀεί ποτε πρὸς Ἀντίγονον ἐσχηκότα τὸν βασιλέα. φησὶ δε, καὶ τοὺς Ἴβηρας ὑδροποτεῖν πάντας, καί τοι πλουσιωτάτους πάντων ἀνθρώπων τυγχάνοντας· κέκτηνται γὰρ ἄργυρον καὶ χρυσὸν πλεῖστον. μονοσιτεῖν τε αὐτοὺς ἀεὶ, λέγει, διὰ μικρολογίαν· ἐσθῆτας τε [1] φορεῖν πολυτελεστάτας. Ἀριστοτέλης δ', ἢ Θεόφραστος, Φιλῖνόν τινα ἱστορεῖ c μήτε ποτῷ χρήσασθαί ποτε ἢ ἐδέσματι ἄλλῳ, ἢ μόνῳ γάλακτι, πάντα τὸν βίον. Πύθερμος δὲ ἐν τοῖς Πειραϊκῶς [2] τυραννήσασι καταγράφει καὶ Γλαύκωνα ὑδροπότην. Ἡγήσανδρος δ' ὁ Δελφὸς, Ἀγχίμολον, καὶ Μόσχον, φησὶ, τοὺς ἐν Ἤλιδι σοφιστεύσαντας, ὑδροποτῆσαι πάντα τὸν βίον· καὶ μόνα σῦκα προσφε-

1 ἐσθῆτας δὲ edd. quod paulo commodius quidem poterat videri. 2 Forsan Πιερίων aut Πιέρων. Dein τυραννεύουσι dant nostri mss.

Aquam meram in poculum.

21. Phylarchus ait, abstemium fuisse Theodorum Lariſſaeum, eum, qui offensum semper animum gessit adversus Antigonum regem. Narrat idem, Hispanos omnes nonnisi aquam potare, licet omnium mortalium ditissimi sint, quippe qui plurimum argenti aurique possideant: eosdemque constanter non nisi semel de die cibum capere, ait, ob parsimoniam; vestes autem gestare pretiosissimas. Aristoteles, sive Theophrastus, Philinum quemdam refert tota vita nullo alio nec potu umquam usum esse, nec cibo, nisi lacte. Pythermus in Piraeei [*sive*, Pierum] tyrannis cum alios recenset, tum Glauconem abstemium. Hegesander Delphus scribit, Anchimolum & Moschum, in Elide urbe philosophiam & eloquentiam professos, totâ vitâ aquam bibisse; &,

ρομένους, οὐδενὸς ἧττον διακεῖσθαι σώμασιν ἐῤῥωμενεστέρους· [1] τὸν δ' ἱδρῶτα αὐτῶν δυσώδη οὕτως ἔχειν, ὡς πάντας αὐτοὺς ἐκκλίνειν ἐν τοῖς βαλανείοις. Μάτρις δ'
d ὁ Ἀθηναῖος, [2] ὃν ἐβίω χρόνον, οὐδὲν ἐσιτεῖτο ἢ μυρρίνης ὀλίγον· οἴνου δὲ καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἀπείχετο, πλὴν ὕδατος. ὑδροπότης δ' ἦν καὶ Λάμπρος, ὁ μουσικός· περὶ οὗ Φρύνιχός φησι „λάρους θρηνεῖν, ἐν οἷσι Λάμπρος ἐναπέθνησκεν, ἄνθρωπος ὑδατοπότας, μίνυρος ὑπερσοφιστὴς, Μουσῶν σκελετὸς, ἀηδόνων ἠπίαλος, ὕμνος [3] ᾄδου." — Μάχων δ', ὁ κωμικὸς, ὑδροπότου Μοσχίωνος μέμνηται.

XXII. Sitim tolerantes; & Abſtemii.

Ἀριστοτέλης δὲ, ἐν τῷ Περὶ Μέθης, φησὶν, ὅτι ἀλμυράς τινες προσφερόμενοι τροφὰς, ἄδιψοι διέμειναν
e ὧν ἦν Ἀρχωνίδης ὁ Ἀργεῖος. Μάγων δὲ, ὁ Καρχηδόνιος, τρὶς τὴν ἄνυδρον διῆλθεν, ἅλφιτα ξηρὰ σιτούμε-

1 Forſ. ἐῤῥωμένως, & paulo poſt δυσωδῶς. 2 Θηβαῖος apud Phot. Dein ὅσον ἐβίω malles cum Caſ. 3 ὑμνῳδὸς legit Dalech.

cum non niſi ficis veſcerentur, tam robuſto tamen corpore fuiſſe quam alius quiſquam: at eorum ſudorem adeo oluiſſe graviter, ut eos in balneis omnes averſarentur. Matris Athenienſis, quamdiu vixit, nihil praeter paucas myrti baccas comedere adſueverat, a vino aliiſque omnibus abſtinens, nil niſi aquam bibens. Fuit etiam abſtemius Lamprus muſicus: de quo Phrynichus ait, *lugere gavias, inter quas mortuus eſt Lamprus, homo aquae potor, minutus artifex qui ſuperare cunctos ſibi videbatur, Muſarum ſiccum cadaver, luſciniarum terriculamentum, Plutonis cantor.* Machon comicus Moſchionis meminit abſtemii.

22. Ariſtoteles vero, in libro De Ebrietate, ſcribit, fuiſſe nonnullos, qui, cum ſalſis uterentur cibis, abſque ſiti durarint; in his Archonidem Argivum. Mago Carthaginienſis ter Africae deſerta aquis carentia peragra-

νος, καὶ μὴ πίνων. Πολέμων δ', ὁ Ἀκαδημαϊκὸς, ἀρξάμενος ἀπὸ τριάκοντα ἐτῶν, ὑδροπότησε μέχρι θανάτου, ὡς ἔφη Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος. Διοκλῆ τε, τὸν Πεπαρήθιον, φησὶ Δημήτριος ὁ Σκήψιος, μέχρι τέλους ψυχρὸν ὕδωρ πεπωκέναι. αὐτὸς δὲ περὶ αὐτοῦ μάρτυς ἀξιόχρεως Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, φάσκων χρόνον τινὰ ὕδωρ μόνον πεπωκέναι. καὶ Πυθέας γοῦν φησίν· „Ἀλλὰ τοὺς νῦν δημαγωγοὺς ὁρᾶτε, Δημοσθένη καὶ Δημάδην, ὡς ἐναντίως τοῖς βίοις διάκεινται. ὁ μὲν γὰρ ὑδροποτῶν, καὶ μεριμνῶν τὰς νύκτας, ὡς φασίν· ὁ δὲ πορνοβοσκῶν, καὶ μεθυσκόμενος κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην, προγάστωρ ἡμῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνακυκλεῖται.“ Εὐφορίων δὲ, ὁ Χαλκιδεὺς, οὕτω που γράφει· „Λασύρτας Λασιώνιος οὐδὲ προσεδεῖτο ποτοῦ, καθάπερ οἱ ἄλλοι· οὖρον δὲ προίετο, καθάπερ πάντες ἄνθρωποι. καὶ πολλοὶ διὰ φιλοτιμίαν ἐπεχείρησαν πα-

vit, ficca polenta victitans abſque potu. Polemo Academicus, trigeſimo aetatis anno cum aquam bibere coepiſſet, ad finem uſque vitae fuit abſtemius, ut ſcribit Antigonus Caryſtius. Et Dioclem Peparethium, Demetrius Scepſius tradit, ad extremum uſque vitae diem gelidam aquam bibiſſe. De ſe ipſo locuples teſtis, orator Demoſthenes ait, per aliquod tempus ſe nonniſi aquam bibiſſe. Itaque Pytheas dicit: *Qui nunc ſunt demagogi, Demoſthenes & Demades, videtis quam contrariam vitae rationem ſequantur. Ille enim abſtemius, etiam nocte meditabundus vigilat, ut fama eſt: hic vero, lenocinium faciens, & vino madidus quotidie, coram nobis in concionibus ventroſum ſuum corpus circumfert.* Euphorion Chalcidenſis alicubi ſic ſcribit: *Laſyrtas Laſionius non, quemadmodum alii homines, potu opus habebat; at urinam tamen emittebat, ſicut alii omnes. Et multi, cognoſcendae rei cupidi, obſervare*

ρατηρῆσαι· καὶ ἀπέστησαν πρὸ τοῦ εὑρεῖν τὸ πραττό-
a μενον. θέρους γὰρ ὥρᾳ καὶ τριακονθήμερον προσεδρεύον-
τες, καὶ οὐδενὸς μὲν ὁρῶντες ἀπεχόμενον ἁλμυροῦ, * *
τὴν κύστιν δ' αὐτοῦ ἔχοντα, [1] συνεπείσθησαν ἀλη-
θεύειν. ἐχρῆτο δὲ καὶ τῷ ποτῷ, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον οὐ
προσεδεῖτο τούτου."

Μεταλλάξαι βρώματα διάφορα
ἔσθ' ἡδύ· (φησὶν Ἀντιφάνης·) καὶ, τῶν πολλάκις
θρυλλουμένων
διάμεστον ὄντα, τὸ παραγεύσασθαί τινος
καινοῦ, παρέσχε διπλασίαν [2] τὴν ἡδονήν.

XXIII. Aqua ex Choaſpe & Nilo, &c.

Ὁ Περσῶν βασιλεύς, ὥς φησιν ἐν τῇ πρώτῃ Ἡρό-
b δοτος, ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεος πιεῖν ἄγεται, τοῦ
παρὰ Σοῦσα ῥέοντος· τοῦ δὲ μόνου πίνει ὁ βασιλεύς.
τοῦ δὲ τοιούτου ὕδατος ἀπεψημένου πολλαὶ κάρτα
ἁμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνειαι κομίζουσαι ἐν ἀγγείοις

1 Depravatus locus defectuſque. Nec enim ſatis videtur, ἐχχέοντα corrigere. 2 Vulgo διπλασίαν παρέσχε.

eum adgreſſi ſunt; ſed priuſquam id, quod res eſſet, reperiſſent, deſiterunt. Nam cum aeſtatis tempore per triginta dies ei adſediſſent, vidiſſentque eum nullius quidem ſalſi cibi abſtinentem, caeterum, [nullo potu ſumto, conſtanter] veſicam exonerantem; perſuaſi ſunt vera eum dicere. Utebatur quidem etiam interdum potione, ſed ea nihilo minus opus non habebat.

Epulis ſaepe mutatis frui, (ait Antiphanes)
ſuave eſt: & illis paſtibus vulgariis
plenum, novi aliquid quamvis perfunctorie
guſtare, duplas id voluptates parit.

23. Perſarum rex, ut libro primo ſcribit Herodotus, aquam, quam potet, e Choaſpe fluvio, qui Suſa praeterfluit, advehendam ſibi curat: neque aliam bibit. Talem aquam decoctam vehentes argenteis in vaſis plurimae

ἀργυρέοισιν ἔπονται οἱ. Κτησίας δὲ ὁ Κνίδιος καὶ ἱστορεῖ, ὅπως ἕψεται τὸ βασιλικὸν τοῦτο ὕδωρ, καὶ ὅπως ἐναποτιθέμενον τοῖς ἀγγείοις φέρεται τῷ βασιλεῖ, λέγων αὐτὸ καὶ ἐλαφρότατον καὶ ἥδιστον εἶναι. Καὶ ὁ τῆς Αἰγύπτου δὲ βασιλεὺς δεύτερος, ὁ Φιλάδελφος ἐπίκλην, ἐκδοὺς τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Βερενίκην Ἀν- c τιόχῳ, τῷ Συρίας βασιλεῖ, ἐν ἐπιμελείᾳ εἶχε πέμπειν αὐτῇ τὸ ἀπὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ, ἵνα μόνου τούτου τοῦ ποταμοῦ ἡ παῖς πίνῃ, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος. Ἡλιόδωρος δέ φησι, τὸν Ἐπιφανῆ Ἀντίοχον, ὃν διὰ τὰς πράξεις Πολύβιος Ἐπιμανῆ καλεῖ, τὴν κρήνην τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ κεράσαι οἴνῳ· καθάπερ καὶ τὸν Φρύγα Μίδαν φησὶ Θεόπομπος, ὅτε ἐλεῖν τὸν Σειληνὸν ὑπὸ μέθης ἠθέλησεν. ἔστι δὲ ἡ κρήνη, ὥς φησι Βίων, μέση Μαιδῶν [1] καὶ Παιόνων, Ἴννα καλουμένη. Στάφυλος δέ φησι, τὴν τοῦ οἴνου πρὸς τὸ ὕδωρ κρᾶσιν Μελάμ-

1 Vulgo Μήδων edd. & mss.

quadrigae mulis iunctae sequuntur regem. Cteſias Cnidius narrat etiam, qua ratione coquatur iſta aqua, & quomodo vaſis excepta advehatur regi; leviſſimam eam eſſe dicens, potuque ſuaviſſimam. Et Aegypti rex ſecundus, Philadelphus cognominatus, cum filiam Berenicem Antiocho, Syriae regi, nuptum dediſſet, mittendam filiae Nili aquam ſedulo curavit, ut nonniſi de hoc fluvio illa biberet; ut narrat Polybius. Heliodorus auctor eſt, Antiochum Epiphanem, quem ob res inſane geſtas *Epimanen* Polybius vocat, Antiochiae fontem vino miſcuiſſe: quemadmodum & Phrygium Midam feciſſe Theopompus ſcribit, cum vellet Silenum per ebrietatem capere. Eſt autem fons ille, ut Bion ait, medius inter Maedos ac Paeonas, & Inna nominatur. Staphylus, vinum aqua temperandi rationem a Melampode primum

d ποθα πρῶτον εὑρεῖν. Φησὶ δὲ πεπτικώτερον τοῦ οἴνου τὸ ὕδωρ Πλειστόνικος.

XXIV. Aqua ante vinum bibenda.

Ὅτι τοῖς προπίνουσιν ἐπιτεταμένως οὐκ οἰκείως διατίθεται ὁ στόμαχος, ἀλλὰ μᾶλλον κακοῦται, καὶ πολλάκις φθορὰς [1] τῶν ληφθέντων παρασκευάζει. δεῖ οὖν τὸν ὑγείας ἀντιποιούμενον, καὶ συμμέτροις γυμνασίοις χρᾶσθαι, διὰ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας, καὶ λουτροῖς, ὡς διᾶναί τε τὸ σῶμα καὶ μαλαχθῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα προπίνειν ὕδωρ, ὡς χρηστότατον, ἐν μὲν χειμῶνι καὶ ἔαρι θερμὸν ὡς μάλιστα, ἐν δὲ τῷ θέρει ψυ-
e χρὸν, ὡς μὴ προσεκλύειν τὸν στόμαχον· προπίνειν δὲ σύμμετρον τῷ πλήθει, χάριν τοῦ προαναληφθῆναι τοῦτο εἰς τὴν ἕξιν, καὶ μὴ ἀκέραιον ἀναδίδοσθαι τὴν ἀπὸ τοῦ οἴνου δύναμιν, μηδὲ τοῖς πέρασι τῶν ἀγγείων προσπίπτουσαν ἐπιδάκνειν. ἐὰν δέ τις ἡμῶν τοῦτο δυσκόλως ποιῇ, γλυκὺν ὑδαρῆ [2] ἢ θερμὸν προλαμβανέτω, μά-

Vinum dulce.

1 φθορὰν mssti noſtri. 2 Vulgo γλυκὺ ὕδωρ ἢ θερμ.

inventam eſſe memorat. Aquam cibis concoquendis aptiorem eſſe vino, docet Pleiſtonicus.

24. Qui ante coenam acrius bibunt, eis non bene habet ventriculus; imo vero laeditur, & ſaepe corruptionem efficit ciborum. Quare qui valetudini ſtudet, debet & modicis exercitationibus uti, ne nimii excitentur ſudores, & balneis, quibus humectetur corpus & molleſcat: deinde vero aquam praebibere, quam poteſt optimam; hieme ac vere ut plurimum calidam, aeſtate frigidam, ne debilitetur ventriculus; praebibere vero modicâ copiâ, ut ante vini potum in habitum corporis diſtribuatur, nec eo vini perveniat integra & indomita vis, quae vaſorum lateribus impacta mordeat. Id autem facere ſi noſtrûm quiſpiam gravetur, is vinum dulce aqua bene temperatum, aut calidum, ante coenam bibito; maxime dulce Les-

λιστα δὲ τὸν καλούμενον πρότροπον, τὸν γλυκὺν Λέσβιον, ὄντα εὐστόμαχον. καὶ ὁ γλυκάζων δ' οἶνος οὐ βαρύνει τὴν κεφαλὴν, ὡς Ἱπποκράτης ἐν τῷ Περὶ Διαίτης φησίν· ὅ τινες μὲν ἐπιγράφουσι Περὶ ὀξέων Νοσημάτων· οἱ δὲ Περὶ Πτισάνης· ἄλλοι δὲ Πρὸς τὰς Κνι- f δίας γνώμας. λέγει δέ· „Ὁ γλυκὺς ἧσσόν ἐστι καρηβαρικὸς τοῦ οἰνώδεος, καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος, διαχωρητικώτερος τοῦ ἑτέρου κατ' ἔντερον.“ Οὐ δεῖ δὲ προπίνειν καθὰ τοὺς Καρμανούς φησι Ποσειδώνιος· τούτους γὰρ, Φιλοφρονουμένους ἐν τοῖς συμποσίοις, λύειν τὰς ἐπὶ τῷ προσώπῳ φλέβας, καὶ τὸ καταῤῥέον αἷμα μιγνύντας τῷ πόματι, προσφέρεσθαι, τέλος φιλίας νομίζοντας τὸ γεύσασθαι [1] τοῦ ἀλλήλων αἵματος· μετὰ δὲ τὴν προσφορὰν ταύτην συγχρίεσθαι τὴν a κεφαλὴν μύρῳ, μάλιστα μὲν ῥοδίνῳ· εἰ δὲ μὴ, μηλίνῳ· εἰς τὸ ἀποκρούεσθαι [2] τὸ ἀπὸ τοῦ πότου, καὶ μὴ

Carmanorum propinatio.

1 γεύεσθαι mss. noſtri. 2 Vulgo ἀποκρούεσθαί τι ἀπό.

bium, quod *protropon* vocant, ſtomacho commodum. Habent autem hoc vina dulcia, ut caput non gravent, quemadmodum Hippocrates docet in libro *de Diaeta*, quem nonnulli *de Morbis Acutis* inſcribunt, alii *de Ptiſana*, rurſus alii *Adverſus Cnidias Sententias*. Dicit igitur: »Vinum dulce caput minus gravat, quam vinoſum, mentemque minus tentat; & per inteſtina citius meat quam quodvis aliud.« Nec vero ita propinandum eſt, ut Carmanos facere Poſidonius ait: hi enim, in conviviis mutuae benevolentiae documentum ſibi invicem daturi, ſectis in fronte venis defluentem ſanguinem potui miſcent, bibuntque; ſummum hoc & extremum in amicitia exiſtimantes, ſi ſuum invicem ſanguinem deguſtaſſent. Poſt iſtam potationem, unguento caput illinunt, roſaceo maxime, aut, ſi id non ſuppetit, melino, ad prohibendum potus effectum, & ne vini

βλάπτεσθαι ἀπὸ τῆς τοῦ οἴνου ἀναθυμιάσεως· εἰ δὲ μὴ, ἰρίνῳ ἢ ναρδίνῳ. Οὐ κακῶς οὖν Ἄλεξις φησίν·

Ἐναλείφεται τὰς ῥῖνας· ὑγιείας μέρος
μέγιστον, ὀσμὰς ἐγκεφάλῳ χρηστὰς ποιεῖν. [1]

XXV. Quaenam aqua optima.

Ἐκκλίνειν δὲ δεῖ τὰ παχέα τῶν μύρων· ὕδωρ τε πίνειν, τὸ κατὰ πρόσψιν λεπτὸν καὶ διαυγὲς, ὃ δὴ καὶ b κατὰ τὸν σταθμόν ἐστι κοῦφον, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῷ γεώδες ἔχει. τὸ δὲ συμμέτρως θερμαινόμενον καὶ ψυχόμενον ὕδωρ, χρηστόν ἐστι, καὶ εἰς χάλκεον ἢ ἀργύρεον ἄγγος ἐγχεόμενον οὐ ποιεῖ τὸ ἰῶδες. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Ἱπποκράτης· „ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον καὶ ψυχόμενον, ἀεὶ κουφότερον.“ μοχθηρὰ δέ ἐστι τὰ βραδέως τὰ ὄσπρια τήκοντα. τοιαῦτα δὲ τὰ νιτρώδη, καὶ ἁλμυρά. Ἐν τῷ Περὶ Ὑδάτων Ἱπποκράτης καλεῖ τὸ χρηστὸν ὕδωρ, πότιμον. [2] τὰ δὲ τῶν ὑδάτων στάσιμα, c χαλεπά· ὡς τὰ λιμναῖα, καὶ τὰ ἑλώδη. ἔστι δὲ καὶ

1 Vulgo h. l. ποιᾶν. 2 πολύτιμον vulgo.

vapore laedantur: ſi melinum non adeſt, liliaceo aut nardino utuntur. Non male igitur Alexis ait:

Nares perungit: ſanitatis maxima
quae pars, odore cerebrum perfundi bono.

25. Vitanda ſunt autem unguenta craſſiora: & aqua bibenda adſpectu tenuis & pellucida, pondere etiam ad lancem levis, & in qua nihil inſit terreni. Optima quidem illa, quae facile & calefit & refrigeratur; & quae vaſis aeneis argenteiſve infuſa, nulla aerugine vaſa inficit. Dicit etiam Hippocrates: »Aqua, quae cito calefit & refrigeſcit, ſemper leviſſima.« Minus bona autem, quae tardius coquit legumina: qualis eſt nitroſa, & ſalſa. In libro De Aquis, bonam aquam Hippocrates *potabilem* vocat. Quae vero ſtabiles ſunt aquae, eae graves; veluti ſtagnorum & paludum. Et fontana-

τῶν κρηναίων τὰ πλεῖστα σκληρότερα. Ἐρασίστρατος δέ φησιν, ὡς δοκιμάζουσί τινες τὰ ὕδατα σταθμῷ ἀνεξετάστως. ἰδοὺ γὰρ τοῦ ἐξ Ἀμφιαράου ὕδατος καὶ τοῦ ἐξ Ἐρετρίας συμβαλλομένων, τοῦ μὲν φαύλου, τοῦ δὲ χρηστοῦ, ὄντως οὐδ' ἥτις ἐστὶ διαφορὰ κατὰ τὸν σταθμόν. Ἱπποκράτης δ' ἐν τῷ Περὶ Τόπων, ἄριστα φησιν εἶναι τῶν ὑδάτων, ὅσα ἐκ μετεώρων χωρίων, καὶ ἐκ λόφων ξηρῶν.[1] „ταῦτα γὰρ λευκὰ, καὶ γλυκέα, καὶ τὸν οἶνον ὀλίγον φέρειν οἷά τε ἐστὶ, τόν τε χειμῶνα θερμαίνεται, καὶ τὸ θέρος ψυχρά ἐστι." ἐπαινεῖ δὲ μάλιστα, ὧν τὰ ῥεύματα πρὸς ἀνατολὴν ἡλίου ἔῤῥωγε, καὶ μάλιστα πρὸς τὰς θερινάς. ἀνάγκη γὰρ λαμπρὰ εἶναι, καὶ εὐώδη, καὶ κοῦφα. Δεκλῆς δέ φησι, τὸ ὕδωρ, πεπτικὸν εἶναι, καὶ ἄφυσον, ψυκτικόν τε μετρίως, ὀξυδερκές τε, καὶ ἥκιστα κεφαλβαρικὸν, κινητικόν τε ψυχῆς καὶ σώματος. Πρα-

1 γεηρῶν legitur apud Hippocr.

rum aquarum pleraeque duriores. Erasistratus ait, minime certam esse eorum rationem, qui aquae bonitatem pondere & libra explorent. »Ecce enim, inquit, si comparetur aqua ex Amphiarai fonte cum Eretriensi, quarum altera vitiosa est, altera salubris, revera nullum ponderis discrimen est. Hippocrates, libro De locis, optimam esse aquam pronunciat, e locis sublimibus & e collibus siccis profluentem; ut quae limpida sit, & dulcis, & minimum vini ferre possit, & hiemale tepida sit, aestate frigida. Laudat vero eas maxime aquas, quarum rivi versus orientem solem erumpunt, & praesertim versus orientem aestivum: has enim necessario & limpidas esse, & boni odoris, & levis. Diocles dicit: aquam utilem esse concoctioni, flatus non gignere, modice refrigerare, visum acuere, caput minime onerare, animi corporisque motum facilem re-

γυας τέ φησι ταὐτά. ἐπαινεῖ δὲ τὸ ὄμβριον. Εὐήνωρ δὲ τὰ λακκαῖα· χρηστόν τε εἶναι φάσκει τὸ ἐξ Ἀμφιαράου, συμβαλλόμενον τῷ ἐν Ἐρετρίᾳ.

XXVI. Nutriendi vis in aqua; in lacte.

Ὅτι δὲ τὸ ὕδωρ ὁμολογουμένως ἐστὶ τρόφιμον, δῆλον ἐκ τοῦ τρέφεσθαί τινα ἐξ αὐτοῦ μόνου τῶν ζώων, ὥσπερ τοὺς τέττιγας. πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὑγρῶν ἐστι τρόφιμα, οἷον γάλα, πτισάνη, οἶνος. τὰ γοῦν ὑποτίτθια, γάλακτι διοικεῖται. καὶ πολλὰ δὲ ἔθνη γαλακτοποτοῦντα ζῇ. Δημόκριτον δὲ τὸν Ἀβδηρίτην, λόγος ἐστί, διὰ γῆρας ἐξάξαι αὐτὸν διεγνωκότα τοῦ ζῆν, καὶ φαιροῦντα τῆς τροφῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐπεὶ αἱ τῶν θεσμοφορίων ἡμέραι ἐνέστησαν· δεηθεισῶν τῶν οἰκείων γυναικῶν, μὴ ἀποθνήσκειν [1] κατὰ τὴν πανήγυριν, ὅπως ἑστάσωσι· πεισθῆναι, κελεύσαντα μέλιτος ἀγγεῖον αὐτῷ πλησίον παρατεθῆναι· καὶ διαζῆσαι ἡμέρας ἱκα-

in melle.

1 ἀποθανεῖν mss.

ere. Eademque Praxagoras dicit; & prae reliquis laudat pluviam aquam. Euenor cisterninam laudat: aitque, meliorem esse aquam ex Amphiarai fonte, collatam cum Eretriensi.

26. Aquae citra controversiam nutriendi vim inesse, inde manifestum est, quod eâ solâ nutriantur animanda quaedam; veluti cicadae. Habent autem multa etiam alia liquidorum genera vim alendi, ut lac, ptisana, vinum. Subrumi quidem foetus lacte nutriuntur: ac sunt etiam populi multi, qui lactis potu vitam sustentant. Democritum vero Abderitam, cum senectutis taedio e vita sese educere decrevisset, & quotidie de cibo aliquid sibi detraxisset, instantibus iam festis diebus Thesmophoriorum, aiunt, rogantibus domesticis mulieribus, ne per id celebritatis tempus moreretur, sibi ut liceret festos illos dies celebrare, gessisse morem, & vas melle repletum sibi iussisse adponi: sic in multos

τῶν κρηναίων τὰ πλεῖστα σκληρότερα. Ἐρασίστρατος δέ φησιν, ὡς δοκιμάζουσί τινες τὰ ὕδατα σταθμῷ, ἀνεξετάστως. ἰδοὺ γὰρ τοῦ ἐξ Ἀμφιαράου ὕδατος καὶ τοῦ ἐξ Ἐρετρίας συμβαλλομένων, τοῦ μὲν φαύλου, τοῦ δὲ χρηστοῦ, ὄντως οὐδ' ὅτις ἐστὶ διαφορὰ κατὰ τὸν σταθμόν. Ἱπποκράτης δ' ἐν τῷ Περὶ Τόπων, ἀριστά φησιν εἶναι τῶν ὑδάτων, ὅσα ἐκ μετεώρων χωρίων ῥεῖ, καὶ ἐκ λόφων ξηρῶν. [1] „ταῦτα γὰρ λευκὰ, καὶ γλυκέα, καὶ τὸν οἶνον ὀλίγον φέρειν οἷά τε ἐστὶ, τόν τε χειμῶνα θερμαίνεται, καὶ τὸ θέρος ψυχρά ἐστιν.“ ἐπαινεῖ δὲ μάλιστα, ὧν τὰ ῥεύματα πρὸς ἀνατολὴν d ἡλίου ἔρρωγε, καὶ μάλιστα πρὸς τὰς θερινάς. ἀναγκη γὰρ λαμπρὰ εἶναι, καὶ εὐώδη, καὶ κοῦφα. Διοκλῆς δέ φησι, τὸ ὕδωρ, πεπτικὸν εἶναι, καὶ ἄφυσον, ψυκτικόν τε μετρίως, ὀξυθερκές τε, καὶ ἥκιστα καρηβαρικὸν, κινητικόν τε ψυχῆς καὶ σώματος. Πραξα-

1 γεηρῶν legitur apud Hippocr.

rum aquarum pleraeque duriores. Eraſiſtratus ait, minime certam eſſe eorum rationem, qui aquae bonitatem pondere & libra explorent. »Ecce enim, inquit, ſi comparetur aqua ex Amphiarai fonte cum Eretrienſi, quarum altera vitioſa eſt, altera ſalubris, revera nullum ponderis diſcrimen eſt. Hippocrates, libro De Locis, optimam eſſe aquam pronunciat, e locis ſublimibus & e collibus ſiccis profluentem; ut quae limpida ſit, & dulcis, & minimum vini ferre poſſit, & hieme tepida ſit, aeſtate frigida. Laudat vero eas maxime aquas, quarum rivi verſus orientem ſolem erumpunt, & praeſertim verſus orientem aeſtivum: has enim neceſſario & limpidas eſſe, & boni odoris, & leves. Diocles dicit: aquam utilem eſſe concoctioni, flatus non gignere, modice refrigerare, viſum acuere, caput minime onerare, animi corporiſque motum facilem red-

γόρας τέ φησι ταὐτά. ἐπαινεῖ δὲ τὸ ὄμβριον. Εὐήνῳ δὲ τὰ λακκαῖα· χρηστόν τε εἶναι φάσκει τὸ ἐξ Ἀμφιαράου, συμβαλλόμενον τῷ ἐν Ἐρετρίᾳ.

"Οτι δὲ τὸ ὕδωρ ὁμολογουμένως ἐστὶ τρόφιμον, δῆ- XXVI.
e λον ἐκ τοῦ τρέφεσθαί τινα ἐξ αὐτοῦ μόνου τῶν ζώων, Nutriendi vis in aqua;
ὥσπερ τοὺς τέττιγας. πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὑγρῶν
ἐστι τρόφιμα, οἷον γάλα, πτισάνη, οἶνος. τὰ γοῦν in lacte;
ὑποτίτθια, γάλακτι διοικεῖται. καὶ πολλὰ δὲ ἔθνη γα-
λακτοποτοῦντα ζῇ. Δημόκριτον δὲ τὸν Ἀβδηρίτην, λόγος
ἔχει, διὰ γῆρας ἐξάξαι αὐτὸν διεγνωκότα τοῦ ζῆν, καὶ
ὑφαιροῦντα τῆς τροφῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐπεὶ αἱ τῶν
Θεσμοφορίων ἡμέραι ἐνέστησαν· δεηθεισῶν τῶν οἰκείων
f γυναικῶν, μὴ ἀποθνήσκειν [1] κατὰ τὴν πανήγυριν, ὅπως
ἑορτάσωσι· πεισθῆναι, κελεύσαντα μέλιτος ἀγγεῖον in melle.
αὐτῷ πλησίον παρατεθῆναι· καὶ διαζῆσαι ἡμέρας ἱκα-

1 ἀποθανεῖν mss.

dere. Eademque Praxagoras dicit; & prae reliquis laudat pluviam aquam. Euenor ciſterninam laudat: aitque, meliorem eſſe aquam ex Amphiarai fonte, collatam cum Eretrienſi.

26. Aquae citra controverſiam nutriendi vim ineſſe, inde manifeſtum eſt, quod eâ ſolâ nutriantur animantia quaedam; veluti cicadae. Habent autem multa etiam alia liquidorum genera vim alendi, ut lac, ptiſana, vinum. Subrumi quidem foetus lacte nutriuntur: ac ſunt etiam populi multi, qui lactis potu vitam ſuſtentant. Democritum vero Abderitam, cum ſenectutis taedio e vita ſeſe educere decreviſſet, & quotidie de cibo aliquid ſibi detraxiſſet, inſtantibus iam feſtis diebus Theſmophoriorum, aiunt, rogantibus domeſticis mulieribus, ne per id celebritatis tempus moreretur, ſibi ut liceret feſtos illos dies celebrare, geſſiſſe morem, & vas melle repletum ſibi iuſſiſſe adponi: ſic in multos

νὰς τὸν ἄνδρα τῇ ἀπὸ τοῦ μέλιτος ἀναφορᾷ μόνῃ χρώμενον· καὶ μετὰ τὰς ἡμέρας βασταχθέντος τοῦ μέλιτος, ἀποθανεῖν. ἔχαιρε δὲ ὁ Δημόκριτος αἰεὶ τῷ μέλιτι· καὶ πρὸς τὸν πυθόμενον, πῶς ἂν ὑγιῶς τις διάγοι, ἔφη, εἰ τὰ μὲν ἐντὸς μέλιτι βρέχει, [1] τὰ δ' ἐκτὸς ἐλαίῳ. καὶ τῶν Πυθαγορικῶν δὲ τροφὴ ἦν ἄρτος μετὰ μέλιτος, ὡς φησι Ἀριστόξενος· τοὺς προσφερομένους a αὐτὰ ἀεὶ ἐπ' ἀρίστῳ, λέγων, ἀνόσους διατελεῖν. Λύκος δὲ πολυχρονίους φησὶν εἶναι τοὺς Κυρνίους (οἰκοῦσι δ' οὗτοι περὶ Σαρδὼ) διὰ τὸ μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι· πλεῖστον δὲ τοῦτο γίνεται παρ' αὐτοῖς.

XXVII. Ὅρα τὸ ἀνατιθεμένων πάντων τὴν ζήτησιν, ἤτοι, ἀναβαλλομένων.

Ἀνατίθεσθαι.

Ὅτι τὸ ἄνηστις, ἤτοι νῆστις, πλεοναστικῷ τοῦ α, (ὡς στάχυς, ἄσταχυς) παρὰ Κρατίνῳ κεῖται·

Ἄνηστις.

1 βρέχοι edd.

dies vitam prorogaſſe, ſolo mellis odore & halitu continuatam; & exactis illis diebus, aſportato melle, vitam finiiſſe. Semper autem delectatus fuerat melle: adeo ut cuidam percunctanti, quo pacto ſanus aliquis vitam acturus eſſet, reſponderit, *ſi corporis interiora melle rigaret, exteriora oleo.* Erat vero etiam Pythagoreorum nutrimentum, panis cum melle; ut ſcribit Ariſtoxenus, adiiciens, morborum ſemper expertes eſſe qui hoc conſtanter prandio utantur. Et Lycus, longaevos, ait, vivere Corſos, (vicinam hi Sardiniae inſulam incolunt) quod conſtanter melle utantur: cuius apud illos magna copia reperitur.

27. Ecce: ubi ait, *in aliud tempus omnes reiciſſe quaeſtionem*, ἀνατιθεμένων dicit, pro ἀναβαλλομένων.

Vocabulum ἄνηστις, *ieiunus*, idem valens ac νῆστις, per pleonaſmum literae α, (quemadmodum & στάχυς & ἄσταχυς dicitur) reperitur apud Cratinum:

Οὐ γάρ τοι σύ γε πρῶτος φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον
ἄνηστις.

b Τὸ δὲ ὀξύπεινος παρὰ Διφίλῳ· 'Οξύπεινος.

Τέρπομαι γυμνοὺς ὁρῶν
τοὺς ὀξυπείνους, καὶ πρὸ τῶν καιρῶν ἀεὶ
πάντ' εἰδέναι σπεύδοντας.

καὶ Ἀντιφάνης·

Α. Ἕν νόσημα τοῦτ' ἔχει·
ἀεὶ γὰρ ὀξύπεινός ἐστι. Β. Θετταλὸν λέγεις
κομιδῇ τὸν ἄνδρα.

καὶ Εὔβουλος·

Ζῆθον μὲν ἐλθεῖν ἀγνὸν ἐς Θήβης πέδον
οἰκεῖν κελεύει· καὶ γὰρ ἀξιωτέρους
c πωλοῦσιν, ὡς ἔοικε, τοὺς ἄρτους ἐκεῖ·
σὺ δ' [1] ὀξύπεινος. τὸν δὲ μουσικώτατον
κλεινὰς Ἀθήνας ἐκπερᾶν Ἀμφίονα·

1 ὁ δ' ὀξυπ. Grot. Si quid mutandum, ἢν δ' mallem.

Non tu quidem primus ad coenam ieiunus venis.

'Οξύπεινος vocabulum, (quod hominem *famelicum* significat) apud Diphilum legitur:

Laetor, cum famelicos
nudosque video hos, ante tempus qui omnia
scire expetiscunt.

Et apud Antiphanem:

A. *Uno hoc morbo laborat:*
semper est famelicus. B. *Thessalum prorsus*
hominem dicis.

Item Eubulus ait:

Imperitat Zetho, sacrarum Thebarum loca
habitatum ut abeat; illic namque, ut res docet,
multo minore pretio panes veneunt:
erat autem ille esuritor. At in astu Atticum
Amphionem ire iussit musicissimum,

οὗ ῥᾷστ' ἀεὶ πεινῶσι Κεκροπιδῶν κόροι,
κάπτοντες αὔρας, ἐλπίδας σιτούμενοι.

XXVIII. Μονοσιτεῖν. Ὁ δὲ μονοσιτῶν κεῖται παρ' Ἀλέξιδι·

Ἐπὰν ἰδιώτην ἄνδρα μονοσιτοῦντ' ἴδῃς,
ἢ μὴ ποθοῦντ' ᾠδὰς ποιητὴν [1] καὶ μέλη·
τὸν μὲν ἰδιώτην τοῦ βίου τὸν ἥμισυν
ἀπολωλεκέναι νόμιζε, τὸν δὲ τῆς τέχνης
τὴν ἡμίσειαν· ζῶσι δ' ἀμφότεροι μόλις. d

Πλάτων· „Οὐ μονοσιτῶν ἑκάστοτε, ἀλλὰ καἰνιότε δειπνῶν δὶς τῆς ἡμέρας."

Νωγαλεύματα. Ὅτι νωγαλεύματα ἐκάλουν τὰ ἡδέα βρώματα. Ἀραρὼς, ἐν Καμπυλίωνι·

Τὰ κομψὰ μὲν δὴ ταῦτα νωγαλεύματα.

Ἀλεξις·

Θασίοις οἰναρίοις
τῆς ἡμέρας τὸ λοιπὸν ὑποβρέχει μέρος,

1 ποιητὰς mss. ᾠδὰς ποιητικὰς edd.

ubi facile pueri Cecropidum tolerant famem,
veſcentes auris, ſe lactantes ſperibus.

28. Verbum μονοσιτῶν, (id eſt, *ſemel de die capiens cibum*) reperitur apud Alexidem:

Si hominem otioſum de die non plus ſemel
cibum capientem, nec modulantem carmina
poëtam videas; illi dimidium puta
periiſſe fortunarum, & huic artis ſuae
dimidium, & ambos aegre vitam vivere.

Plato ait: *Non conſtanter ſemel tantum de die cibum cepit, ſed nonnumquam etiam bis coenavit.*

Νωγαλεύματα vocant *ſuavia* quaevis *delicataque edulia.* Araros, Campylione:

Feſtiva ſcilicet haec bellaria! (νωγαλεύματα.)

Alexis:

Thaſiis villis
reliquam diei partem ſeſe humectat,

καὶ νωγαλίζει.

Ἀντιφάνης, ἐν Βουσίριδι·

Βότρυς, ῥοὰς, Φοίνικας, ἕτερα νώγαλα.

Ἀπόσιτον δ' εἴρηκε Φιλωνίδης. Αὐτόσιτον δὲ Αὐτόσιτος.
Κρώβυλος·

παράσιτον, αὐτόσιτον.

Ἀναρίστητον δ' εἴρηκεν Εὔπολις. Ἀναγκόσιτον Ἀναγκέσιτος.
δὲ Κράτης. καὶ Νικόστρατος δέ·

Μειράκιον κατὰ τύχην ὑποσκαφιόκαρτόν τι,
καὶ κεχλαμυδωμένον, κατὰ γῆς ἀναγκοσιτῶ.

Ἀριστόδειπνον εἶπεν Ἀλεξις·

— ἀφ' ὧν γένοιτ' ἂν ἡμῖν συντόμως
ἀριστόδειπνον.

Μετὰ ταῦτα ἀναστάντες, κατεκλίνθημεν ὡς ἕκα- XXIX.

bellariisque veſcitur. (νωγαλίζει.)

Antiphanes, Buſiride:

Uvas, punica mala, palmulas, aliaque bellaria.

Ἀπόσιτον [de eo *qui cibo abſtinet*] dixit Philonides. Vocabulo αὐτόσιτος [de eo qui *domi ſuae & de ſuo coenat*] uſus eſt Crobylus:

— — *paraſitum, autoſitum.*

Ἀναρίστητον, *impranſum*, dixit Eupolis. Ἀναγκόσιτον, [*cui largius comedendi neceſſitas eſt impoſita,*] Crates. Nicoſtratus vero etiam verbo uſus eſt ἀναγκοσιτέω:

Forte ego adoleſcentulum aliquem molliter tonſum,
& chlamyde veſtitum, ſub terra coactus-nutrio. (ſive *invitum nutrio.*)

Vocem ἀριστόδειπνον Alexis uſurpavit:

— — *E quibus raptim nobis paretur*
prandium, quod ſit ſimul coenae loco.

29. Poſt haec adſurreximus, &, ut cuique libitum

στος ἤθελεν, οὐ περιμείναντες ὀνομακλήτορα, τὸν τῶν δείπνων ταξίαρχον.

Triclinia. Ὅτι καὶ τρίκλινοι οἶκοι, καὶ τετράκλινοι, καὶ f ἑπτάκλινοι, καὶ ἐννεάκλινοι, καὶ κατὰ τοὺς ἑξῆς ἀριθμοὺς, ἦσαν παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Ἀντιφάνης·

Συναγαγὼν

τρεῖς ὄντας εἰς τρίκλινον ὑμᾶς. —

Φρύνιχος·

Ἑπτάκλινος οἶκος ἦν καλὸς, εἶτ' ἐννεάκλινος
ἕτερος οἶκος.

Εὔβουλος·

Α. Θὲς ἑπτάκλινον. Β. Ἑπτάκλινος οὑτοσί.
Α. Καὶ πέντε κλίνας Σικελικάς. Β. Λέγ' ἄλλο τι.
Α. Σικελικὰ προσκεφάλαια πέντε.

Ἄμφις·

eſt, adcubuimus; non exſpectato Nomenclatore, ſuum in coena cuique, veluti in acie, ordinem gradumque adſignaturo.

Fuerunt apud antiquos conclavia triclinaria, tetraclinaria, porro ſeptem, novem lectulorum, atque etiam plurium, pro numero lectulorum diverſum nomen ſortita. Antiphanes:

Vos, tres cum ſitis, in triclinium ducam.

Phrynichus:

Septem lectulorum conclave erat pulcrum, tum novem lectulorum
conclave aliud.

Eubulus:

A. *Heptaclinium pone.* B. *En heptaclinium!*
A. *Et quinque lectulos Siculos.* B. *Dic porro!*
A. *Sicula cervicalia quinque.*

Amphis:

a Οὐχ ὑποστρώσεις ποτὲ τρίκλινον;
Ἀναξανδρίδης·

Τρίκλινον δ' εὐθέως
συνήγετα, καὶ συναυλίαι γέροντι. [1] —

Ἀλλὰ ξενῶνας οἶγε, καὶ ῥᾶνον δόμους,
στρώννυ τε κοίτας, καὶ πυρὸς Φλέξον μένος·
κρατῆρα δ' αἶρου, καὶ τὸν ἥδιστον κέρα.

* [2] νῦν δὲ τὴν τῶν στρωμάτων σύνθεσιν περιβολῆ χωρίζουσι καὶ ὑποβολῆ, φησὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος. ὁ δ' ὁμώνυμος αὐτῷ ποιητής φησι· XXX. Stragula.

b Κἄτ' ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσιν
καὶ στρώμασι πορφυροβάπτοις,
κἀν φοινικίσι Σαρδιανεῖσιν [3]

1 γεροντικαὶ corrigebat Casaub. Caeterum huc porro referendi videntur Menandri versus, qui in *Praetermissis ex Lib. II.* leguntur. 2 Initium sententiae e Platone supplendum. 3 Vulgo φοινικίσι Σαρδιανικαῖσι, & paulo ante ἐλεφαντόποσι absque ν.

Nonne sternes tandem triclinium?
Anaxandrides:

Triclinium statim
paratum est, & musicorum concentus, seni.
Coenaculum aperi, & verre domum,
sterne lectulos, ignemque accende validum:
craterem cape, & misce optimum.

30. Plato philosophus ait: »[Ab ea parte artis textoriae, quae conficiendis vestibus occupatur,] iam distinximus artem parandorum stragulorum: ut altera versetur in his quae *circumiicimus* corpori, altera in his quae *subiicimus*.« Eiusdem nominis cum philosopho Comicus ait:

Inde in lectis pedibus-eburneis,
& in stragulis ostro tinctis,
inque tapetibus Sardinianis,

κοσμησάμενοι[1] κατάκεινται.

Ἤκμασε δ' ἡ τῶν ποικίλων ὑφὴ, μάλιστα ἐντέχνων περὶ αὐτὰ γενομένων Ἀκεσᾶ καὶ Ἑλικῶνος, τῶν Κυπρίων. ὑφάνται δ' ἦσαν ἔνδοξοι· καὶ ἦν Ἑλικὼν υἱὸς Ἀκεσᾶ, ὥς φησιν Ἱερώνυμος. ἐν Πυθοῖ γοῦν ἐπί τινος ἔργου ἐπιγέγραπται·

Τεῦξ' Ἑλικὼν Ἀκεσᾶ Σαλαμίνιος, ᾧ ἐνὶ χερσὶ
πότνια Θεσπεσίην Παλλὰς ἔτευξε χάριν.

Τοιοῦτος ἦν καὶ Παθυμίας ὁ Αἰγύπτιος. — „Ὡς ἐγὼ σκιρτῶ πάλαι, ὅπου ῥοδόπνοα στρώματ' ἐστὶ, καὶ λούομαι μύροις ψακαστοῖς·" φησὶν Ἔφιππος. Ἀριστοφάνης· „Ὅς τις ἐν ἡδυόσμοις στρώμασι παννυχίζων, τὴν δέσποιναν ἐρείδεις." Σώφρων δὲ „στρουθωτὰ ἐλίγματα, φησὶν, ἐντετιμημένα."[2] Ὅμηρος δὲ, ὁ θαυμασιώτατος, τῶν στρωμάτων τὰ μὲν κατώτερα, c

1 κοιμησόμενοι lego. 2 ἐντετιλημένα coni. Casaub.

dormituri discumbunt.

Floruit vestium variegatarum tinctura, solertibus in primis artis eius magistris Acesa & Helicone, Cypriis, textoribus celeberrimis. Fuit autem Helicon Acesae filius, ut tradidit Hieronymus. In Delphico quidem templo cuidam operi inscriptum est:

Fecit Helicon, Acesae filius, cuius in manibus
divinam veneranda Pallas gratiam posuit.

Eâdem arte excelluit etiam Pathymias Aegyptius.

Ut exsulto dudum, cum stragula rosam olent,
cum stillatitiis unguentis delibutus lavo:

ait Ephippus. Aristophanes: *Tu, qui in stragulis pernoctans suavem odorem spirantibus, dominam premis.* Sophron vero, »Ἐλίγματα, dixit, (quasi *involucra*) *avium imaginibus picta, maximi pretii.*« Admirabilis vero Homerus e stragulis ea quae inferius sternebantur, λῖτα vocat,

λῖτα εἶναι φάσκει, ἤτοι λευκὰ, καὶ μὴ βεβαμμένα ἢ πεποικιλμένα· τὰ δὲ περιστρώματα, ῥήγεα καλὰ πορφύρεα.

XXXI. Stratores apud Persas.

Πρῶτοι δὲ Πέρσαι, ὥς φησιν Ἡρακλείδης, καὶ
d τοὺς λεγομένους στρώτας ἐφεῦρον, ἵνα κόσμον ἔχῃ ἡ στρῶσις, καὶ εὐάφειαν. Τὸν οὖν Κρῆτα Τιμαγόραν, ἢ τὸν ἐκ Γόρτυνος (ὥς φησι Φανίας[1] ὁ Περιπατητικὸς) Ἔντιμον, ὃς ζήλῳ Θεμιστοκλέους ἀνέβη ὡς βασιλέα, τιμῶν Ἀρταξέρξης, σκηνὴν μὲν[2] ἔδωκεν αὐτῷ διαφέρουσαν τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, καὶ κλίνην ἀργυρόποδα· ἔπεμψε δὲ καὶ στρώματα πολυτελῆ, καὶ τὸν ὑποστρώσοντα, φάσκων οὐκ ἐπίστασθαι τοὺς Ἕλληνας ὑποστρωννύειν. καὶ ἐπὶ τὸ συγγενικὸν ἄριστον ἐκαλεῖτο ὁ Κρὴς οὗτος, τὸν βασιλέα ψυχαγωγήσας·[3]
e ὅπερ οὐδενὶ πρότερον τῶν Ἑλλήνων ἐγένετο, ἀλλ' οὐδ' ὕστερον. αὕτη γὰρ ἡ τιμὴ τοῖς συγγενέσι διεφυλάτ-

1 Al. Φαινίας. 2 σκηνήν τε mss. noſtri. 3 ψυχαγωγήσων edd.

id eſt, alba, non tincta, nec picta: quae vero ſuperius, *ῥήγεα* [i. e. *tincta*] *pulcra purpurea.*

31. Primi vero Perſae, ut ſcribit Heraclides, etiam *ſtratores*, quos vocant, invenerunt; ut explicandis ſtragulis ſuus conſtaret ornatus & ſuavis contactus. Itaque Timagoram Cretenſem, vel, ut ait Phanias Peripateticus, Entimum Gortynium, qui aemulatione Themiſtoclis ad regem profectus erat, Artaxerxes honoris cauſſa tentorio donavit inſigni pulcritudine amplitudineque, & lecto argenteis pedibus ſuffulto; ſtragulaque ei miſit pretioſa, & hominem qui ea ſterneret, neſcire dictitans Graecos lectum ſternere. Et ad cognatorum convivium vocatus hic Cretenſis eſt; (ita regis demulſerat animum:) quod nulli Graecorum, nec ante, nec poſt hunc, contigit: nam ſolis cognatis ille honos conceſſus eſt. Ne-

τετο. Τιμαγόρᾳ μὲν γὰρ τῷ Ἀθηναίῳ, τῷ προσκυνήσαντι βασιλέα, καὶ μάλιστα τιμηθέντι, τοῦτο οὐχ ὑπῆρξε· τῶν δὲ παρατιθεμένων βασιλεῖ, τούτων τινὰ [1] ἀπὸ τῆς τραπέζης ἀπεστέλλετο. Ἀνταλκείδᾳ [2] δὲ τῷ Λάκωνι τὸν αὐτοῦ στέφανον εἰς μύρου βάψας ἔπεμψε. τῷ δ' Ἐντίμῳ τοιαῦτα πολλὰ ἐποίει, καὶ ἐπὶ τὸ συγγενικὸν ἄριστον ἐκάλει. ἐφ' ᾧ οἱ Πέρσαι χαλεπῶς ἔφερον, ὡς τῆς τε τιμῆς δημευομένης, καὶ στρατείας f ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάλιν ἐσομένης. ἔπεμψε δὲ καὶ κλίνην αὐτῷ ἀργυρόπεδα, καὶ στρωμνὴν, καὶ σκηνὴν οὐρανόροφον ἀνθίνην, καὶ θρόνον ἀργυροῦν, καὶ ἐπίχρυσον σκιάδιον, καὶ φιάλας λιθοκολλήτους χρυσᾶς, καὶ ἀργυρᾶς δὲ μεγάλας ἑκατὸν, καὶ κρατῆρας ἀργυροῦς, καὶ παιδίσκας ἑκατὸν, καὶ παῖδας ἑκατὸν, χρυσοῦς τε ἑξακισχιλίους, χωρὶς τῶν εἰς τὰ ἐπιτήδεια καθ' a ἡμέραν διδομένων.

1 τούτῳ τινὰ corr. Casaub. 2 Rectius Ἀνταλκίδᾳ.

que enim Timagoras Athenienſis, cum adoraſſet regem, magnoque honore eſſet exceptus, id conſecutus eſt: ſed illi ſolum ex adpoſitis regi ferculis quaedam mittebatur portio. Antalcidae vero Lacedaemonio rex ſuam ipſe coronam, unguento delibutam, miſit. Entimum vero multis talibus honorabat, & ad convivium vocabat cognatorum: aegre ferentibus Perſis, quod & vulgaretur ille honos, & nova expeditio in Graeciam inſtare videretur. Miſit vero ei rex & lectum argenteis pedibus, & quidquid ad eum ſternendum pertinebat, & tabernaculum orbiculato tecto, floribus variegatum, & ſellam argenteam, & umbellam inauratam, & aureas phialas gemmis diſtinctas, & centum alias argenteas maiores, & crateres argenteos, puellas centum, totidemque pueros, & aureorum numorum millia ſex, praeter ea quae ad quotidianam impenſam dabantur.

XXXII. Mensae tripodes.

Τράπεζαι ἐλεφαντόποδες, τῶν ἐπιθημάτων ἐκ τῆς καλουμένης σφενδάμνου πεποιημένων. Κρατῖνος·

Γαυριῶσαι δ' ἀναμένουσιν ὧδ' ἐπηγλαϊσμέναι
μείρακες, [1] φαιδραὶ τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμνιναι. [2]

Εἰπόντος τινὸς κυνικοῦ τρίποδα τὴν τράπεζαν, δυσχεραίνει ὁ παρὰ τῷ σοφιστῇ Οὐλπιανὸς, καὶ λέγει, τήμερον ἐγὼ πράγματα ἔξω ἐξ ἀπραξίας. πόθεν γὰρ τούτῳ ὁ τρίπους; εἰ μὴ τὴν Διογένους βακτηρίαν σὺν καὶ τῷ πόδε ἀριθμῶν οὗτος τρίποδα προσηγόρευσε, b πάντων τραπέζας καλούντων τὰς παραθέσεις ταύτας.

Ὅτι Ἡσίοδος ἐν Κήϋκος γάμῳ, (κἂν γὰρ γραμματικῶν παῖδες ἀποξενῶσι τοῦ ποιητοῦ τὰ ἔπη ταῦτα, ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ ἀρχαῖα εἶναι·) τρίποδας τὰς τραπέζας φησί. καὶ Ξενοφῶν δ' ὁ μουσικώτατος, ἐν ἑβδόμῳ

1 μείρηξ est in cod. ms. 2 τραπέζας τρισκ. σφενδαμνίνας legit Valck. μείρακες ad φαιδραὶ & Γαυρ. & ἐπηγλ. referens.

32. Menſae pedibus eburneis, quarum tabulae e ligno acerno, quod dicitur, erant confectae. Cratinus:

Laetae [vos] *exſpectant hîc ſplendentes*
puellae, nitenteſque menſae tripedes acernae.

Cum unus e Cynicis *tripodem* dixiſſet, *menſam* intelligens; indignatus, qui ab Athenaeo inducitur, Ulpianus: »Hodie, inquit, ex ipſo otio naſcetur mihi negotium. Unde enim hic ſuum *tripodem* ſumſit? niſi forte eodem modo Diogenem, baculum hominis ſimul cum duobus pedibus numerans, *tripodem* adpellaverit. Omnes certe homines has, quae nobis ſunt adpoſitae, *menſas* vocant.«

At Heſiodus in Ceycis Nuptiis (licet enim Grammaticorum filii eſſe hoc carmen illius poëtae negent, meo tamen iudicio vetuſtiſſimum eſt) menſas *tripodas* vocat. Et politiſſimus Xenophon, ſeptimo de Cyri Expe-

Ἀναβάσεως γράφει· „Τρίποδες εἰσηνέχθησαν πᾶσιν· οὗτοι δὲ ὅσον εἴκοσι, κρεῶν μεστοὶ νενεμημένων.“ καὶ ἐπάγει· „μάλιστα δ' αἱ τραπέζαι κατὰ τοὺς ξένους ἀεὶ ἐτίθεντο.“ Ἀντιφάνης·

Ἐπεὶ δ' ὁ τρίπους ἤρθη, κατὰ χειρῶν τ' εἴχομεν. c

Εὔβουλος·

— Α. Τρίποδες οὗτοι πέντε σοι,
καὶ πέντε. Β. πεντηκοστολόγος γενήσομαι.

Ἐπίχαρμος·

Α. Τί δὲ τάδ' ἐστί; Β. Δηλαδὴ τρίπους. Α. Τί μὰν [οὖν;][1] οὐκ ἔχει
τέτταρας πόδας; οὐκ ἔστι τρίπους, ἀλλά [γ'] οἶμαι τετράπους.
Β. Ἔστι δ' ὄνομ' αὐτῷ τρίπους. Α. τετράς γε μὰν ἔχει πόδας.
Β. Οἰδίπους τοίνυν ποτ' ἐσσὶ, αἰνίγματά τοι τὺ νοεῖς.[2]

1 Quae uncis incluſa, ex coniect. adiecta ſunt. 2 ποτ' ἦν, αἰνίγματ' οὐ νοεῖς edd. ποτ' ἦν, αἰνιγμά τοι νοεῖς mss. Grotius legit, ποτ' ἦσθα, κοὐ νοεῖς αἰνίγματα.

ditione, ſcribit: »*Tripodes* adlati ſunt omnibus: erant autem hi numero viginti, carnibus diſciſſis onuſti.« Et continuo ſic pergit: »Maxime vero, qua parte hoſpites ſedebant, ponebantur menſae.« — Antiphanes:

Tripode remoto, cum lavaremus manus.

Eubulus: — A. *Tripodes quinque en tibi,*
rurſuſque quinque. B. *Quinquagenarius ero.*

Epicharmus:

A. *Hoc quid eſt?* B. *Tripus, ni fallor.* A. *Quomodo? Non habet pedes*
51. PROPOMA, ſive GUSTATIO. Propoma, inquit Athenaeus, cum circumferretur, moderator convivii Ulpianus ait: Scriptum-ne reperitur apud auctorem quempiam vocabulum *propoma* ea ratione dictum, qua nunc nos dicimus? Et quaerentibus cunctis: Ipſe, inquit, dicam. Phylarchus Athenienſis, aut Naucratita, ubi de Zela verba facit, Bithynorum rege, qui, cum Galatarum duces ad hoſpitium vocaſſet, inſidiasque eis ſtruxiſſet, ipſe occubuit, ſic loquitur, ſi ſatis recte memoriâ teneo: »*Propoma* aliquod [id eſt, guſtatio aliqua] ante coenam circumferebatur, quemadmodum prius conſuetum erat." His dictis, Ulpianus vinum popoſcit e pſyctere; placere ipſum ſibi, dicens, quod memoria tam promte ſuccurriſſet. Fuerunt autem, inquit Athenaeus, in his quae ad guſtationem parata erant, cum alia, tum haec.

52. MALVAE. Heſiodus:

Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Τοῦτο Ἀττικόν.[1] ἐγὼ δέ, φησὶν, ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις εὗρον τοῦ Ἀντιφάνους Μίνωος[2] διὰ τοῦ ο γεγραμμένον· „τρώγοντες μολόχης ῥίζαν." καὶ Ἐπίχαρμος· „πραύτερος ἔγωγε μολόχης." Φανίας[3] δὲ ἐν τοῖς Φυτικοῖς φησί· „Τῆς ἡμέρου μαλάχης ὁ σπερματικὸς τύπος καλεῖται πλακοῦς, ἐμφερὴς ὢν αὐτῷ· τὸ μὲν γὰρ κτενῶδες ἀνάλογον καθάπερ ἡ τοῦ πλα- e κοῦντος κρηπὶς, κατὰ μέσον δὲ τοῦ πλακουντικοῦ ὄγκου τὸ κέντρον ὀμφαλικόν. καὶ περιληφθείσης τῆς κρηπῖδος ὅμοιον γίνεται τοῖς θαλαττίοις περιγεγραμμένοις ἐχίνοις."[4] Ὁ δὲ Σίφνιος Δίφιλος ἱστορεῖ, ὡς ἡ μαλάχη ἐστὶν εὔχυλος, λεαντικὴ ἀρτηρίας, τὰς ἐπιπολαίους ἀποκρίνουσα δριμύτητας. ἐπιτήδειόν τε εἶναί φη-

1 Ἀττικῶς edd. 2 Ἀντιφάνους τὸ μο καὶ λο διὰ τοῦ ο. edd. 3 Constanter Φαινίας mssti noſtri. 4 Obſcurus locus, & defectus, ut videtur.

Nec (ſciunt,) quantum in malva & aſphodelo ſit utilitatis.

Sic quidem (ſcil. μαλάχῃ) Attici dicunt. Ego vero in multis exemplaribus Minois Antiphanis per o vocalem ſcriptum id vocabulum reperi: *Manducantes malvae* (μολόχης) *radicem.* Et Epicharmus: *Mitior ego* μολόχης, id eſt, *quam malva.* Phanias vero (ſive Phaenias) in libris de Plantis ait: »Malvae ſativae forma ſeminalis vocatur *placenta*, quippe cui illa ſimilis eſt. Nam pectinatum illud, habet quamdam ſimilitudinem cum crepidine placentae: in medio vero centrum umbilicatum, ſimile eſt ſummitati tumenti placentae. Et univerſa circumferentia ſimul ſumta, ſimilis eſt echinis marinis, quibus demtae ſpinae. [?] Siphnius vero Diphilus docet, malvam eſſe boni ſucci, lenire arteriam, acres in corporis ſuperficie humores educere: aitque, renum &

σιν αὐτὴν τοῖς τῶν νεφρῶν καὶ τῆς κύστεως ἐρεθισμοῖς εὐέκκριττόν τε εἶναι μετρίως καὶ τρόφιμον[1] κρείττω δὲ f τὴν ἀγρίαν τῆς κηπευομένης. Ἕρμιππος δ' ὁ Καλλιμάχειος, [ἐν τοῖς Περὶ τῶν ἑπτὰ Σοφῶν,] καὶ εἰς τὴν καλουμένην φησὶν ἄλιμον, προσέτι τε ἄδιψον, ἐμβάλλεσθαι τὴν μαλάχην, οὖσαν χρησιμωτάτην.

LIII. Cucurbitae.

ΚΟΛΟΚΥΝΤΑΙ. Εὐθύδημος Ἀθηναῖος, ἐν τῷ Περὶ Λαχάνων, σικύαν Ἰνδικὴν καλεῖ τὴν κολοκύντην, διὰ τὸ κεκομίσθαι τὸ σπέρμα ἐκ τῆς Ἰνδικῆς. Μεγαλοπολῖται δ' αὐτὴν Σικυωνίαν ὀνομάζουσι. Θεόφραστος δὲ, τῶν κολοκυντῶν, φησὶν, οὐκ εἶναι ἓν μέρος ἰδέας·[2] ἀλλ' εἶναι τὰς μὲν βελτίους, τὰς δὲ χείρους. Μηνόδωρος δὲ, ὁ Ἐρασιστράτειος, Ἱκεσίου φίλος· „Τῶν κολοκυντῶν, φησὶν, ἡ μὲν Ἰνδικὴ, ἡ καὶ αὐτὴ καὶ σικύα· ἡ δὲ κολοκύντη. καὶ ἡ μὲν Ἰνδικὴ κατὰ τὸ πλεῖ- a

1 Forte καὶ μετρίως τροφ. ut legit Dalech. 2 Corrupta proxima verba.

veſicae irritationibus eam prodeſſe, excerni facile, mediocriter alere; meliorem autem eſſe ſylveſtrem hortenſi. Hermippus vero Callimachius [in libro de Septem Sapientibus] ait, etiam in *alimon*, quam vocant, & *adipſon*, (id eſt, *famis & ſitis pellendae remedium*) malvam iniici, utpote utiliſſimam.

53. CUCURBITAE. Euthydemus Athenienſis, libro DE Oleribus, cucurbitam vocat *ſicyam Indicam*, quod ex India ſemen eius fuerit advectum. Megalopolitae vero *Sicyoniam* adpellant. Theophraſtus vero, Cucurbitarum, ait, non unum eſſe genus aut ſpeciem; ſed eſſe meliores alias, alias vero deteriores. Menodorus autem, Eraſiſtratius, Hiceſii amicus: »Cucurbitarum, inquit, alia eſt Indica; ea ipſa, quae & *ſicya* vocatur; alia vero, cucurbita (vulgaris.) Et Indica quidem utplurimum

στον ἕψεται· ἡ δὲ κολοκύντη καὶ ὀπτᾶται.“ ἄχρι δὲ τοῦ νῦν λέγεσθαι παρὰ Κνιδίοις τὰς κολοκύντας, Ἰνδικάς. Ἑλλησπόντιοι δὲ σικύας μὲν τὰς μακρὰς καλοῦσι, κολοκύντας δὲ τὰς περιφερεῖς. Διοκλῆς δὲ, κολοκύντας μὲν καλλίστας γίνεσθαι περὶ Μαγνησίαν· προσέτι τε γογγύλην ὑπερμεγέθη, γλυκεῖαν, καὶ εὐστόμαχον· ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ, σικυόν· ἐν δὲ Σμύρνῃ καὶ Γαλατείᾳ, θρίδακα· πήγανον δ' ἐν Μύροις. Δίφιλος δὲ φησίν· „Ἡ δὲ κολοκύντη ὀλιγότροφός ἐστι, καὶ b εὔφθαρτος, καὶ ὑγραντικὴ τῆς ἕξεως, καὶ εὐέκκριτος, εὔχυλος. εὐστομαχωτέρα δέ ἐστιν ἡ δι' ὕδατος καὶ ὄξους λαμβανομένη· εὐχυλοτέρα δὲ ἡ ἀρτυτή. λεπτυντικωτέρα δέ ἐστιν ἡ μετὰ νάπυος· εὐπεπτοτέρα δὲ καὶ εὐεκκριτωτέρα ἡ κάβεφθος.“ Μνησίθεος δὲ φησίν· „Ὅσα εὐφυῶς διάκειται πρὸς τὴν τοῦ πυρὸς κατεργασίαν, οἷον ὅ τε σικυὸς, καὶ ἡ κολοκύντη, καὶ μῆλα Κυδώ-

elixatur; cucurbita vero affatur quoque.« Uſque ad hunc diem vero cucurbitas apud Cnidios *Indicas* dici ait. Helleſpontii vero, quae longae ſunt, *ficyas* vocant; rotundas vero, *cucurbitas*. Diocles, pulcerrimas optimaſque cucurbitas circa Magneſiam naſci, ait; atque etiam rapum mirae magnitudinis, dulce, & ventriculo commodum; Antiochiae vero, cucumerem; Smyrnae, & in Galatia, lactucam; rutam Myris. Diphilus ait: »Cucurbita parum nutrit, facile concoquitur, habitum corporis humectat, facile egeritur, bonum ſuccum generat. Ventriculo vero magis idonea eſt, cum aqua & aceto ſumta: meliorem autem ſuccum generat condita: potentius extenuat cum ſinapi: concoctu & excretu facilior elixa.« Mneſitheus vero ait: »Quaecumque ab igne facile conficiuntur, veluti cucumis, & cucur-

νια, καὶ στρούθεια,[1] καὶ εἴ τι τοιοῦτον· ταῦθ', ὅταν προσενεχθῇ πυρωθέντα, δίδασι τῷ σώματι τροφὴν, c οὐ πολλὴν μὲν, ἄλυπον δὲ, καὶ μᾶλλον ὑγράν. ἔστι δὲ καὶ ταῦτα τῆς κοιλίας ἐφεκτικὰ πάντα. δεῖ δὲ αὐτὰ λαμβάνειν ἑφθὰ μᾶλλον." Ἀττικοὶ δὲ μόνως καλοῦσιν αὐτὴν κολοκύντην. Ἕρμιππος·

Τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχει; ὅση[2] κολοκύντη.

Φρύνιχος, ὑποκοριστικῶς·

Ἢ μαζίσιόν τι μικρὸν, ἢ κολοκυντίου.

Ἐπίχαρμος·

Ὑγιέστερον τῆν' ἐντὶ[3] κολοκύντας πολύ.

Ἐπικράτης, ὁ κωμῳδιοποιός· LIV.

d Α. Τί Πλάτων, Philosophi de cucurbita disputant.

καὶ Σπεύσιππος, καὶ Μενέδημος;

πρὸς τίσι νῦν διατρίβουσι;

ποῖα Φροντίς; ποῖος δὲ λόγος

1 Inferius στρουθία. 2 ὅσην vulgo. 3 Vulgo τ' ἦν ἔτι.

bita, & mala cydonia & ſtruthia, & eius generis alia; ſi comedantur igne toſta, alimentum praebent corpori, tenue id quidem, ſed innoxium, & magis humidum. Cohibent autem alvum talia omnia. Itaque ſatius eſt, elixis veſci." Attici non aliter eam, niſi *cucurbitam*, (κολοκύντην) vocant. Hermippus:

Quantum habet caput, rogas? quanta cucurbita.

Phrynichus diminutivo utitur:

Aut mazulae nonnihil, aut cucurbitulae.

Epicharmus:

Cucurbitá ipſá multo hoc eſt ſalubrius.

54. Epicrates Comicus:

A. *Quid nunc faciunt Plato, Speuſippus,*
cum Menedemo? quid diſſertant,
aut quas curas corde volutant?
quae res illis acri ſtudio

διερευνᾶται παρὰ τοῖσι;
τάδε μοι πυνιτῶς, εἴ τι κατειδὼς
ἥκεις, λέξον, ποτὶ τᾶς γᾶς. [1]
Β. Ἀλλ' οἶδα λέγειν περὶ τῶνδε σαφῶς.
Παναθηναίοις γὰρ ἰδὼν ἀγέλην
μειρακιδίων [2] ἐν γυμνασίοις
Ἀκαδημίας, ἥκουσα λόγων
ἀφάτων, ἀτόπων. περὶ γὰρ φύσεως
ἀφοριζόμενοι, διεχώριζον
ζώων τε βίον, δένδρων τε φύσιν, e
λαχάνων τε γένη. κἆτ' ἐν τούτοις
τὴν κολοκύντην ἐξήταζον,
τίνος ἐστὶ γένους.
Α. Καὶ τί ποτ' ἄρ' ἐορίσαντο, [3]

1 Vulgo πρὸς γᾶς. 2 μειρακίων vulgo. 3 Vulgo ἀρίσαντο.

ſcrutanda data eſt? Horum gnarus
ſi forte venis, per, te oro, Deos,
memora docto ſermone mihi.
B. *Certo nobis comperta rogas.*
Caſta novabant ſacra Quinquatrus,
cum grex iuvenum mihi conſpectus
in gymnaſiis, Hecademe, tuis.
Ibi ſermones audire mihi
valde abſurdos datur, & quos ſit
retuliſſe nefas: dum naturam
rerum certo limite ſignant,
atque in partes & membra ſecant;
nunc animantum ſecla videntes,
& nunc ſtirpes, olerumque genus:
iamque, cucurbita cuius claſſis
dicenda foret, labor acer erat.
A. *Rogo te, ſi ſcis; dic, cuius eam*

καὶ τίνος εἶναι γένεος [1] τὸ φυτόν;
δήλωσόν γ', εἴ τι κάτοισθα.
B. Πρώτιστα μὲν οὖν [2] πάντες ἀναυδεῖς
τότ' ἐπέστησαν, καὶ κύψαντες
χρόνον οὐκ ὀλίγον διεφρόντιζον.
κἀξαίφνης, ἔτι κυπτόντων καὶ
ζητούντων τῶν μειρακιδίων, [3]
λάχανόν τις ἔφη στρογγύλον εἶναι,
f πρίαν δ' ἄλλος, δένδρον δ' ἕτερος.
Ταῦτα δ' ἀκούων ἰητρός τις
Σικελᾶς ἀπὸ γᾶς, κατέπαρδ' [4] αὐτῶν,
ὡς ληρούντων. ἦ που δεινῶς
ὠργίσθησαν, χλευάζεσθαί τ'
ἐβόησαν·
τὸ γὰρ ἐν λέσχαις ταῖσδε τοιαῦτα

1 Vulgo γένους εἶναι. Et vſ. ſq. δήλωσον, εἰ κάτοισθά τι. 2 Abeſt vulgo οὖν. 3 Ruſus μειρακίων vulgo. 4 κατεπέρδετ' vulgo.

dixere gregis? quemve in finem
cecidit labor inquirendi?
B. *Primum taciti,*
& figentes lumine terram,
ſtabant dubii tempore longo:
ſed adhuc reſtans dum turba minor
cernua quaerit, maiorum aliquis
ille rotundum definit olus;
alter, generis magis arborei;
tertius herbam. Quae dum medicus
quidam e Siculis finibus audit,
nugas ridens pedere coepit.
Hinc bile gravi ſuccenſa cohors
ſe ludibrio clamat haberi:
namque in docto talia coetu

ποιεῖν, ἀπρεπές. [1] οὐδ' ἐμέλησε [2]
τοῖς μειρακίοις τῆς κολοκύντης. [3]
Ὁ Πλάτων δὲ παρὼν, καὶ μάλα πράως,
οὐδὲν ὀρινθεὶς, ἐπέταξ' αὐτοῖς,
πάλιν ὁρίζειν [4] τίνος ἐστὶ γένευς·
οἱ δὲ διῄρουν. [5]

LV. Ἄλεξις, ὁ χαρίεις, πρόπομα ὅλον παρατίθησι τοῖς διακρίνειν δυναμένοις·

Gustationis descriptio.

Ἐλαθον γενόμενος οὗ τὸ πρᾶγμ' ἠβούλετο. a
κατὰ χειρὸς ἐδόθη· τὴν τράπεζαν ἣν ἔχων,
ἐφ' ἧς ἐπέκειτ' οὐ τυρὸς, οὐδ' ἐλαῶν γένη,
οὐδὲ παρέχουσαι κνίσσαν ἡμῖν πλείονα
παροψίδες καὶ λῆρος. ἀλλὰ παστέδη
ὑπερήφανός γ', [6] ὄζουσα τῶν Ὡρῶν, λοπάς·
τὸ τοῦ πόλου τοῦ παντὸς ἡμισφαίριον.

1 ὑπερπὰς vulgo. 2 οὐδ' ἔτι ἐμέλει malim. 3 Duae voces τῆς κολοκ. e coniectura adiectae. 4 Vulgo πάλιν ἀφορίζεσθαι. 5 Forſ. ἡ κολοκύνθη· οἱ δὲ διῄρουν. 6 ὑπερῆφανος vulgo, abſque γ'.

audire nefas: nec tum iuvenes
de quaeſito cura tenebat.
Plato ſed praeſens, clemente animo,
motuſque nihil, dicere iuſſit,
nempe cucurbita quod genus eſſet.
Tum quaeſitam rem diſcipuli
rite in partes ſecuere ſuas.

55. Feſtivus Alexis integram *Guſtationem* adponit eis, qui verſus illius recte diiudicare valent:

Ex improviſo adveni, quo res vocabat commode.
Data eſt aqua manibus: intravit menſam adferens;
in qua non caſeus inerat, non varia olivarum genera,
non quae nidorem ſolum ſpargebant plurimum
paropſides & nugae. Sed eſt adpoſita
magnifica, redolens ipſas Horas, patina;
poli univerſi dimidiatus globus.

ἅπαντ' ἐνῆν· τἀκεῖ γὰρ ἐν ταύτῃ καλά·
ἰχθῦς, ἔριφοι, διέτρεχε τούτων σκορπίος.
ὑπέφαινεν ὠῶν ἡμίτομα τοὺς ἀστέρας.
b Ἐπεβάλομεν τὰς χεῖρας. ὁ μὲν, ἐμοὶ λαλῶν
ἅμα, καὶ διανεύων, ἠσχολεῖτο· πᾶς δ' ἀγὼν
ἐπ' ἐμὲ κατήντα. τὸ πέρας οὐκ ἀνῆκ', ἕως
τὴν λοπάδ' ὀρύττων ἀποδέδειχα κόσκινον.

MYKAI. Ἀριστίας· LVI.

Μύκαισι δ' ὠρέχθει τὸ λάϊνον πέδον. Fungi.

Πολίοχος·

— — — Μεμαγμένην
μικρὰν μελαγχρῆ μᾶζαν ἠχυρωμένην
ἑκάτερος ἡμῶν εἶχε δὶς τῆς ἡμέρας,
c καὶ σῦκα βαιά. καὶ μύκης τις ἐνίοτ' ἂν
ὠπτᾶτο· καὶ κοχλίας, γενομένου ψακαδίου,
ἠγρεύετ' ἄν, καὶ λάχανα τῶν αὐτοχθόνων·

Nam inibi inerat quidquid in coelo pulcrum:
piſces, hoedi, quos intercurſabat ſcorpius;
dimidiata ova ſtellas referebant.
Iniecimus manus. At ille quidem mecum colloquendo
ſimul, mihique adnuendo, occupabatur: totumque certamen
in me devolvebatur. Denique non ceſſavi, donec
perfoſſam patinam cribrum reddidiſſem.

56. FUNGI. Ariſtias:

Fungos deſiderabat lapideum ſolum.

Poliochus:

— — — *Subactam*
exiguam atramque mazam aceroſam
uterque noſtrûm habebat bis quotidie,
& ficos pauculas: funguſque interdum quiſpiam
aſſabatur; & cochleam, roraſceret ſi forte,
venabamur; & olus, ſi quod ſponte creſceret.

θλαστή τ' ἐλαία, καὶ πιεῖν οἰνάριον
ἦν ἀμφίβολον.

Ἀντιφάνης·

Τὸ δεῖπνόν ἐστι μάζα κεχαρακωμένη
ἀχύροις, πρὸς εὐτέλειαν ἐξωπλισμένη,
καὶ βολβὸς εἷς τις, [1] καὶ παροψίδες τινὲς,
σόγχος τις, ἢ μύκης τις, ἢ τοιαῦθ' ἃ δὴ
δίδωσιν ἡμῖν ὁ τόπος ἄθλι' ἀθλίοις. d
Τοιοῦτος ὁ βίος, ἀπύρετος, φλέγμ' οὐκ ἔχων.
Οὐδεὶς, κρέως παρόντος, ἐσθίει θύμον,
οὐδ' οἱ δοκοῦντες πυθαγορίζειν. —

καὶ προελθών·

— Τίς γὰρ οἶδ' ἡμῶν τὸ μέλλον, ὅ τι παθεῖν
πέπρωθ' ἑκάστῳ τῶν φίλων; ταχὺ δὴ λαβὼν
ὄπτα μύκητας πρινίνους τουσδὶ δύο.

Ὅτι Κηφισόδωρος, ὁ Ἰσοκράτους μαθητὴς, ἐν τοῖς

1 Abeſt vulgo τις.

Eratque tuſa oliva; &, ad bibendum, villum ambiguum ſane.

Antiphanes:

Coena nobis eſt maza, circumvallata aceribus, frugaliter inſtructa, & bulbus aliquis. Obſonii loco eſt ſonchus quiſpiam, aut fungus, aut tale quid miſerum, quale hic dat miſeris locus. Talis victus nec febrim gignit, nec pituitam. Ubi carnes adſunt, nemo contentus thymo eſt, nec qui Pythagoram ſe dicunt aemulari.

Et paulo poſt:

Quis enim ſcit noſtrûm futurum, aut quid eventurum amicis fata decreverint? Quin tu cape ocyus aſſaque fungos, ad ilicem collectos, hoſce duos.

Cephiſodorus, Iſocratis diſcipulus, in libris adverſus

κατὰ Ἀριστοτέλους, (τέσσαρα δ' ἐστὶ ταῦτα βι-
e βλία,) ἐπιτιμᾷ τῷ Φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποιήσαντι λό-
γου ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, Ἀντιφάνους ὅλον
ποιήσαντος δρᾶμα τὸ ἐπιγραφόμενον Παροιμίαι· ἐξ οὗ
καὶ παρατίθεται τάδε·

Ἐγὼ γὰρ, ἂν τῶν ὑμετέρων φάγοιμί τι,
μύκητας ὠμοὺς ἂν φαγεῖν ἐμοὶ δοκῶ,
καὶ στρυφνὰ μῆλα, κ' εἰ ἀποπνίγοι[1] βρῶμά τι.

Φύονται δὲ οἱ μύκητες γηγενεῖς· καὶ εἰσὶν αὐτῶν LVII.
ἐδώδιμοι ὀλίγοι· οἱ γὰρ πολλοὶ ἀποπνίγουσιν. διὸ καὶ Fungi letiferi.
Ἐπίχαρμος παίζων ἔφη·

f Οἷον αἱ μύκαι ἄρ' ἐπεσκληκότες[2] πνιξεῖσθε.

Νίκανδρος δὲ, ἐν Γεωργικοῖς, καταλέγει καὶ τίνες
αὐτῶν εἰσιν οἱ θανάσιμοι, λέγων·

Ἐχθρὰ δ' ἐλαίης
ῥοιῆς τε πρίνου τε δρυός τ' ἄπο πήματα κεῖται,

1 Vulgo κ' εἴ τι πνίγοι βρῶμά τι. Et vſ. praec. abeſt ἐμοί. 2 Οἷονεὶ μύκαις ἄρ' ἀπεσκλ. corrigunt viri docti.

Ariſtotelem, (quatuor ii libri ſunt) reprehendit philoſophum, quod Adagia colligere operae pretium non duxerit, cum Antiphanes integram fabulam compoſuerit, *Adagia* inſcriptam; qua ex fabula hos verſus ille adponit:

Ego namque rerum veſtrarum ſi quid comedo,
crudos mihi fungos videor comedere,
& poma acerba, & ſi quis alius cibus ſtrangulat.

57. Naſcuntur fungi e terra; edules pauci: ſuffocant enim plerique. Quare & Epicharmus per iocum ait:

Veluti fungis emaciati ſuffocabimini.

Nicander vero, in Georgicis, recenſet etiam, quinam e fungis ſint letiferi; cum ait:

Ab olea, a punica,
ab ilice, a quercu, inimica mala imminent;

οἰδαλέα σύγκολλα [1] βάρη πνιγόεντα μυκήτων.
Φησὶ δὲ καὶ, ὅτι

— Συκέης ὁπότε στέλεχος βαθὺ κόπρῳ a
κακκρύψας ὑδάτεσσιν ἀειναέεσσι νοτίζοις,
φύσονται πυθμέσσιν ἀκήριοι * [2] . . .
. . . . . ὧν σὺ μύκητα
θρεπτὸν, μήτι χαμηλὸν, ἀπὸ ῥίζης προτάμοιο.

(Τὰ δ' ἄλλα οὐκ ἦν ἀναγνῶναι.)

— Καί τε μύκητας ἀμανίτας τότ' ἀφεύσαις· [3]
φησὶν ὁ αὐτὸς Νίκανδρος ἐν τῷ αὐτῷ. Ἔφιππος·

Ἰν', ὥσπερ οἱ μύκητες, ἀποπνίξαιμί σε.

Ἐπαρχίδης, Εὐριπίδην, φησὶ, τὸν ποιητὴν, ἐπιδημῆσαι τῇ Ἰκάρῳ· καὶ γυναικός τινος μετὰ τέκνων κατὰ b
τοὺς ἀγροὺς, δύο μὲν ἀῤῥένων τελείων, μιᾶς δὲ παρθένου, φαγούσης θανασίμους μύκητας, καὶ ἀποπνι-

1 σύκολλα vulgo. 2 Hoc loco praetermissa esse existimavi ea, de quorum intricata aut evanida scriptura mox conqueritur Epitomator. Vulgo continuo versu scribunt ἀκήριοι, ὧν σὺ μυκ. 3 Vulgo ἐφεύσαις.

tumidae, suffocantes fungorum moles, adglutinatae.

Dicit etiam:

Arboris ficus truncum multo si lactamine
obrueris, & aquis rigaveris perennibus,
*nascentur in imo innoxii [fungi] * . . .*
. . . . . Quarum tu fungum
esculentum, minimeque spernendum, a radice praecides.

(Caetera legi non potuerunt.)

— *Et tunc etiam amanitas fungos torrere licebit:*

inquit Nicander ibidem. Ephippus:

Ut te, veluti fungus, strangulem.

Eparchides narrat, cum Euripides poëta in Icaro insula hospes esset, accidisse, ut mulier quaedam cum liberis (duo filii erant adulti, & una filia virgo) comestis in agro letiferis fungis suffocata simul cum liberis

γείτης μετὰ τῶν τέκνων, ποιῆσαι τουτὶ τὸ ἐπίγραμμα·

Ὦ, τὸν ἀγήραντον πόλον αἰθέρος, ἥλιε, τέμνων,
Ἆρ' εἶδες τοιόνδ' ὄμματι πρόσθε πάθος;
Μητέρα, παρθενικήν τε κόρην, δισσούς τε συναίμους,
Ἐν ταὐτῷ φέγγει μοιριδίῳ φθιμένους.

c Διοκλῆς ὁ Καρύστιος, ἐν πρώτῳ Ὑγιεινῶν, φησίν· „Ἄγρια ἑψήματα, τεῦτλον, μαλάχη, λάπαθον, ἀκαλήφη, ἀνδράφαξις, βολβοί, ὕδνα, μύκαι.“

LVIII. Sion.

ΣΙΑ. Σπεύσιππος, ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων, φησὶν, ἐν ὕδατι γίνεσθαι, σελίνῳ ἐλείῳ τὸ φύλλον ἐοικός. διὸ καὶ Πτολεμαῖος, ὁ δεύτερος Εὐεργέτης, Αἰγύπτου βασιλεύσας, παρ' Ὁμήρῳ ἀξιοῖ γράφειν·

Ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ σίου, ἠδὲ σελίνου.

σία γὰρ μετὰ σελίνου φύεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἴα.

LIX. Fungorum vires.

Δίφιλος φησι, τοὺς μύκητας εἶναι εὐστομάχους [1], d κοιλίας διαχωρητικοὺς, θρεπτικοὺς· δυσπέπτους δὲ καὶ

1 εὐστόμους mss. noſtri.

periret; ibi tum poëtam tale Epigramma compoſuiſſe:

O ſol! qui coeli polum ſempiternum peragras,
an talem umquam oculis vidiſti calamitatem?
Matrem, filiam virginem, fratreſque duos,
eodem fatali die e vivis abreptos!

Diocles Caryſtius, primo de Sanitate Tuenda, ſcribit: »E ſponte naſcentibus elixari ſolent, beta, malva, lapathum, urtica, atriplex, bulbi, tubera, fungi.«

58. Sia. Speuſippus, ſecundo Similium, *ſion*, inquit, in aqua naſci, apio paluſtri folium ſimile habens. Itaque Ptolemaeus, Evergetes alter, Aegypti rex, apud Homerum ſic ſcribi vult:

Circumcirca vero prata mollia virebant σίου ἠδὲ σελίνου.

Sia enim, ait, cum apio naſci; non ἴα, id eſt, violas.

59. Diphilus ſcribit, fungos eſſe ſtomacho idoneos, movere alvum, valide nutrire: ſed aegre concoqui, &

φυσώδεις. τοιούτους δὲ εἶναι τοὺς ἐκ Κέω τῆς νήσου. „Πολλοὶ μέν τοι καὶ κτείνουσι. δοκοῦσι δὲ οἰκεῖοι εἶναι οἱ λεπτότατοι καὶ ἁπαλοὶ καὶ εὔθρυπτοι, οἱ ἐπὶ πτελέαις καὶ πεύκαις γινόμενοι. ἀνοίκειοι δὲ οἱ μέλανες καὶ πελιοὶ καὶ σκληροὶ, καὶ οἱ μετὰ τὸ ἐψηθῆναι καὶ τεθῆναι πησσόμενοι· οἵτινες λαμβανόμενοι κτείνουσι. βοηθοῦνται δὲ ἀπὸ ὑδρομέλιτος πόσεως, καὶ ὀξυμέλιτος νήρου, [1] καὶ ὄξους. μετὰ τὴν πόσιν δὲ ἐμεῖν δεῖ. διόπερ καὶ δεῖ μάλιστα σκευάζειν αὐτοὺς μετὰ ὄξους καὶ ὀξυμέλιτος, ἢ μέλιτος, ἢ ἁλῶν. οὕτω γὰρ αὐτῶν τὸ πνιγῶδες ἀφαιρεῖται.“ Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ Περὶ Φυτῶν Ἱστορίας γράφει· „Ὑπόγεια δὲ τὰ τοιαῦτά ἐστι καὶ ἐπίγεια, καθάπερ οὓς καλοῦσί τινες πέζικας, [2] ἅμα τοῖς μύκησι γινομένους. ἄρριζοι γὰρ

1 ὀξυμέλιτος, νίτρου, editiones Casaub. cum Dalech. 2 πέζιας (e suis codd.) edidit Casaub.

flatulentos esse. Et tales quidem esse multos qui in Ceo insula nascantur. » Multi vero, inquit, etiam letiferi sunt. Videntur autem convenientes esse naturae nostrae hi, qui sunt tenues maxime, & molles, & friabiles; qui ulmis adnascuntur & pinis: non convenire autem nigri, lividi, & duri; quive, postquam cocti sunt mensisque impositi, indurescunt: [sive, coagulantur.] hi quippe in cibum sumti, mortem adferunt. Medetur autem malo potio mulsi, & recentis aceti mulsi, & aceti: post potum autem vomere oportet. Itaque parari potissimum fungi debent cum aceto, & mulso aceto, aut cum melle, aut sale: ita enim tollitur eorum vis strangulandi. « Theophrastus vero, in libris De Plantarum Historia, scribit: » Haec talia partim sub terra nascuntur, partim supra terram, quemadmodum quos pezicas nonnulli vocant, qui cum fungis nascuntur. Ca-

καὶ αὐτοὶ τυγχάνουσιν. ὁ δὲ μύκης ἔχει προσφύσεως ἀρχὴν τὸν καυλὸν εἰς μῆκος, καὶ ἀποτείνουσιν ἀπ' αὐτοῦ ῥίψι." [1] Φησὶ δὲ καὶ, ὅτι ἐν τῇ περὶ τὰς Ἡρα-
f κλέους στήλας θαλάσσῃ, ὅταν πλείω ὕδατα γένηται, μύκητες φύονται πρὸς τῇ θαλάσσῃ, οὓς καὶ ἀπολιθοῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου φησί. Καὶ Φαινίας [2] δὲ ἐν πρώτῳ Περὶ Φυτῶν· „Τὰ δὲ οὐδὲ φύει τὴν ἄνθην, [3] οὐδὲ τῆς σπερματικῆς ἴχνος κορυνήσεως, οὐδὲ σπερματώσεως· οἷον μύκης, ὕδνον, πτέρις, ἔλιξ." ὁ αὐτὸς φησί· „πτέρις, ἣν ἔνιοι βλάχνον καλοῦσι." Θεόφραστος ἐν Φυτικοῖς. „ΛειόΦλοια· [4] καθάπερ ὕδνον, μύκης, πέζις, [5] γεράνειον. [6]

LX. Tubera.

a ΤΥΔΝΑ. Γίνεται καὶ ταῦτα αὐτόματα ἀπὸ γῆς,

1 ῥίψαι habet noſter cod. *a*. Alter ſic ῥι... Sed tota dictio corrupta, ac vereor ne nulla certa ratione reſtituenda. 2 Sic h. l. edd. cum mss. 3 Vulgo τὰ δὲ οὐδὲ φύειν τὴν ἀνθίνην, quibus verbis in editt. Caſ. praeponuntur haec, τὰ μὲν φύειν. 4 Corruptum eſſe locum monuit Caſaub. ἄφυλλα corr. Salmaſ. ἀῤῥιζα Bod. ex ipſo Theophr. 5 Rectius fuerit πέζιξ. Corrupte πύξος apud Theophr. 6 κεραύνιον corr. Bod. ex Plin. Vulgatum tuentur alii. χράνιον ſcribitur apud Theophr.

rent enim & hi radicibus. Sed fungi habent adhaeſionis rudimentum, caulem in longum erectum, [& ex eo exeuntes fibrillas.] Idem memoriae prodidit, in mari quod Herculis columnas adluit, poſtquam incrementum ceperunt aquae, fungos iuxta mare naſci, quos a ſole durari & in lapides converti ait. Phaenias, primo libro De Plantis: »Quaedam, inquit, plantae nec florem ullum producunt, nec veſtigium germinationis ſeminalis, neque ſemen ullum; veluti fungus, tuber, filix, helix.« Idem ait: »Filix, quam nonnulli *blachnon* vocant.» Theophraſtus, in libris De Plantis: »Laevi cortice tecta, velut tuber, fungus, pezix, geranium.« [*ſive*, ceraunium.]

60. Tubera. Etiam haec e terra ſponte naſcuntur,

μάλιστα περὶ τοὺς ἀμμώδεις τόπους. λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Θεόφραστος· „Τὸ ὕδνον, ὃ καλοῦσί τινες γεράνειον,[1] καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον.“ καὶ πάλιν· „Ἡ τῶν ἐγγεοτόκων τούτων γέννησις[2] ἅμα καὶ φύ-
Miſy. σις, οἷον τοῦ τε ὕδνου, καὶ τοῦ Φυομένου περὶ Κυρήνην, ὃ καλοῦσι μίσυ. δοκεῖ δ' ἡδὺ σφόδρα τοῦτ' εἶναι, καὶ τὴν ὀσμὴν ἔχειν κρεώδη, καὶ τὸ ἐν τῇ Θρᾴκῃ δὲ
Iton. γενόμενον ἴτον. Περὶ δὲ τούτων ἴδιόν τι λέγεται· φασὶ γὰρ, ὅταν ὕδατα μετοπωρινὰ καὶ βρονταὶ γίνωνται σκληραὶ, τότε γίνεσθαι· καὶ μᾶλλον ὅταν αἱ βρον- b
ταὶ, ὡς ταύτης αἰτιωτέρας οὔσης. οὐ διετίζειν δὲ, ἀλλ' ἐπέτειον εἶναι.[3] τὴν δὲ χρείαν καὶ τὴν ἀκμὴν ἔχει τοῦ ἦρος. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιοί γε ὡς σπερματικῆς οὔσης τῆς ἀρχῆς ὑπολαμβάνουσι. ἐν γοῦν τῷ αἰγιαλῷ τῶν Μιτυληναίων οὐ φασὶ πρότερον εἶναι, πρὶν ἢ γενομένης

1 Pro γεράνειον, hodie apud Theophr. legitur ἀσχίον καὶ τὸ οὔϊγγον, ſive rectius ἄσχιον καὶ τὸ οὐΐτόν. 2 γένεσις dant mssti noſtri; & paulo ante, καὶ ἡ τῶν ἐγγ. cod. *a*. 3 ἐπέτεια εἶναι malles.

praeſertim in locis arenoſis. Dicit vero de eis Theophraſtus: » Tuber, quod nonnulli *geranium* [ſive, *ceraunium*] vocant. « Et rurſus: » Haec eſt eorum, quae in terra gignuntur, origo & natura; veluti tuberis, & eius quod in Cyrenaica naſcitur, quod *miſy* vocatur. Dicitur autem hoc ſuave admodum eſſe, & odorem habere carnoſum. Eiuſdem generis eſt, quod in Thracia naſcitur, *iton*. De his autem ſingulare aliquid perhibetur: dicunt enim, cum incidunt imbres autumnales & valida tonitrua, tunc naſci; & maxime e tonitribus, in quibus maiorem ineſſe vim putant ea gignendi. Nec vero eſſe perennia, ſed ultra annum non durare: praecipuum autem vigorem verno tempore habere, & tunc optima eſſe. At ſunt tamen, qui e ſeminali principio ortum ea habere cenſeant. In Mitylenaeorum quidem litore non prius naſci aiunt, quam copioſo incidente

ἐπομβρίας τὸ σπέρμα κατενεχθῆ ἀπὸ Τιαρῶν· τοῦτο δ' ἐστὶ χωρίον, ἐν ᾧ πολλὰ γίνεται. γίνεται δὲ ἔν τε τοῖς αἰγιαλοῖς μάλιστα, καὶ ὅπου χώρα ὕπαμμος·
c καὶ γὰρ αἱ Τιάραι τοιαῦται. φύεται δὲ καὶ περὶ Λάμψακον ἐν τῇ Ἀκαρνίδῃ, [1] καὶ ἐν Ἀλωπεκοννήσῳ, κεἰν τῇ Ἠλείων." Λυγκεὺς ὁ Σάμιος φησίν· Ἀκαλήφην, ἡ θάλασσα ἀνίησιν, ἡ δὲ γῆ ὕδνα." καὶ Μάτρων ὁ παρῳδός, ἐν τῷ Δείπνῳ·

Ὄστρεά τ' ἤνεικεν, [2] Θέτιδος Νηρηίδος ὕδνα.

Δίφιλος δὲ, φύσει δύσπεπτα, φησὶν, εἶναι τὰ ὕδνα, εὔχυλα δὲ καὶ παραλεαντικὰ, προσέτι δὲ διαχωρητικά· καὶ ἔνια αὐτῶν, [3] ὅμοια τοῖς μύκαις, πνιγώδη εἶναι. Ἡγήσανδρος δ' ὁ Δελφὸς, ἐν Ἑλλησπόντῳ,
d φησὶ, οὔτε ὕδνον γίνεσθαι, οὔτε γλαυκίσκον, οὔτε θύμον· διὸ Ναυσικλείδην εἰρηκέναι [4] ,, μήτε ἔαρ, μήτε φίλους." Ὑδνόφυλλον δέ φησι Πάμφιλος, ἐν Γλώσ-

Tuberum vires.

1 An καὶ ἐν τῇ Ἀκαρνανίδι vel Ἀκαρνανίᾳ? 2 ἤνεγκεν edd. 3 καὶ ἔνια δ' αὐτῶν malim. 4 Ναυσικλείδους ἐρημίαν edd.

imbre ſemen devehatur e Tiaris: loci id nomen eſt, in quo multa generantur. Naſcuntur autem in litoribus praeſertim, & ubi arenoſum ſolum; quale eſt Tiaris. Naſcuntur vero etiam circa Lampſacum, [& in Acarnania,] & ad Alopeconneſum, & in Elide." Lynceus Samius ait: *Urticam mare procreat; terra vero tubera.* Et Matron parodus, in Coena:

Oſtreaque adtulit, Thetidis Nereidis tubera.

Diphilus ait, ſuâ naturâ concoctu difficilia eſſe tubera, ſed boni ſucci, & nonnihil lenientia, egeſtuque facilia: nonnulla vero eorum, haud ſecus atque fungos, ſtrangulare. Hegeſander Delphus ait, in Helleſponto neque tuber naſci, neque glauciſcum, neque thymum: itaque Nauſiclidem dixiſſe, *neque ver ibi eſſe, neque amicos.* Pamphilus, in Gloſſis, *hydnophyllum* dicit

σαις, τὴν φυομένην τῶν ὑδνων ὑπερδὲ πόαν, ἀφ' ἧς τὸ ὕδνον γινώσκεσθαι.

LXI. Urtica.

ΑΚΑΛΗΦΗ. Λέγεται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς οὕτως καὶ τὸ βοτανῶδες καὶ κνησμῶν [1] αἴτιον. Ἀριστοφάνης Φοινίσσαις· „Πρῶτον πάντων ἴφυα φύναι· εἶθ' ἑξῆς τὰς κραναὰς ἀκαλήφας.“ [2]

LXII. Asparagus.

ΑΣΠΑΡΑΓΟΙ. Οὗτοι καὶ ἕλειοι καὶ ὄρειοι καλοῦνται. ὧν οἱ κάλλιστοι οὐ σπείρονται, πάντων ὄντες τῶν ἐντὸς θεραπευτικοί. οἱ δὲ σπαρτοὶ, καὶ σφόδρα ὑπερμεγέθεις γίνονται. ἐν Λιβύῃ δέ φασιν ἐν Γαιτουλίᾳ γίνεσθαι πάχος μὲν Κυπρίου καλάμου, μῆκος δὲ ποδῶν [3] δώδεκα· ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ καὶ παρωκεανίτιδι, πά-

1 κνησμοῦ dant libri noſtri. Caeterum, ante καὶ τὸ βοταν. ſupple καὶ ἡ θαλαττία κνίδη, aut tale aliquid. 2 Rectius haec ex Suida cum Brunckio ſic ſcribentur:

Εἰκὸς δήπου πρῶτον ἁπάντων
ἴφυα φῦναι,
καὶ τὰς κραναὰς ἀκαλήφας.

Caeterum in Athenaei opere olim integro cum alia h. l. adiecta fuiſſe videntur, tum hi *Pherecratis* verſus:

Νὴ τὴν Δήμητρ', ἀνιαρόν γ' ἦν τὸ κακῶς ἀΐοντος ἀκούειν·
βουλοίμην γὰρ κἂν ἀκαλήφαις τὸν ἴσον χρόνον ἐστεφανῶσθαι.

3 Alii πηχῶν.

herbam ſupernaſcentem tuberibus; cuius indicio, ſubeſſe tuber, cognoſcitur.

61. URTICA. Attici ἀκαλήφην vocant [& teſtaceum animalculum, cui *marina urtica* nomen,] & herbam illam, cuius contactu uritur cutis. Ariſtophanes Phoeniſſis: *Primum omnium iphya naſci, dein proxime aſperas urticas.*

62. ASPARAGI. Horum alii paluſtres vocantur, alii montani. Eorum praeſtantiſſimi non ſeruntur, adverſus omne genus internorum morborum ſalutares. Sativi vero ad ſingularem magnitudinem excreſcunt. In Libyae regione Gaetulia aiunt naſci craſſitudine calami Cyprii, altitudine vero pedum [*ſive*, cubitorum] duodecim; in montanis autem, & in vicinis oceano locis, magnarum

χος μὲν μεγάλων ναρθήκων, μῆκος δὲ περὶ τοὺς εἴκοσι πήχεις. Κρατῖνος δὲ διὰ τοῦ φ̄ ἀσφάραγον ὀνομάζει. καὶ Θεόπομπος·

Κἄπειτ' ἰδὼν ἀσφάραγον ἐν θάμνῳ τινί.

f Ἀμειψίας·

Οὐ σχῖνος, οὐδ' ἀσφάραγος, οὐ δάφνης κλάδοι.

Δίφιλος δέ φησιν, ὡς ὁ τῆς κράμβης ἀσφάραγος, λεγόμενος ἰδίως ὄρμενος, εὐστομαχώτερός ἐστι καὶ εὐεκκριτώτερος,[1] ὄψεων δὲ βλαπτικός. ἔστι δὲ δριμὺς καὶ οὐρητικὸς, καὶ ἀδικεῖ νεφροὺς καὶ κύστιν. Ἀττικοὶ δ' εἰσὶν οἱ λέγοντες ὄρμενον, τὸν ἀπὸ τῆς κράμβης ἐξηνθηκότα. Σοφοκλῆς, Ἰχνευταῖς·

Καὐξορμενίζει, κοὐκ ἐπισχολάζεται
βλάστη.

a παρὰ τὸ ἐξορύειν καὶ βλαστάνειν. Ἀντιφάνης δὲ διὰ τοῦ π̄ φησὶ ἀσπάραγον·

1 εὐεκκριτικώτερος vulgo.

ferularum craſſitie, & viginti fere cubitorum altitudine. Cratinus *aſpharagum* vocat, per *ph.* Sic & Theopompus:

Deinde in dumo quodam aſpharagum contuitus.

Et Ameipſias:

Non ſcilla, non aſpharagus, non lauri frondes.

Diphilus ait, braſſicae aſpharagum, qui peculiari nomine *ormenos* vocatur, [quaſi *erumpens caulis*,] ventriculo magis idoneum eſſe, & facilius egeri, ſed oculis nocere: acrem eſſe, urinam provocare, laedere renes & veſicam. Sunt vero Attici, qui caulem e braſſica efloreſcentem *ormenon* vocant. Sophocles, in Venatoribus:

Caulem emittit, neque ceſſat
germinatio.

Scilicet ab *erumpendo* & *germinando*. Antiphanes vero *aſparagum* dicit, per *p* literam:

Ἀσπάραγος ἠγλάϊζεν, ὦχρος ἐξήνθηκέ τις.

Ἀριστοφῶν· „Κάππαριν, βληχὼ, θύμον, ἀσπάραγον, γήτιον, ῥάφανον, σφάκον, πήγανον.[1]

LXIII. ΚΟΧΛΙΑΣ.[2] Φιλύλλιος·

Cochlea. Οὐκ εἰμὶ τέττιξ, οὐδὲ κοχλίας, γύναι.

καὶ πάλιν· „Μαινίδες, σκόμβροι, κοχλίαι, κορακῖνοι." Ἡσίοδος δὲ τὸν κοχλίαν φερέοικον καλεῖ. καὶ Ἀναξίλας δέ·

Ἀπιστότερος εἶ τῶν κοχλιῶν πολλῷ πάνυ· b
οἳ περιφέρουσ' ὑπ' ἀπιστίας τὰς οἰκίας.

Ἀχαιός·

Ἦ τοσούσδ' ἀτμὴ[3] τρέφει
κοχλίας κεράστας;

Προβάλλεται δὲ κἀν τοῖς συμποσίοις γρίφου τάξιν ἔχον περὶ τῶν κοχλιῶν οὕτως·

Ὑλογενὴς, ἀνάκανθος, ἀναίματος, ὑγροκέλευθος.

1 Quatuor postremae voces e coniect. pro vulgatis, πίτταν, ῥάμνον, σφάκελον, τύμπανον. 2 ΚΟΧΛΙΑΙ malim. 3 Vulgo Αἴτνη, *Aetna*.

Pullulabat asparagus, ervilia passim effloruerant.

Aristophon: *Capparin, pulegium, thymum, asparagum, allium, raphanum, salviam, rutam.*

63. COCHLEAE. Philyllius:

Non equidem cicada sum, nec cochlea, mulier.

Idem rursus: *Maenides, scombri, cochleae, coracini.* Hesiodus vero cochleam *domiportam* vocat. Similiterque Anaxilas:

Tu cochleâ ipsâ multo es diffidentior,
quae adeo est diffidens, ut domum circumferat.

Achaeus:

An tot humidus vapor alit
cochleas cornutas?

Solet in conviviis, gryphi loco, proponi aenigma tale:

In sylvis nata, spinis carens, sanguine carens, humidis viis incedens.

Ἀριστοτέλης δέ, ἐν πέμπτῳ Περὶ Ζώων Μορίων, [1] φησίν· „Οἱ κοχλίαι φαίνονται κύοντες ἐν τῷ μετοπώρῳ, καὶ τοῦ ἔαρος· μόνοι τε οὗτοι τῶν ὀστρακοδέρμων
c συνδυαζόμενοι ὤφθησαν.“ Θεόφραστος δέ, ἐν τῷ Περὶ Φωλευόντων· „Οἱ κοχλίαι, φησὶ, φωλεύουσι μὲν καὶ τοῦ χειμῶνος, μᾶλλον δὲ τοῦ θέρους. διὸ καὶ πλεῖστοι φαίνονται τοῖς μετοπωρινοῖς ὕδασιν. ἡ δὲ φωλεία τοῦ θέρους καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων.“ Λέγονται δέ τινες τῶν κοχλιῶν καὶ σέσιλοι. [2] Ἐπίχαρμος·

Τούτων ἀπάντων ἀκρίδας ἀνταλλάσσονται·
κόγχον δὲ τὸν σέσιλον ἄπαγ' ἐς τὸν φθόρον.

Ἀπελλᾶς δέ, Λακεδαιμονίους, φησὶ, σέμελον τὸν κοχλίαν λέγειν. Ἀπολλόδωρος δὲ, ἐν δευτέρῳ Ἐτυμο-
d λογιῶν, τῶν κοχλιῶν φησί τινας καλεῖσθαι κωλυσιδείπνους. [3]

1 Μορίων abeſt in edd. 2 σέσιλοι Heſ. 3 Locus merito ſuſpectus.

Ariſtoteles, quinto de Partibus Animalium, ait: »Cochleae praegnantes reperiuntur autumno & vere: ſolaeque hae ex teſtaceis in coitu cohaerentes conſpectae ſunt.« Theophraſtus, in libro de Animalibus Latibula quaerentibus: »Cochleae, inquit, hieme etiam latibulis ſe abſcondunt, ſed magis aeſtate. Itaque plurimae prodeunt, cum autumno pluit. Quaerunt autem aeſtate latibula cum in terra, tum in arboribus.“ Cochlearum quoddam genus *ſeſili* vocantur. Epicharmus:

Pro his omnibus locuſtas commutant:
concha vero ſeſilus in malam abeat rem.

Apellas vero ſcribit, cochleam Lacedaemonios *ſemelum* vocare. Apollodorus autem, ſecundo Etymologiarum, ait, cochleas quaſdam κωλυσιδείπνους vocari. [*ſive*, κωλυσιδείπνους, id eſt, qui ad convivia ſero veniunt, *cochleas* a nonnullis adpellari.]

LXIV. Bulbi.

ΒΟΛΒΟΙ. Τούτων Ἡρακλῆς ἐσθίειν παραιτεῖται ἐν Ἀμαλθείᾳ Εὐβούλου, λέγων·

Θερμότερον, ἢ κραυρότερον, [1] ἢ μέσως ἔχον·
τοῦτ' ἔσθ' ἑκάστῳ μεῖζον, ἢ Τροίαν ἑλεῖν.
Κἀγὼ γὰρ οὐ καυλοῖσιν, οὐδὲ σιλφίῳ,
οὐδ' ἱεροσύλοις καὶ πικραῖς παροψίσι,
βολβοῖς τ' ἐμαυτὸν χορτάσων ἐλήλυθα.
Ἃ δ' εἷς τ' ἐδωδὴν πρῶτα καὶ ῥώμης ἀκμὴν,
καὶ πρὸς ὑγίειαν, πάντα ταῦτ' ἐδαινύμην· ε
κρέας βόειον, ἔφθὸν, ἀσόλοικον, μέγα,
ἀκροκώλιόν τε γεννικὸν, ὀπτὰ δελφάκι'
ἁλίπαστὰ τρία.

Ἄλεξις, ἐμφανίζων τὴν τῶν βολβῶν πρὸς τὰ ἀφροδίσια δύναμιν, φησί·

Πίννας, κάραβον,
Βολβοὺς, κοχλίας, κήρυκας, ᾠὰ, κροκώλια·

1 χρυερώτερον coni. Caſ.

64. Bulbi. His veſci Hercules recuſat in Amalthea Eubuli, dicens:

Calidius-ne, an friabilius, an media quadam ratione ſe habens;
id maioris quiſque facit, quam Troiam capere.
At enim ego non caulibus, nec laſerpitio,
nec ſacrilegis amariſque obſoniis,
bulbiſque me ſatiaturus veni.
Sed, quae ad nutriendum praecipua, & ad vigorem roboris, ad ſanitatemque, haec omnia comedo:
carnem bubulam, coctam, non corruptam, magnam,
ſolidamque pedum bubulorum patinam, aſſatos porcellos ſale conſperſos tres.

Alexis, ſignificans bulborum vim ſtimulandi venerem, ait:

Pinnas, locuſtam piſcem,
bulbos, cochleas, buccina, ova, coctos pecudum pedes:

τοσαῦτα τούτων ἄν τις εὕροι Φάρμακα
f ἐρῶντι ἑταίρας ἕτερα χρησιμώτερα.

Ξέναρχος, ἐν Βουταλίωνι·

Φθίνει δόμος
ἀσυντάτοισι δεσποτῶν κεχρημένος
τύχαις, [1] ἀλάστωρ τ' εἰσπέπαικε. Πελοπιδῶν
ἄστυτος οἶκος. κ' οὔτε βυσαύχην θεᾶς
Δηοῦς σύνοικος, γηγενὴς βολβὸς, φίλοις
ἐφθὸς βοηθῶν δυνατός ἐστ' ἐπαρκέσαι·
μάτην δὲ, πόντου κυανέαις δίναις τραφεὶς,
a φλεβὸς τροπωτὴρ, πουλύπους, ἁλοὺς βροτῶν
πλεκταῖς ἀνάγκαις, τῆς τροχηλάτου κόρης
πίμπλησι λοπάδος στερνοσώματον κύτος.

Ἀρχέστρατος·

Βολβῶν καὶ καυλῶν χαίρειν λέγω ὀξυβάφοισι,
ταῖς τ' ἄλλαις πάσῃσι παροψίσι. — —

1 Forſ. ψυχαῖς.

totidemque alia reperiet aliquis medicamina
ei, qui ſcortum amat, his etiam efficaciora.

Xenarchus, in Butalione:

Perit domus,
quae dominum habet, cui enerves ſunt
ſortes, & in quam malus irrupit genius. Pelopidarum
nervo caret domus: & nec cervicem-contrahens divae
Cereris contubernalis, terrae filius bulbus, amicis
coctus ſuccurrens, remederi huic malo poteſt:
& fruſtra, in maris coeruleis vorticibus enutritus,
venae agitator, polypus, captus hominum
plexis vinculis, agitatâ rotâ genitae
patinae capacem pectoris ſinum implet.

Archeſtratus:

Bulborum & caulium valere iubeo oxybapha,
aliaſque omnes paropſides.

LXV. Bulborum vires.

Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, ἐν Συμποσίῳ· „Βολβός, καὶ κοχλίας, καὶ ᾠὸν, καὶ τὰ ὅμοια, δοκεῖ σπέρματος εἶναι ποιητικὰ, οὐ διὰ τὸ πολύτροφα εἶναι, ἀλλὰ διὰ τὸ ὁμοειδεῖς ἔχειν τὰς πρώτας Φύσεις, καὶ τὰς αὐτὰς δυνάμεις τῷ σπέρματι.“ Δίφιλος· „Οἱ βολβοὶ δύσπεπτοι μέν εἰσι, πολύτροφοι δὲ, καὶ b εὐστόμαχοι· ἔτι δὲ σμηκτικοὶ, καὶ ἀμβλυντικοὶ ὄψεως, διεγερτικοί τ' ἀφροδισίων. Ἡ δὲ παροιμία φησίν·

Οὐδέν σ' ὀνήσει βολβός, ἂν μὴ νεῦρ' ἔχῃς.

Διεγείρουσι δ' ὄντως αὐτῶν πρὸς ἀφροδίσια οἱ βασιλικοὶ λεγόμενοι, οἳ καὶ κρείττονες τῶν ἄλλων εἰσί· μεθ' οὓς οἱ πυρροί. οἱ δὲ λευκοὶ καὶ Λιβυκοὶ, σκιλλώδεις· χείρονες δὲ πάντων, οἱ Αἰγύπτιοι.

LXVI. Bulbinae.

Αἱ δὲ βολβίναι καλούμεναι, εὐχυλότεραι μέν εἰσι τῶν βολβῶν, οὐ μὴν οὕτως εὐστόμαχοι, διὰ τὸ

65. Heraclides Tarentinus, in Sympoſio: »Bulbus, & cochlea, & ovum, & ſimilia, videntur ſemen generare; non, quod multum nutriunt; ſed quoniam prima elementa, e quibus illa conſtant, eiuſdem generis ſunt eamdemque vim habent cum humano ſemine.“ Diphilus: »Bulbi concoctu quidem difficiles ſunt, ſed multum nutriunt, & ventriculo ſunt idonei: praeterea abstergunt, viſum hebetant, venerem ſtimulant. Dicitur autem proverbio:

Nil te iuvabit bulbus, nervum ſi nullum habes.

Vere autem venerem ſtimulant ii, quos *regios* vocant, qui etiam praeſtant caeteris. Proxima bonitas ruforum: albi vero & Libyci ingratum habent ſcillae ſaporem: peſſimi omnium Aegyptii.

66. Quae vero *bulbinae* vocantur, meliorem quidem ſuccum, quam bulbi, generant: ſed ventriculo non pariter ſunt idoneae, quod multum habent dulcedinis;

c γλυκάζον ἔχειν παχύ τι· καί γε ἱκανῶς εἰσι, διὰ τὴν πολλὴν σκληρότητα, καὶ εὐέκκριτοι. " Μνημονεύει δὲ βολβίνης Μάτρων ἐν Παρωδίαις· [1]

Σόγκους δ' οὐκ ἂν ἐχὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω,
μυελόεν βλάστημα, καρηκομόωντας ἀκάνθαις·
βολβίνας θ', αἱ Ζηνὸς Ὀλυμπίου εἰσὶν ἀοιδοί,
ἃς ἐν χέρσῳ θρέψε Διὸς παῖς ἄσπετος ὄμβρος,
λευκοτέρας χιόνος, ἰδέειν ἀμύλοισιν ὁμοίας·
τάων φυομένων ἡράσσατο πότνια γαστήρ.

d Ὅτι Νίκανδρος Μεγαρῆας βολβοὺς ἐπαινεῖ. LXVII. Bulborum varia genera.

Θεόφραστος δὲ ἐν ζ' Φυτῶν· [2] Ἐνιαχοῦ, φησὶν, οὕτω γλυκεῖς εἰσιν οἱ βολβοὶ, ὥς τε καὶ ὠμοὺς ἐσθίεσθαι, ὥσπερ καὶ [3] ἐν τῇ Ταυρικῇ Χερρονήσῳ. τὰ αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Φαινίας. „Ἔστι δὲ καὶ γένος, φησὶ, βολβῶν, Θεόφραστος, ἐριοφόρων, ὃ φύεται ἐν

1 Παρωδαῖς edd. 2 Aut Φυτικῶν oportebat, aut περὶ Φυτῶν. 3 Ignorant καὶ libri noſtri.

nec tamen valde incommodae ſunt ventriculo, quod multum ſimul roboris auſteritatiſque eiſdem ineſt; & ſunt excretu faciles. « Meminit bulbinae Matron, in Parodiis:

Sonchos ego non narrabo, nec nominabo,
medulloſum germen, ſpinis comatum caput gerentes:
nec bulbinas, quae ſunt Olympii Iovis cantores,
quas in terra educavit filius Iovis, copioſus imber;
nive candidiores, adſpectu amyla ſimiles;
quibus naſcentibus bene precatus eſt venerandus venter.

67. Nicander Megaricos laudat bulbos. Theophraſtus vero, ſeptimo de Plantis, tradit, eſſe alicubi ita dulces bulbos, ut crudi etiam comedantur; veluti, cum alibi, tum in Taurica Cherſonneſo. Eademque Phaenias narrat. »Eſt vero etiam, ait Theophraſtus, *bulborum* genus *lanigerorum*, in oris maritimis naſcentium.

αἰγιαλοῖς. ἔχει δὲ τὸ ἔριον ὑπὸ τοὺς πρώτους χιτῶνας, ὥς τε ἀνὰ μέσον εἶναι τοῦ ἐδωδίμου τοῦ ἐντὸς καὶ τοῦ ἔξω. ὑφαίνεται δ' ἐξ αὐτοῦ καὶ πόδεια καὶ ἄλλα ἱμάτια." (ὡς καὶ Φαινίας φησί.) „τὸ δὲ ἐν Ἰνδοῖς τριχῶδες ἐστί." Περὶ δὲ τῆς τῶν βολβῶν σκευασίας Φιλήμων φησί· e

Τὸν βολβὸν εἰ βούλει, σκόπει
ὅσα δαπανήσας εὐδοκιμεῖ· τυρὸν, μέλι,
σήσαμον, ἔλαιον, κρόμυον, ὄξος, σίλφιον.
αὐτὸς δ' ἐφ' αὑτοῦ ἐστι πονηρὸς καὶ πικρός.

Ἡρακλείδης δὲ, ὁ Ταραντῖνος, τῶν συμποσίων περιγράφων τοὺς βολβοὺς, φησί· „Περιγράφειν δεῖ τὴν πολλὴν βρῶσιν, καὶ μάλιστα τῶν ἐχόντων ὀλκιμόν τι καὶ γλίσχρον· οἷον ὠῶν, βολβῶν, ἀκροκωλίων, κοχλιῶν, καὶ τῶν ὁμοίων. ἐπιμένει γὰρ τῇ κοιλίᾳ πλείονας χρόνους, καὶ ἐμπλεκόμενα παρακατέχει τὰ ὑγρά. f

Lanam illi habent ſub prima tunica, ut ſit media inter partem interiorem quae comeditur, & exteriorem corticem. Texuntur autem ex ea & ſocci & alia veſtimenta. (Quod ipſum etiam Phaenias dicit.) Quod vero in Indicis bulbis reperitur, pilis [magis, quam lanae,] ſimile eſt. « — De ratione parandi bulbos Philemon ait:

Bulbum ſi expetis; vide,
quot ſint res adſumendae, ut laudetur: caſeus, mel,
ſeſamum, oleum, cepa, acetum, laſerpitium.
Ipſe vero per ſe pravus eſt & ingratus.

Heraclides vero Tarentinus, bulborum uſum in conviviis circumſcribens, ait: »Circumſcribenda eſt magna ciborum copia, & eorum maxime, qui glutinoſum quidpiam & viſcidum habent; ut ova, bulbi, cocti pecudum pedes, cochleae, & quae ſunt his ſimilia. Diutius enim in ventre morantur, & implicitos detinent humores.

ΚΙΧΛΑΙ. Καὶ τούτων ἦσαν καὶ ἄλλων ὀρνίθων ἀγέλαι ἐν τοῖς προπόμασι. Τηλεκλείδης· LXVIII. Turdi.

Ὀπταὶ δὲ κίχλαι μετ' ἀμητίσκων
εἰς τὸν Φάρυγ' εἰσεπέτοντο.

Συρακούσιοι δὲ τὰς κίχλας κιχήλας λέγουσιν. Ἐπίχαρμος·

Τάς τ' ἐλαιοΦιλοΦάγους [1] κιχήλας.

Μέμνηται τούτων καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις. Τρία a δὲ εἶναι γένη κιχλῶν Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ· ὧν τὴν πρώτην καὶ μεγίστην κίσσῃ πάριτον εἶναι, ἣν καὶ καλεῖσθαι ἰξοφάγον, ἐπειδὴ ἰξὸν ἐσθίει· τὴν δὲ τῷ κοσσύφῳ ἴσην, ἣν ὀνομάζεσθαι τριχάδα. τὴν δὲ τρίτην, ἐλαχίστην τῶν προειρημένων οὖσαν, ἰλλάδα ὀνομάζεσθαι· (οἱ δὲ τυλάδα λέγουσιν, ὡς Ἀλέξανδρος ἱστορεῖ ὁ Μύνδιος·) ἣν καὶ συναγελαστικὴν εἶναι, καὶ νεοττεύειν, ὡς καὶ τὰς χελιδόνας. Ὅτι τὸ εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμε-

1 ἐλαιοφυλλοφάγους edd.

68. Turdi. Et horum, & aliarum avium greges in Guſtationibus adponebantur. Teleclides:

Turdi aſſati cum placentulis
ſponte in fauces volitabant.

Syracuſii turdos, quos graeci vulgo *κίχλας* vocant, *κιχήλας* nominant. Epicharmus:

Olivarumque paſtum amantes turdi.

Meminit horum & Ariſtophanes in Nubibus. Eſſe autem tria turdorum genera, Ariſtoteles docet: quorum primum, idemque maximum, picae ait eſſe magnitudine; hos *viſcivoros* vocari, quod viſco veſcantur: alterum, merulae magnitudine, quibus *trichades* nomen: tertium genus, omnium minimum, *illades* vocari ait; (alii quidem *tyladas* vocant, ut Alexander Myndius docet:) hos autem gregatim habitare nidoſque conſtruere, ſicut hirundines. Breve carmen, quod Homero auctori tribuitur,

νον ἐπύλλιον, ἐπιγραφόμενον δὲ Ἐπικιχλίδες, ἔτυχε ταύτης τῆς προσηγορίας, διὰ τὸ τὸν Ὅμηρον ᾄδοντα b αὐτὸ τοῖς παισὶ, κίχλας δῶρον λαμβάνειν, ἱστορεῖ Μέναιχμος ἐν τῷ Περὶ Τεχνιτῶν.

LXIX. Ficedulae.

ΣΥΚΑΛΙΔΕΣ. Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος ἱστορεῖ· „Ἄτερος τῶν αἰγιθαλῶν ὑφ' ὧν μὲν ἐλαιὸς [1] καλεῖται, ὑπὸ δέ τινων πιρίας· [2] συκαλὶς δ', ὅταν ἀκμάζῃ τὰ σύκα." δύο δ' εἶναι γένη αὐτοῦ, συκαλίδα καὶ μελαγκόρυφον. Ἐπίχαρμος· „ἀγλαὰς συκαλλίδας." καὶ πάλιν· [3]

— Ἦν δ' ἐρωδιοὶ μακροκαμπυλαύχενοι,
τέτρακές τε σπερματολόγοι, καὶ γλαναὶ συκαλλίδες.

Ἁλίσκονται δ' αὗται τῷ τῶν σύκων καιρῷ. διὸ βέλτιον c ὀνομάζοιντ' ἂν δι' ἑνὸς λ. διὰ δὲ τὸ μέτρον Ἐπίχαρμος διὰ δυεῖν εἴρηκεν.

1 ἔλαιον mssti noſtri. 2 πιρία iid. 3 Adiici poterat ἐν Ἥβας γάμῳ.

Epikichlides inſcriptum, eo ſortitum id nomen eſſe, narrat Menaechmus in libro DE Artificibus, quod Homerus, pueris illud carmen canens, turdos ab his in praemii locum acceperit.

69. FICEDULAE. Alexander Myndius ſcribit: »Alter ex aegithalis, [id eſt, ex *paris* avibus, ſive *caprimulgis*] a nonnullis *elaeus* vocatur, ab aliis *pirias; ſycalis* vero (id eſt, *ficedula*) quo tempore maturae ſunt ficus.« Duo autem eſſe eius genera ait; ſycalidem, (ſive, *ficedulam proprie dictam*) & melancoryphon. (id eſt, *atricapillam.*) Epicharmus: *Nitidas ficedulas.* Idemque rurſus:

Aderant ardeae praelongis collis incurviſque,
& tetraces ſemina legentes, & nitidae ficedulae.

Capiuntur hae, cum tempeſtiva ficus eſt. Quare (a verbo ἁλίσκεσθαι) rectius fuerit ſimplici litera λ (συκαλὶς) ſcribere nomen: ſed metri cauſſa Epicharmus duplicatâ literâ uſus eſt.

ΣΠΙΝΟΙ. Εὔβουλος· [1] LXX.

Fringillae.

– – – – –

Ἔφιππος, ἐν Γηριόνῃ·

Ἀμφιδρομίων ὄντων, ἐν οἷς νομίζεται
ὀπτᾶν τε τυροῦ Χερσονησίτου τόμον,
ἕψειν τ' ἐλαίῳ ῥάφανον ἠγλαϊσμένην,
πνίγειν τε παχέων ἀρνίων στηθύνια,
τίλλειν τε φάττας, καὶ κίχλας, ὁμοῦ σπίνοις,
d ὁμοῦ τε χναύειν μαινίσι σηπίδια,
πιλοῦν τε [2] πολλὰς πλεκτάνας ἐπιστρεφῶς,
πίνειν τε πολλὰς κύλικας εὐζωρεστέρας.

ΚΟΨΙΧΟΙ. Νικόστρατος, ἢ Φιλέταιρος· LXXI.

Merulae.

— — Α. Τί οὖν ἀγοράζω; Φράζε γάρ.
Β. Μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρείως. δασύποδι [3]
ἐὰν περιτύχῃς, ἀγόρασον· καὶ νήττια,

1 Desunt Eubuli verba. 2 Inferius πιλεῖν scribitur. 3 Possis & δασίποδα legere. Vulgo δασίποδ', & aliter digesti versus.

70. FRINGILLAE. Eubulus:

– – – – –

Ephippus, in Geryone:

Amphidromia celebrabantur, in quibus mos est,
assare casei Chersonesii frustum,
& coquere cum oleo splendentem brassicam,
& sub testu suffocare pinguium agnorum pectora,
& columbas deplumare, & turdos, cum fringillis,
simulque cum maenidibus sepiolas vorare,
& cirros multos polypodum diligenter congerere,
caliceſque multos meraciores ebibere.

71. MERULAE. Nicostratus, aut Philetaerus:

A. *Quid ergo emam? dic tandem!*
B. *Non sumtuose, sed eleganter. Leporem*
si in quem incidis, eme: & anaticulas,

ὁπόσα σὺ βούλει, καὶ κίχλας, καὶ κοψίχους· ὀρνιθάριά τε, [1] τῶν ἀγρίων τούτων, συχνά.

A. Χαρίεν γάρ. [2]

Sturni. Ἀντιφάνης δὲ καὶ ΨΑΡΑΣ ἐν τοῖς βρώμασι [3] καταλέ- e γει· „Μέλι, πέρδικες, Φάτται, νῆτται, χῆνες, ψᾶρες, κίττα, κολοιὸς, κόψιχος, ὄρτυξ, ὄρνις θήλεια.“ — Πάντων ἡμᾶς λόγον ἀπαιτεῖς, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ἔξ-

Aviculae. εστιν εἰπεῖν ἀνυπεύθυνον. — Ὅτι τὸ στρουθάριον παρ' ἄλλοις τε, καὶ δὴ καὶ παρ' Εὐβούλῳ· „Περδίκια λάβε τέτταρ' ἢ καὶ πέντε, δασύποδας τρεῖς, στρουθάρια θ' οἷον ἐντραγεῖν, ἀκανθυλλίδας, βιττάκους, σπινία, κερχνῆδας, τά τ' ἄλλ' ἄττ' ἂν ἐπιτύχῃς.

LXXII. ΕΓΚΕΦΑΛΟΙ ΧΟΙΡΕΙΟΙ. Τούτων ἡμᾶς ἐσθίειν f

Suilla cerebra. οὐκ εἴων οἱ Φιλόσοφοι, Φάσκοντες τοὺς αὐτῶν μεταλαμβάνοντας ἴσον καὶ κυάμων [4] τρώγειν, κεφαλῶν τε οὐ τοκήων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων βεβήλων.

1 ὀρνιθίων τε edd. 2 χαίρειν edd. cum msstis noſtris. Alius codex χαίρειν γάρ. 3 Forſ. ἐν τοῖς προπόμασι. 4 κυάμους τρώγειν κεφαλάς τε edd.

quot volueris, & turdos, & merulas,
aliarumque id genus agreſtium avium bonum numerum.
A. *Feſtivum id quidem.*

Antiphanes vero etiam STURNOS in cibis numerat: *Mel, perdices, columbae, anates, anſeres, ſturni, pica, graculus, merula, coturnix, gallina.* — Omnium a nobis rationem poſcis: nec dicere quidquam licet, quin tuae reprehenſioni ſit obnoxium. — Vox στρουθάριον (*avicula*) cum apud alios auctores reperitur, tum apud Eubulum: *Perdiculas cape quatuor aut quinque, lepores tres, tum aviculas ex his quae comeduntur, cardueles, bittacos, fringillulas, miliarias, & quaſcumque offendes alias.*

72. CEREBRA SUILLA. His nos veſci vetabant philoſophi, dicentes, qui haec guſtent, idem facere, ac qui fabas comedant, & non modo parentum capita, ſed

οὐδένα γοῦν [1] τῶν ἀρχαίων βεβρωκέναι, διὰ τὸ τὰς αἰσθήσεις ἁπάσας σχεδὸν ἐν αὐτῷ εἶναι. Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος, οὐδ' ὀνομάζειν τινὰ τῶν παλαιῶν, Cerebrum comedere nefas.

a φησὶν, ἐγκέφαλον· καὶ Σοφοκλέα γοῦν, ἐν Τραχινίαις, ποιήσαντα τὸν Ἡρακλέα ῥιπτοῦντα τὸν Λίχαν εἰς θάλασσαν, οὐκ ὀνομάσαι ἐγκέφαλον, ἀλλὰ λευκὸν μυελόν· ἐκκλίνοντα τὸ μὴ ὀνομαζόμενον·

Κόμης δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει, μέσου
κρατὸς διασπαρέντος αἵματός θ' ὁμοῦ·

καί τοι τ' ἄλλα διαῤῥήδην ὀνομάσαντα. καὶ Εὐριπίδης δὲ, τὴν Ἑκάβην θρηνοῦσαν εἰσαγαγὼν τὸν Ἀστυάνακτα, ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ῥιφέντα, [2] φησί·

Δύστηνε, κρατὸς ὥς σ' ἔκειρεν ἀθλίως
b τείχη πατρῷα, Λοξίου πυργώματα,
ὃν πόλλ' ἐκήπευσ' ἡ τεκοῦσα βόστρυχον,
φιλήμασίν τ' ἔδωκεν· ἔνθεν ἐκγελᾷ,

1 οὖν edd. 2 ῥιφθέντα edd.

& alia quaevis profana. Neminem certe e veteribus cerebrum comediſſe, quoniam in eo ſit ſenſuum omnium ſedes. Apollodorus vero Athenienſis ait, ne nominaſſe quidem ullum e veteribus cerebrum. Itaque & Sophoclem, in Trachiniis, cum Herculem fingit Lichan in mare proiicientem, *cerebrum* non nominaſſe, ſed *albam medullam;* vitantem nomen, quod pronunciare nefas eſſet:

Albam medullam comâ effundit, medio
diffracto capite, multo cum ſanguine:

quamvis aperte caetera nominaſſet. Et Euripides, Hecubam inducens lugentem Aſtyanacta, quem e turri Graeci praecipitaverant, dicit:

O infelix! quam miſere de capite tibi detonderunt
paterna moenia, ab Apolline erectae turres,
comam, quam multâ curâ aluit mater,
ſaepeque oſculata eſt: inde nunc erumpit,

ὀστέων ῥαγέντων, φόνος, ἵν' αἰσχρὰ μὴ λέγω.

Ἔχει δὲ ἐπιστασίαν [1] ἡ τῶν ποιημάτων τούτων ἐκδοχή. καὶ γὰρ Φιλοκλῆς τε ἐγκέφαλον φησίν·

— — Οὐδ' ἂν ἐγκέφαλον ἔσθων λίποι. [2]

καὶ Ἀριστοφάνης·

— ἀπολέσαιμ' ἂν ἐγκεφάλου θρίω δύω.

καὶ ἄλλοι. Λευκὸν οὖν ἂν εἴη μυελὸν εἰρηκὼς Σοφοκλῆς ποιητικῶς· Εὐριπίδης τε, τὸ τῆς προσόψεως εἰ- c
δεχθὲς καὶ αἰσχρὸν οὐχ αἱρούμενος ἐναργῶς ἐμφανίσαι, ἐδήλωσεν ὡς ἐβούλετο. Ὅτι δ' ἱερὸν ἐνόμιζον τὴν κεφαλήν, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ κατ' αὐτῆς ὀμνύειν, καὶ τοὺς γινομένους ἀπ' αὐτῆς [3] πτερμοὺς προσκυνεῖν ὡς ἱερούς. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς συγκαταθέσεις βεβαιοῦμεν τῇ ταύτης ἐπινεύσει· ὡς καὶ ὁ Ὁμηρικὸς Ζεὺς φησίν·

Εἰ δ' ἄγε, τοὶ κεφαλῇ ἐπινεύσομαι. — [4]

Sternutamenta sacra.

1 ἐπίστασιν malim cum Cas. 2 Aliter Eustath. 3 ὑπ' αὐτῆς edd. 4 καταινεύσομαι oportebat.

ossibus fractis, cruor; ut alia nefanda taceam.

Est autem animadvertenda ratio, qua accipi versus isti debent. Nam & Philocles cerebrum nominavit:

— — *Ne cerebrum quidem comedere cessaverit.*

& Aristophanes:

At perderem equidem cerebri membranas ambas.

itemque alii. Igitur *albam medullam* Sophocles poëtice dixerit: & Euripides, cum rem adspectu odiosam & foedam nollet oculis veluti subiicere, enunciavit eam prout ipsi visum erat. Sed, *caput* quidem olim *sacrum* existimatum fuisse, indicio est iurandi per illud consuetudo, & sternutamenta ex eo prodeuntia adorandi, veluti sacra. Atque etiam adsensus nostros, & comprobationes, capitis nutu confirmamus: quemadmodum & Homericus Iupiter ait:

Sin dubitas, ecce, tibi capite adnuam.

LXXIII. Aromata propomati mixta.

Ὅτι εἰς τὸ πρόπομα καὶ ταῦτα ἐνεβάλλοντο· πέπερι, φυλλὶς, σμύρνα, κύπειρον, μύρον Αἰγύπτιον. Ἀντιφάνης·

Ἂν μὲν ἄρα πέπερί τις φέρῃ πριάμενος,
στρεβλοῦν γράφουσι τοῦτον ὡς κατάσκοπον.

πάλιν·

— — — Νῦν
δεῖ περιϊόντα πέπερι καὶ καρπὸν βλίτου
ζητεῖν.

Εὔβουλος·

Κόκκον λαβοῦσα Κνίδιον, ἢ τοῦ πεπέριος,
τρίψασ' ὁμοῦ σμύρνῃ, διάπαττε τὴν ὁδόν.

Ὠφελίων·

Λιβυκόν τε [1] πέπερι, θυμίαμα, καὶ βίβλον
Πλάτωνος ἐμβρόντητον.

Νίκανδρος, Θηριακοῖς·

1 Abeſt vulgo τε. Dein βιβλίον habent edd.

73. Propomati (i. e. vino, quem ante coenam potabant) admiſcebantur etiam haec: *piper*, *phyllis*, *myrrha*, *cypiron*, *unguentum Aegyptium*. Antiphanes:

Si quis piper advehat coëmtum,
hunc torquendum ex lege denunciant, ut ſpeculatorem.

Rurſuſque:

— — — *Nunc*
circumire oportet, piper & bliti ſemina
quaerentem.

Eubulus:

Granum ſume (mulier) Cnidium, aut piperis,
eoque cum myrrha trito conſperge viam.

Ophelion:

Libycumque piper, ſuffitum, & librum
Platonis veſanum.

Nicander, in Theriacis:

Ἢ καὶ λεπτοθρίοιο πολύχνεα φύλλα κονίζης, [1]
πολλάκι δ' ἢ πέπερι κόψας νέον, ἢ ἀπὸ Μήδων
κάρδαμον.

Θεόφραστος ἐν Φυτῶν Ἱστορίᾳ· „Τὸ πέπερι καρπὸς μέν ἐστι· διττὸν δὲ αὐτοῦ τὸ γένος. τὸ μὲν, στρογγύλον, ὥσπερ ὄροβος, κέλυφος ἔχον, [2] ὑπέρυθρον. τὸ δὲ, πρόμηκες, μέλαν, σπερμάτια μηκωνικὰ ἔχον. ἰσχυρότερον δὲ πολὺ τοῦτο θατέρου· θερμαντικὰ δὲ ἄμφω· διὸ καὶ πρὸς τὸ κώνειον βοηθεῖ ταῦτα." Ἐν δὲ τῷ Περὶ Πνιγμοῦ γράφει· „Ἡ δὲ τούτων ἀνάκτησις, f ὄξους ἐγχύσει καὶ πεπέριδος, ἢ κνίδης καρπῷ τριφθείσης." Τοῦτο δ' ἡμᾶς τηρῆσαι δεῖ, ὅτι οὐδέτερον ὄνομα οὐδέν ἐστι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εἰς ι λῆγον, εἰ μὴ μόνον τὸ μέλι. τὸ γὰρ πέπερι καὶ κόμμι καὶ κοῖφι, [3] ξενικά.

1 Al. κονύζης. 2 ὥσπερ ὄρόβου κέλυφος habent mss. & edd. vett. & carent ἔχον. 3 Rectius κῦφι.

Aut etiam lanuginosa folia tenui-foliae conyzae: aliquando vero & piper recens tusum, aut e Media nasturtium.

Θεόφραστος δέ φησι, σικυῶν τρία εἶναι γένη, Λακωνικὸν, Σκυταλίαν, Βοιώτιον. καὶ τούτων τὸν μὲν Λακωνικὸν, ὑδρευόμενον, βελτίω γίνεσθαι· τοὺς δ' ἄλλους, ἀνύδρους. [1] „Γίνονται δὲ, φησὶ, καὶ εὐχυλότεροι οἱ σικυοὶ, ἐὰν τὸ σπέρμα ἐν γάλακτι βραχὲν σπαρῇ, ἢ ἐν μελικράτῳ.“ ἱστορεῖ δὲ ταῦτα ἐν Φυ-

1 αὔδρους mssti. Rectius ἀνυδρεύτους apud Theophr.

SEQUUNTUR DEHINC IPSIUS
ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAE
QUATENUS INTEGRUM OPUS SUPEREST.

* * *

— *Mittam radiculas, cucumeres quatuor.*
Cucumiculum vero (σικύδιον) diminutive dixit Phrynichus, in Monotropo:

— — — *Et vorare cucumiculum.*

5. Theophraſtus vero, Cucumerum tria, ait, genera eſſe: Laconicum, Scytalian, Boeotium: ex his Laconicum meliorem fieri cum rigatur; duo alia genera, non rigata, proficere magis. » Fiunt autem, inquit, melioris etiam ſucci cucumeres, ſemine vel in lacte macerato, priuſquam ſeratur, vel in mulſo.« Docet vero haec [eadem] in libris de Cauſſis Plantarum. [Alibi

τικοῖς Αἰτίοις, [1] θᾶττον αὔξεσθαι κἂν ἐν ὕδατι,
b κἂν ἐν γάλακτι, πρότερον ἢ εἰς τὴν γῆν κατατεθῆναι,
βραχῆ. Εὐθύδημος δὲ ἐν τῷ Περὶ Λαχάνων, εἶδος σι-
κυῶν εἶναι τοὺς προσαγορευομένους δρακοντίας.
Ὠνομάσθαι δὲ σικυοὺς, φησὶ Δημήτριος ὁ Ἰξίων
ἐν πρώτῃ Ἐτυμολογουμένων, ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι καὶ
κίειν· ὁρμητικὸν γὰρ ὑπάρχειν. Ἡρακλείδης δ' ὁ Τα-
ραντῖνος ἐν τῷ Συμποσίῳ ἡδύγαιον καλεῖ τὸν σι-
κυόν. Διοκλῆς δ' ὁ Καρύστιος, τὸν σικυὸν, φησὶ, με- Cucumeris vires.
τὰ σίων ἐν πρώτοις λαμβανόμενον, ἐνοχλεῖν· φέρε-
σθαι γὰρ ἄνω, καθάπερ τὴν ῥάφανον. τελευταῖον δὲ
c λαμβανόμενον, ἀλυπότερον εἶναι, καὶ εὐπεπτότερον·
ἐσθὸν δὲ, καὶ διουρητικὸν μετρίως ὑπάρχειν. Δίφιλος
δὲ φησίν· „Ὁ σικυὸς, ψυκτικὸς ὑπάρχων, δυσοικο-
νόμητός ἐστι, καὶ δυσυποβίβαστος· ἔτι δὲ φρικοποιὸς,

1 Excidiſſe h. l. nonnihil videtur. Et paulo ante, pro ταῦτα, forſan ταὐτὰ oportebat.

vero ait,] citius creſcere, ſive in aqua, ſive in lacte maceretur ſemen, priuſquam terrae committatur. Euthydemus vero, in libro de Oleribus, ait, eſſe ſpeciem cucumeris, quod *dracontias* adpellant. Nomen autem σικυοὺς ſortitos eſſe cucumeres, ait Demetrius Ixion in primo libro Etymologiarum, a verbis σεύεσθαι & κίειν, [quae *prorumpere & progredi* ſignificant:] nam valide & late progredi cucumerem. Heraclides vero Tarentinus, in Sympoſio, ἡδύγαιον adpellat, id eſt, *laeto ſolo provenientem*. Diocles vero Caryſtius ait, cucumerem cum ſio primâ menſâ ſumtum, moleſtum eſſe; ſurſus enim ferri, ſicut raphanum: poſtremâ vero menſâ ſumtum, minus eſſe moleſtum, & concoqui facilius: elixum vero, urinam etiam mediocriter ciere. Diphilus vero ſic ſcribit: »Cucumis, cum ſit refrigerans, aegre & digeritur & per alvum deſcendit: praeterea horrores fe-

καὶ γεννητικὸς χολῆς, ἀφροδισίων τε ἐφεκτικός." αὔξονται δ' ἐν τοῖς κήποις οἱ σικυοὶ κατὰ τὰς πανσελήνους, καὶ φανερὰν ἴσχουσι τὴν ἐπίδοσιν, καθάπερ καὶ οἱ θαλάττιοι ἐχῖνοι.

VI. Fici.

ΣΥΚΑ. Ἡ συκῆ, φησὶν ὁ Μάγνος· (οὐδενὶ γὰρ τῶν περὶ σύκων λόγων παραχωρήσαιμι, κἂν ἀποκρέμασθαι δέῃ· φιλόσυκος γάρ εἰμι δαιμονίως· λέξω δὲ [1] d τά μοι προσπίπτοντα·) ἡ συκῆ, ἄνδρες φίλοι, ἡγεμὼν τοῦ καθαρίου [2] βίου τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο. δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ καλεῖν τοὺς Ἀθηναίους Ἱερὰν μὲν συκῆν τὸν τόπον, ἐν ᾧ πρῶτον εὑρέθη· τὸν δ' ἀπ' αὐτῆς καρπὸν ἡγητηρίαν, [3] διὰ τὸ πρῶτον εὑρεθῆναι τῆς ἡμέρου τροφῆς. Τῶν δὲ σύκων ἐστὶ γένη πλείονα. Ἀττικὸν μὲν, οὗ μνημονεύει Ἀντιφάνης ἐν Ὁμωνύμοις· ἐπαινῶν δὲ τὴν χώραν τὴν Ἀττικὴν, τάδε λέγει·

Atticae fici.

1 δὲ adieci e coniect. 2 καθαρείου Euſtath. 3 ἡγητορίαν Euſtath.

briles excitat, bilem gignit, venerem cohibet. « Augentur vero in hortis cucumeres plenilunio, & manifeſtum capiunt incrementum, quemadmodum etiam echini marini.

6. Fici. Ficus arbor, ait Magnus; (nemini enim, ut ſermonem de Ficis mihi praeripiat, equidem concedam, vel ſi me ſuſpendi de iſta arbore oporteat; nam mirifice ficis delector: dicam autem, quae mihi forte occurrent.) Ficus igitur arbor, ô amici viri, cultioris vitae dux fuit hominibus. Adparet id quidem vel hoc argumento, quod & locum, ubi primum reperta haec arbor eſt, *Sacram ficum* Athenienſes vocant; & fructum, quem illa edit, *hegeterian*, [quaſi *ductricem;* aut *principem*,] quoniam omnium mitium fructuum primus inventus eſt. Sunt autem ficorum plura genera. Primum quidem, *Attica ficus;* cuius Antiphanes meminit, in Homonymis; ubi Atticam regionem laudans, haec dicit:

A. Οἷα δ' ἡ χώρα φέρει,
e διαφέροντα πάσης, Ἱππόνικε, τῆς οἰκουμένης·
τὸ μέλι, τοὺς ἄρτους, τὰ σῦκα. ΙΠΠ. Σῦκα μέν,
νὴ τὸν Δία,
πάνυ φέρει.

Ἴστρος δ', ἐν τοῖς Ἀττικοῖς· Οὐδ' ἐξάγεσθαι, φησὶ, τῆς Ἀττικῆς τὰς ἀπ' αὐτῶν γινομένας ἰσχάδας, ἵνα μόνοι ἀπολαύσιεν οἱ κατοικοῦντες· καὶ ἐπεὶ πολλοὶ ἐνεφανίζοντο διακλέπτοντες, οἱ τούτους μηνύοντες τοῖς δικασταῖς, ἐκλήθησαν τότε πρῶτον συκοφάνται. Sycophantae.

Ἄλεξις δ' ἐν Ποιητῇ [1] φησίν·

Ὁ συκοφάντης οὐ δικαίως τοὔνομα
f ἐν τοῖσι μοχθηροῖσίν ἐστι κείμενον.
ἔδει γὰρ, ὅστις χρηστὸς ἦν ἡδύς τ' ἀνὴρ,
τὰ σῦκα προστεθέντα, δηλοῦν τὸν τρόπον.
νυνὶ δὲ πρὸς μοχθηρὸν ἡδὺ προστεθὲν

1 Forſ. Ποιηταῖς.

A. *Qualia haec regio fert*
praeſtantiora, Hipponice, quam reliqua omnis terra habitata!
Mel, panes, ficos! HIPP. *Ficos quidem, per Iovem,*
fert (praeſtantes) admodum.

Iſter vero, in Atticis, ait: Vetitum fuiſſe Atticas exportare caricas, ut ſoli indigenae eis veſcerentur: quum vero multi furtim evehentes deprehenderentur, qui horum nomina apud iudices deferebant, tum primum *ſycophantas* (quaſi *ficuum indices*, vel, *qui ficus oſtendunt*) eſſe nominatos. Igitur Alexis, in Poëta, [*ſive*, in Poëtis,] ait:

Sycophantae nomen immerito
improbis imponitur hominibus.
Debebant enim fici, adiectae nomini,
declarare probi & ſuavis viri mores.
Nunc, cum ſuave nomen improbo imponitur,

ἀπορεῖν πεποίηκε, διὰ τί τοῦθ' οὕτως ἔχει.

Rhodiorum Sminthia.

Φιλόμνηστος[1] δ', ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθείων,[2] φησίν· „Ἐπεὶ καὶ ὁ συκοφάντης ἐντεῦθεν προσηγορεύθη, διὰ τὸ εἶναι τότε τὰ ἐπιζήμια καὶ τὰς εἰσφορὰς, σῦκα, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, ἀφ' ὧν τὰ κοινὰ a διῴκουν· καὶ τοὺς ταῦτα πράττοντας καὶ εἰσφαίνοντας ἐκάλουν, ὡς ἔοικε, συκοφάντας, αἱρούμενοι τοὺς ἀξιοπιστοτάτους τῶν πολιτῶν."

VII.

Fici Laconicae.

Λακωνικοῦ δὲ σύκου μνημονεύει ἐν Γεωργοῖς Ἀριστοφάνης, ταδὶ λέγων·

— Συκᾶς φυτεύω, πάντα πλὴν Λακωνικῆς.
τοῦτο γὰρ τὸ σῦκον, ἐχθρόν ἐστι, καὶ τυραννικόν·
οὐ γὰρ ἦν ἂν μικρὸν, εἰ μὴ μισόδημον ἦν σφόδρα.

Μικρὸν δὲ αὐτὸ εἶπε, διὰ τὸ μὴ μέγα εἶναι φυτόν. Ἄλεξις δ', ἐν Ὀλυνθίῳ, Φρυγίων σύκων μνημονεύων, φησί· b

1 Φιλόδημος alibi apud Noſtrum. 2 Σμινθίων ibid.

dubium id me reddit, ut, cur ita fiat, neſciam.

Sed Philomneſtus, in libro de Rhodiorum ſolemnibus, quae *Sminthia* vocant, ait: »Nam & *ſycophanta* inde nominatus eſt, quod tunc & mulctarum & tributorum nomine fici exigebantur, & vinum, & oleum, e quibus pro adminiſtratione reipublicae ſumtus faciebant: &, qui haec exigebant, & (in fiſco publico) repraeſentabant, (εἰσφαίνοντες,) hi, ut videtur, *ſycophantae* nominati ſunt, e civibus ſpectatiſſimae fidei delecti.

7. *Laconicae* vero *fici* meminit Ariſtophanes, in Agricolis, haec dicens:

Ficuum arborum omne ego genus ſeram, Laconicâ exceptâ.
Haec enim ficus inimica eſt, & tyrannica:
nec enim puſilla foret, niſi plebis odio admodum teneretur.

Puſillam vero ficum dixit, quod minime magna arbor eſt. Alexis vero, in Olynthio, *Phrygiarum* mentionem faciens *ficorum*, ait:

Τό τε θειοφανὲς [1] μητρῶον ἐμοὶ
μελέδημ' ἰσχὰς, [2]
Φρυγίας εὕρεμα συκῆς.

Τῶν δὲ καλουμένων Φιβαλέων σύκων πολλοὶ μὲν μέμνηνται τῶν κωμῳδιοποιῶν· ἀνὰ δὲ καὶ Φερεκράτης, ἐν Κραπατάλλοις· Phibaleae, & aliae.

Ὦ δαιμόνιε, πύρεττε, μηδὲν φροντίσας·
καὶ τῶν Φιβαλέων τρῶγε σύκων [3] τοῦ θέρους,
κἀμπιμπλάμενος κάθευδε τὰς μεσημβρίας· [4]
κἄτα σφακέλιζε, καὶ πέπρησο, καὶ βόα.

c Τηλεκλείδης δ' ἐν Ἀμφικτύοσι·

Ὡς καλοὶ καὶ Φιβάλεοι.

Καὶ τὰς μυρρίνας δὲ Φιβαλέας λέγουσιν· ὡς Ἀντιφάνης, ἐν Κρησί·

Πρώτιστα δὲ

1 Θειοφαγὲς edd. 2 ἰσχάδας h. l. edd. vett. & mssti. ἰσχάδες fortaſſe debuerant. 3 σύκων τρῶγε mss. 4 Rectius fuerit τῆς μεσημβρίας.

Dataque a divis mihi maternum
carica votum,
Phrygiae ficus dulce repertum.

Phibalearum vero *ficorum*, quae vocantur, cum alii multi e comicis poëtis meminerunt, tum Pherecrates in Crapatallis:

Febricita, miſer! nulla de re ſolicitus,
& nunc aeſtate Phibaleas ficos comede,
illiſque ſatur dormi meridie:
dein ſphacelo torquere, arde, clama!

Teleclides, in Amphictyonibus:

Quam pulcri, & Phibalei!

Sed & myrti baccas Phibaleas dicunt. Velut Antiphanes, in Cretenſibus:

Primum omnium

τῶν μυρρινῶν ἐπὶ τὴν τράπεζαν βούλομαι,
ἃς διαμασῶμ', ὅταν τι βουλεύειν δέῃ·
τὰς δὲ, Φιβαλεως, πάνυ καλὰς, στεφανωτρίδας. [1]

Χελιδονίων δὲ σύκων μνημονεύει Ἐπιγένης, ἐν Βακχείᾳ· [2]

Εἶτ' ἔρχεται
χελιδονείων [3] μετ' ὀλίγον σκληρῶν ἀδρὸς d
πινακίσκος.

Ficus arboris varia genera.

Ἀνδροτίων δὲ, ἢ Φίλιππος, ἢ Ἡγήμων, ἐν τῷ Γεωργικῷ, γένη σύκων τάδε ἀναγράφει, οὕτως· „Ἐν μὲν οὖν τῷ πεδίῳ φυτεύειν χρὴ χελιδόνεων, ἐρινεῶν, λευκερινεῶν, Φιβαλεων· ὀπωροβασιλίδας δὲ πανταχοῦ. ἔχει γάρ τι χρήσιμον ἕκαστον τὸ γένος. ἐπὶ δὲ τὸ πλεῖστον αἱ κόλουροι, καὶ Φορμύνιοι, [4] καὶ δίφοροι, καὶ Μεγαρικαὶ, καὶ Λακωνικαὶ συμφέρουσιν, ἐὰν ἔχωσιν ὕδωρ."

1 Forſ. στεφανωτίδας. 2 Βραγχίᾳ vulgo. 3 χελιδονίων vulgo. 4 Φορύνιοι duae poſteriores editiones Caſaub. cum Dalech.

adeſſe menſae volo myrta,
quae ego mandam, ſi quid conſultandum erit;
& illa quidem Phibalea, ſane pulcra, coronaria.

Hirundinariarum ficorum mentionem Epigenes facit, in Bacchatione:

Deinde paulo poſt
Chelidoniarum venit ſiccarum conferta
quadra.

Androtion vero, ſive Philippus, ſive Hegemon, in Georgico, haec ficorum genera recenſet, hoc modo: »In planis igitur & campeſtribus ferere chelidoniam ficum oportet, & caprificum, caprificum albam, phibaleam: baſilidas vero autumnales ubivis. Eſt enim ſua cuique generi utilitas. Inprimis vero colurae arbores, [quaſi *truncatae*,] & phormyniae, & biferae, & Megaricae, & Laconicae, fructuoſae ſunt, ſi aqua non careant.«

VIII.

Fici Rhodiae.

e Τῶν δὲ ἐν Ῥόδῳ γινομένων σύκων μνημονεύει Λυγκεὺς ἐν Ἐπιστολαῖς, σύγκρισιν ποιούμενος τῶν Ἀθήνησι γινομένων καλλίστων πρὸς τὰ Ῥοδιακά. γράφει δὲ οὕτως· „Τὰ δὲ [1] ἐριεὰ τοῖς Λακωνικοῖς ὥς τε συκάμινα σύκοις δοκεῖν ἐρίζειν. καὶ ταῦτ' οὐκ ἀπὸ δείπνου, καθάπερ ἐκεῖ, διεστραμμένης ἤδη διὰ τὴν πλησμονὴν τῆς γεύσεως, ἀλλ' ἀβίκτου τῆς ἐπιθυμίας οὔσης, πρὸ δείπνου παρατέθεικα." [2] Τῶν δ' ἐν τῇ καλῇ Ῥώμῃ καλλιστρουθίων καλουμένων σύκων εἰ ὁ Λυγκεὺς ἐγεύσατο, ὥσπερ ἐγὼ, ὀξυωπέστερος ἂν ἐγεγόνει παρὰ f πολὺ τοῦ ὁμωνύμου· τοσαύτην ὑπεροχὴν ἔχει ταῦτα τὰ σῦκα πρὸς τὰ ἐν τῇ πάσῃ οἰκουμένῃ γινόμενα. Ἐπαινεῖται δὲ καὶ ἄλλα σύκων γένη κατὰ τὴν Ῥώμην γινομένων, τά τε καλούμενα Χῖα, καὶ τὰ Λιβιανὰ, ἔτι δὲ καὶ τὰ Χαλκιδικὰ ὀνομαζόμενα, καὶ τὰ Ἀφρικανά· ὡς καὶ Ἡρόδοτος ὁ Λύκιος μαρτυρεῖ ἐν τῷ Περὶ Σύκων συγγράμματι.

Romanae, varii generis.

1 Τὰ δὲ τῇδε ἐριεὰ lego: & deinde δοκεῖ, non δοκεῖν. 2 παρατέθειται ſuſpicatus ſum.

8. Rhodiarum vero ficorum Lynceus meminit in Epiſtolis; quae Athenis gignuntur praeſtantiſſimae ficus, eas cum Rhodiis comparans. Scribit autem ſic: »Hic caprifici cum Laconicis, veluti mora cum ficis, videntur certare. Et hae non, ut ibi, poſt coenam, perverſo iam ob ſatietatem guſtu, ſed ante coenam adpoſitae ſunt, integro adhuc adpetitu.« Sed ſi has, quas pulcra in urbe Roma *paſſarias* vocant *ficos*, guſtaſſet Lynceus, viſu longe perſpicacior factus fuiſſet ſuo illo cognomine: adeo fici hae praeſtant omnibus, quae in in univerſo terrarum orbe gignuntur. Laudantur vero & alia ficorum genera Romae naſcentium; ſcilicet, quae Chiae vocantur, & Livianae, tum quae Chalcidicae nominantur, & Africanae: quemadmodum & Herodotus Lycius teſtificatur, in libro De Ficis.

IX. Παρμένων δ' ὁ [1] Βυζάντιος, ἐν τοῖς Ἰάμβοις, τὰ ἀπὸ Καννῶν, [2] τῆς Αἰολικῆς πόλεως, ὡς διάφορα ἐπαινῶν, φησίν·

Fici Cannaeae & Cauniae.

Ἦλθον μακρὴν θάλασσαν, οὐκ ἄγων σύκα a
Καναῖα φόρτον. [3]

Ὅτι δὲ καὶ τὰ ἀπὸ Καύνου τῆς Καρίας ἐπαινεῖται, κοινόν. Τῶν ὀξαλίων [4] δὲ σύκων οὕτως καλουμένων μνημονεύει Ἡρακλέων ὁ Ἐφέσιος, καὶ Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνὸς, παρατιθέμενοι Ἀπολλοδώρου τοῦ Καρυστίου, ἐκ δράματος Προικιζομένης Ἱματιοπώλιδος, τάδε·

Oxalides.

— Πλὴν τὸ οἰνάριον πάνυ
ἦν ὀξὺ καὶ πονηρὸν, ὥστ' ἠσχυνόμην.
τὰ λοιπὰ μὲν γὰρ ὀξαλίους τὰ χωρία [5]
συκᾶς φέρει· τουμὸν δὲ καὶ τὰς ἀμπέλους. b

Pariae. Τῶν δ' ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ, (διάφορα γὰρ καὶ ταῦθα γίνεται σῦκα, τὰ καλούμενα παρὰ τοῖς Παρίοις αἰ-

1 Abest vulgo δὲ particula. 2 Perperam vulgo Καύναν. 3 Vulgo Καύνεα φόρτου. 4 Τοξαλίων vulgo absque artic. 5 Τοξαλίους χωρία vulgo.

9. Parmeno vero Byzantius, in Iambis, quae Cannis oppido Aetoliae nascuntur laudans, ait:

Per longa maris spatia huc veni, non ficorum adferens
Canaearum onus.

Sed & Caunias ficos, ex Cauno Cariae, laudari, nota res est. *Oxaliarum*, sic dictarum, ficorum meminit Heracleon Ephesius, & Nicander Thyatirenus, citantes ex Apollodori Carystii fabula, cui titulus Dotata Puella-vestes-vendens, haec verba:

At villum admodum
erat acidum & improbum, ut me puderet:
nam alii quidem fundi acidulas (ὀξαλίους)
ficos ferunt; meus vero etiam vites tales.

In Paro insula quoque eximiae fici gignuntur, quae *san-*

μώνια, ταὐτὰ ὄντα τοῖς Λυδίοις καλουμένοις, ἅπερ διὰ τὸ ἐρυθρῶδες καὶ τῆς προσηγορίας ταύτης ἔτυχε.) Ἀρχίλοχος μνημονεύει, λέγων οὕτως·

— — Ἔα
Πάρον, καὶ σῦκα κεῖνα [1] καὶ θαλάσσιον
βίον. —

τὰ δὲ σῦκα ταῦτα τοσαύτην ἔχει τὴν παραλλαγὴν πρὸς τὰ πολλαχοῦ γινόμενα, ὡς τὸ τοῦ ἀγρίου
c συὸς κρέας πρὸς τὰ ἄλλα, τὰ μὴ τῶν ἀγρίων χοίρων κρέα.

X. Caprifici.

Λευκερινεὸς δέ τι εἶδός ἐστι συκῆς, καὶ ἴσως αὕτη ἐστὶν ἡ τὰ λευκὰ σῦκα φέρουσα. μνημονεύει δ' αὐτῆς Ἑρμιππος ἐν Ἰάμβοις οὕτως·

Τὰς λευκερινεὰς δὲ χωρὶς ἰσχάδας.

Τῶν δὲ ἐρινῶν σύκων [2] Εὐριπίδης ἐν Σκίρωνι·

1 σῦχ' ἐκεῖνα scripsit Brunck. 2 συκῶν malim, de arbore.

guineae vocantur ab incolis, non diversae ab his, quae *Lydiae* adpellantur, quae a rubro colore nomen illud fortitae sunt. Earum igitur Archilochus mentionem facit, his verbis:

— — *Missam fac*
Parum, ficosque illas, ac maritimam
vitam.

Hae autem fici eis, quae alibi vulgo nascuntur, tantum praestant, quantum apri caro carni porcorum vulgarium ac domesticorum.

10. *Leucerineos* (caprificus alba) species quaedam ficus arboris est; illa fortasse, quae fructus fert albos. Meminit illius Hermippus, in Iambis, his verbis:

Leucerineas vero seorsim caricas.

Ficorum sylvestrium, quae *caprifici* dicuntur, Euripides meminit, in Scirone:

— — ἢ προσπηγνύναι
κραδαῖς ἐρίναις. — [1]

καὶ Ἐπίχαρμος, ἐν Σφιγγί·

Ἀλλ' οὐχ ὁμοιά γ' [οὖν] ἐρίνοις οὐδαμῶς.

Σοφοκλῆς δ', ἐν Ἑλένης Γάμῳ, τροπικῶς τῷ τοῦ δένδρου ὀνόματι τὸν καρπὸν ἐκάλεσεν, εἰπών· d

— — Πέπων ἔρινος ἀχρεῖος ὢν
ἐς βρῶσιν, ἄλλους ἐξερινάζεις λόγῳ.

πέπων δ' ἔρινος εἴρηκεν, ἀντὶ τοῦ πέπον ἔρινον. καὶ Ἄλεξις ἐν Λέβητι·

Καὶ τί δεῖ
λέγειν ἔθ' ἡμᾶς τοὺς τὰ σῦκα ἑκάστοτε
ἐν τοῖς συρίχοις πωλοῦντας; οἱ κάτωθε μὲν
τὰ σκληρὰ καὶ μοχθηρὰ τῶν σύκων ἀεὶ
τιθέασιν, ἐπιπολῆς δὲ πέπονα καὶ καλά.
εἶθ' ὁ μὲν ἔδωκεν, ὡς τοιαῦτ' ὠνούμενος, e

1 Forſ. ἐριναῖς, & dein ἐρινοῖς, & ἐρινός.

vel adfigere caprifici ramis.

& Epicharmus, in Sphinge:

ſed non ſunt hae (fici) ſimiles caprificis.

Sophocles vero, in Helenae Nuptiis, tropice arboris nomine fructum nominavit:

Tu mollis caprificus, inutilis ipſe
ad cibum, alios caprificas ſermone.

Ubi πέπων ἔρινος in maſculino genere, pro πέπον ἔρινον, in neutro. Et Alexis, in Lebete:

Et quid de his
etiam dicemus, qui, ficos quoties
in caniſtris vendunt, inferne quidem
duras & pravas ficos ſemper
ponunt, ſuperne vero maturas & pulcras.
Deinde alter, quaſi talia emerit, numerat

τιμήν· ὁ δ', ἐγκάψας τὸ κέρμ' εἰς τὴν γνάθον,
ἔριν' ἀπέδοτο, σῦκα πωλεῖν ὀμνύων.

Τὸ δένδρον ἡ ἀγρία συκῆ, ἐξ ἧς τὰ ἔρινα, ἐρινὸς κατὰ τὸ ἄρρεν λέγεται. Στράττις, Τρωίλῳ·

— Ἐρινὸν οὖν τιν' αὐτῆς πλησίον
γενόμενος ἅπτα; —

καὶ Ὅμηρος·

Τῷ δ' ἐν ἐρινεός ἐστι μέγας φύλλοισι τεθηλώς.

Ἀμερίας δ' ἐρινακὰς [1] καλεῖσθαι τοὺς ὀλύνθους. [2]

Ἑρμώναξ δ', ἐν Γλώτταις Κρητικαῖς, σύκων γέ- XI.
f νη ἀναγράφει, ἀμάδεα καὶ νικύλεα. Φιλήμων δ' ἐν Alia ficorum
Ἀττικαῖς Λέξεσι καλεῖσθαί φησί τινα σῦκα βασί- genera.
λεια, ἀφ' ὧν καλεῖσθαι καὶ τὰς βασιλίδας ἰσχάδας· προσιστορῶν, ὅτι κόλυτρα [3] καλεῖται τὰ πέπονα σῦκα. Σέλευκος δ', ἐν ταῖς Γλώσσαις, καὶ Glycyſide.
γλυκυσίδην τινὰ καλεῖσθαι, φησὶ, σύκῳ τὴν μορ-

1 ἐρινάδας Heſych. 2 ὀλόνθους mss. 3 κόλυθρα Euſt. & Suid.

pretium: hic vero, pecuniam raptim in buccam inſerens, caprificos illi dat, ficos ſe vendere iurans.

Arbor, ficus ſylveſtris, cuius fructus caprifici (τὰ ἔρινα) vocantur, ἐρινὸς, caprificus, maſculino genere dicitur. Strattis, in Troilo:

Caprificum igitur quamdam prope eam
animadvertiſti fuiſſe? —

& Homerus:

In hoc autem caprificus ineſt ingens, florens foliis.

Amerias vero *erinacas* vocari ait harum arborum groſſos.

11. Hermonax vero, in Gloſſis Creticis, in ficorum generibus recenſet *hamadeas* & *nicyleas* ficos. Philemon vero, in Atticis Dictionibus, dicit, ficos quaſdam *regias* vocari, unde & *caricis regiis* eſſe nomen: ſimulque docet, *colytra* vocari ficos maturas. Seleucus vero, in Gloſſis, ait eſſe fructum *glycyſidem* dictum, figurâ maxime

φὴν μάλιστα ἐοικυῖαν. Συλάττεσθαι δὲ τὰς γυναῖκας ἐσθίειν, διὰ τὸ ποιεῖν ματαϊσμούς· [1] ὡς καὶ Πλάτων ὁ κωμῳδιοποιὸς φησιν ἐν Κλεοφῶντι. Τὰ δὲ χειμερινὰ σῦκα Πάμφιλος καλεῖσθαί φησι Κυδω- a
ναῖα [2] ὑπὸ Ἀχαιῶν, τοῦτο λέγων Ἀριστοφάνην εἰρηκέναι ἐν Λακωνικαῖς Γλώσσαις. Κοράκεων δὲ, σύκων εἶδος, Ἕρμιππος, ἐν Στρατιώταις, παραδίδωσι διὰ τούτων·

Ἢ τῶν Φιβαλέων μάλιστ' ἂν, ἢ τῶν Κορακέων.

Θεόφραστος δ', ἐν δευτέρῳ Φυτῶν Ἱστορίας, συκῶν [3] φησι γένος τοιοῦτόν τι εἶναι, οἷον ἡ Χαρίτιος Ἀράτειος [4] καλουμένη. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, περὶ τὴν Τρωϊκὴν φησιν Ἴδην γίνεσθαι συκῆν θαμνώδη, φύλλον ὅμοιον ἔχουσαν τῷ τῆς Φιλύρας· φέρειν δὲ σῦκα ἐρυθρὰ, ἡλίκα b
ἐλαία τὸ μέγεθος, στρογγυλώτερα, εἶναι δὲ τὴν γεῦσιν μεσπιλώδη. Περὶ δὲ τῆς ἐν Κρήτῃ καλουμένης Κυ-

1 Corruptus & defectus, ut videtur, locus. 2 Κωδαναῖα Euſtath. κοδύνεα Heſych. 3 Vulgo σύκων. 4 An ἡ Ἀρίκιος ἢ Ἀράτειος?

ſimili fico: abſtinere autem eius eſu mulieres, * * quod mentis efficiat alienationem; quemadmodum & comicus Plato in Cleophonte dicit. Hibernas vero ficos Pamphilus ab Achaeis ait Cydonaeas [*ſive*, Codoneas] vocari, tradidiſſe id dicens Ariſtophanem in Laconicis Gloſſis. *Coraceam*, [quaſi *corvinam*,] fici ſpeciem, tradit Hermippus, in Militibus, his verbis:

Aut Phibalearum maxime fuerit, aut Coracearum.

Theophraſtus vero, libro ſecundo Hiſtoriae Plantarum, dicit eſſe ficuum quoddam genus eiuſmodi, quale *Charitia Aratea* nominatur: [*forſan*, quale quae *Aritiae* aut *Arateae* vocantur.] Tertio autem libro ait, naſci circa Idam in Troade ficum arborem fruticoſam, folio tiliae ſimili: eam ficos ferre rubras, olivae magnitudine, ſed rotundiores, quae meſpili guſtum habeant. De ficu quam

πρίας συκῆς, ὁ αὐτὸς Θεόφραστος ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Φυτικῆς Ἱστορίας τάδε γράφει· „Ἡ ἐν Κρήτῃ καλουμένη Κυπρία συκῆ φέρει τὸν καρπὸν ἐκ τοῦ στελέχους, καὶ τῶν παχυτάτων ἀκρεμόνων· βλαστὸν δέ τινα ἀφίησι μικρὸν ἄφυλλον, ὥσπερ ῥιζίον, πρὸς ᾧ ὁ καρπός. τὸ δὲ στέλεχος μέγα, καὶ παρόμοιον τῇ λεύκῃ, φύλλον δὲ τῇ πτελέᾳ. πεπαίνει δὲ τέτταρας καρπούς, ὅσαι περ αὐτοῦ καὶ αἱ βλαστήσεις. ἡ δὲ γλυκύτης προσεμφερὴς τῷ σύκῳ, καὶ ἔσωθεν τοῖς ἐρίνοις· μέγεθος δὲ, ἡλίκον κοκκύμηλον.“

XII. Praecoces fici, prodromi.

Τῶν δὲ προδρόμων καλουμένων σύκων ὁ αὐτὸς Θεόφραστος μνημονεύει ἐν τρίτῃ[1] Φυτικῶν Αἰτιῶν, οὕτως· „Τῇ συκῇ ὅταν ἀὴρ ἐπιγένηται μαλακὸς καὶ ὑγρὸς καὶ θερμὸς, ἐξεκαλέσατο τὴν βλάστησιν· ὅθεν καὶ οἱ πρόδρομοι.“ Καὶ προελθὼν τάδε λέγει· „Πάλιν δὲ τοὺς προδρόμους αἱ μὲν φέρουσιν, ἥ τε Λακω-

1 ἐν πέμπτῃ oportebat.

in Creta *Cypriam* vocant, idem Theophraſtus quarto libro Hiſtoriae Plantarum haec ſcribit: »Quae in Creta vocatur *Cypria* ficus, fructum e caudice profert, & e ramis craſſiſſimis: germen vero quoddam emittit parvum abque foliis, veluti fibrillam radicis, cui fructus adhaeret. Eſt autem caudex magnus, populo albae ſimilis, folium vero ſimile ulmo. Perficit autem quatuor fructus, quot ſunt etiam eius germinationes. Dulcedo, quae fici; interiora, ſimilia caprifici pomo; magnitudo pruni.“

12. Ficorum, quae *prodromi* ſive *praecoces* vocantur, idem Theophraſtus tertio [*ſive*, quinto] libro De Cauſſis Plantarum meminit, his verbis: »Ficui arbori ſi contigerit mollis humiduſque & calidus aër, elicit ille germinationem: unde *praecoces* fici.“ Et paulo poſt, ſic pergit: »Praecoces ficos aliae ferunt, ut Laconica ficus,

νικὴ, καὶ ἡ λευκομφάλιος, καὶ ἕτεραι πλείους· αἱ δ' οὐ φέρουσι." Σέλευκος δ' ἐν Γλώσσαις, προτερικήν [1] d φησι καλεῖσθαι γένος τι συκῆς, ἥτις φέρει πρώϊον τὸν καρπόν. Διφόρου δὲ συκῆς μνημονεύει καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἐκκλησιαζούσαις·

Ficus bifera.

Ὑμᾶς δὲ τέως θρία λαβόντας
διφόρου συκῆς.

καὶ Ἀντιφάνης ἐν Σκληρίαις·

Ἔστι δὲ [2] παρ' αὐτὴν τὴν δίφορον συκῆν κάτω.

Ὁ Θεόπομπος δὲ, ἐν τῇ πεντηκοστῇ τετάρτῃ τῶν Ἱστοριῶν· Κατὰ τὴν Φιλίππου, φησὶν, ἀρχὴν περὶ τὴν Βισαλτίαν καὶ Ἀμφίπολιν [3] καὶ Γραιστωνίαν τῆς Μακεδονίας, ἔαρος μέσου ὄντος, τὰς μὲν συκᾶς σῦκα, e τὰς δ' ἀμπέλους βότρυς, τὰς δ' ἐλαίας, ἐν ᾧ χρόνῳ βρύειν εἰκὸς ἦν αὐτὰς, ἐλαίας ἐνεγκεῖν· καὶ εὐτυχῆσαι

1 προτερικὴν Hesych. πρωτερ. Eustath. 2 Ἔστι γὰρ vulgo. 3 Iungunt alii Βισαλτίαν Ἀμφιπ.

& leucomphalias, aliaeque plures: aliae vero non ferunt." Seleucus autem, in Glossis, ait, προτερικὴν, [sive, πρωτερικὴν] vocari genus quoddam ficus arboris, quod ante caeteras fructum ferat. *Biferae* ficus Aristophanes etiam meminit, in Concionantibus:

Vos autem interea folia sumentes
biferae ficus.

& Antiphanes, in Scleriis:

Est autem infra, apud ipsam biferam ficum.

Theopompus vero, libro quarto & quinquagesimo Historiarum, ait: Philippo regnante circa Bisaltiam & Amphipolin & Graestoniam in Macedonia medio vere ficus arbores ficos, vites uvas, itemque oleas, quo tempore primum germinare aliâs consuevissent, olivas tulisse: & omnibus in rebus prospero successu usum esse

πάντα Φίλιππον. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Περὶ Φυτῶν ὁ Θεόφραστος καὶ τὸν ἐρινεὸν εἶναί φησι δίφορον· οἱ δὲ καὶ τρίφορον, ὥσπερ ἐν Κέῳ.

XIII. Theophrastus, de Ficu arbore.

Λέγει δὲ καὶ τὴν συκῆν, ἐὰν ἐν σκίλλῃ φυτευθῇ, θᾶττον παραγίνεσθαι, καὶ ὑπὸ σκωλήκων μὴ διαφθείρεσθαι· καὶ πάντα δὲ τὰ ἐν σκίλλῃ φυτευθέντα, καὶ θᾶττον αὐξάνεσθαι, καὶ εὐβλαστῆ γίγνεσθαι. Πάλιν δὲ ὁ Θεόφραστος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Αἰτιῶν· „Ἡ Ἰνδικὴ, φησὶ, συκῆ καλουμένη, θαυμαστὴ οὖσα τῷ μεγέθει, μικρὸν ἔχει τὸν καρπὸν, καὶ ὀλίγον· ὡς ἂν εἰς τὴν βλάστησιν ἐξαναλίσκουσα ἅπασαν τὴν τροφήν." Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῆς Φυτικῆς Ἱστορίας ὁ Φιλόσοφος φησίν· „Ἔστι καὶ ἄλλο γένος συκῆς ἔν τε τῇ Ἑλλάδι, καὶ περὶ Κιλικίαν καὶ Κύπρον, ὀλυνθοφόρον· [1] ὃ τὸ μὲν σῦκον ἔμπροσθεν φέρει τοῦ φύλλου, [2] τὸν δὲ ὄλυνθον ἐξόπισθεν. [3] αἱ δὲ ὅλως

1 ὀλονθοφ. & mox ὄλονθον mss. ut supra. 2 φυτοῦ edd. cum ms. Ven. καρποῦ ms. Epit. 3 Intercidisse h. l. nonnihil videtur.

Philippum. Secundo vero libro de Plantis Theophrastus ait, caprificum etiam biferam esse. Alii vero etiam triferam dicunt; ut in Ceo.

13. Dicit idem Theophrastus, ficum arborem, si inter scillam seratur, citius provenire, & a vermibus non corrumpi: & omnino quaecumque inter scillam serantur, celerius succrescere, & laetius germinare. Rursus idem, secundo de Causis: »Indica ficus, inquit, cum mira sit magnitudine, pusillos tamen fructus gignit, eosque paucos: ut quae alimentum suum omne in germinationem insumat.« Secundo vero libro Historiae Plantarum idem ait Philosophus: »Est vero & aliud genus ficus, cum in Hellade, tum in Cilicia & Cypro, quod grossum fert; & ficum quidem fert a parte anteriore folii, grossum vero a parte aversa. * hae vero

ἐκ τοῦ ἔνου βλαστοῦ, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ νέου. πρῶτον[1] δὲ τοῦτο τῶν σύκων πέπονά τε καὶ γλυκὺν ἔχει, καὶ οὐχ ὥσπερ τὸν παρ' ἡμῖν. γίνεται δὲ καὶ μείζων οὗτος πολὺ a τῶν σύκων. ἡ δ' ὥρα, μετὰ τὴν βλάστησιν οὐ πολύ.

Variae ficorum denominationes.

Οἶδα δὲ καὶ ἄλλα σύκων ὀνόματα λεγόμενα· βασίλεια, συκοβασίλεια, κιρροκοιλάδια, καὶ ὑλάδια, σαρκελάφεια, λαπύρια,[2] πικρίδια, δρακόντια, λευκόφαια, μελανόφαια,[3] κρηνέια,[4] μυλαϊκὰ, ἀσκαλώνια.

XIV.

Περὶ δὲ τῆς προσηγορίας τῶν σύκων λέγων Τρύφων ἐν δευτέρῳ Φυτῶν ἱστορίας, Δωρίωνά φησιν ἐν Γεωργικῷ ἱστορεῖν, Συκέαν, ἕνα τινὰ τῶν Τιτάνων, διωκόμενον ὑπὸ Διὸς, τὴν μητέρα γῆν ὑποδέξασθαι, καὶ ἀνεῖναι τὸ φυτὸν εἰς διατριβὴν τῷ παιδὶ, ἀφ' οὗ καὶ b Συκέαν πόλιν εἶναι ἐν Κιλικίᾳ. Φερένικος δὲ, ὁ ἐπο-

Fico unde nomen σῦκον.

1 καρπὸν δὲ corrigunt viri docti. Ego suspicatus eram πρῶτον δὲ τοῦτο τῶν σύκων τὸν ὄλυνθον πέπονά τε &c. Sed nec alia in hac regione satis emendata aut integra. 2 καπίρια mſ. Ep. In Ven. dubie scripta vox. Forſ. καπύρια. 3 λευκόφια, μελανόφια edd. & mss. 4 Forſ. κρηναῖα.

omnino ex annotino germine, non e novo. Habet autem hoc genus [grossum] ante ficos maturum & dulcem, non ut apud nos. Ac fit is etiam multo maior quum ipsae fici: & ad maturitatem pervenit haud multo postquam germinavit. Nec vero me fugiunt alia etiam nomina, quibus fici adpellantur: regiae, ficiregiae, cirrocoeladiae, hyladiae, sarcelapheae, lapyriae, [sive, capyriae,] picridiae, dracontiae, leucophaeae, melanophaeae, crenaeae, Mylaicae, Ascaloniae.

14. De ficorum denominatione differens Tryphon, secundo libro Historiae Plantarum, Dorionem ait in Georgico narrare, Syceam, unum e Titanibus, persequente Iove, exceptum esse a matre Terra; illamque emisisse arborem [ficum, cui graece συκέα nomen,] quae oblectamento esset filio, a qua etiam nomen sortita sit Sycea oppidum in Cilicia. Pherenicus vero, epicus poë-

ποιὸς, Ἡρακλεώτης δὲ γένος, ἀπὸ Συκῆς τῆς Ὀξύλου θυγατρὸς προσαγορευθῆναι· Ὄξυλον γὰρ τὸν Ὀρίου, Ἀμαδρυάδι τῇ ἀδελφῇ μιγέντα, μετ' ἄλλων γεννῆσαι Καρύαν, Βαλανον, Κράνειον, Ὀρέαν, [1] Αἴγειρον, Πτελέαν, Ἄμπελον, Συκῆν· καὶ ταύτας Ἀμαδρυάδας νύμφας καλεῖσθαι, καὶ ἀπ' αὐτῶν πολλὰ τῶν δένδρων προσαγορεύεσθαι. ὅθεν καὶ τὸν Ἱππώνακτα φάναι,

c Συκῆν μέλαιναν, ἀμπέλου καστιγνήτην.

Σωσίβιος δ' ὁ Λάκων, ἀποδεικνὺς εὕρημα Διονύσου τὴν συκῆν· διὰ τοῦτο, φησὶ, καὶ Λακεδαιμονίους Συκίτην [2] Διόνυσον τιμᾶν. Νάξιοι δὲ, ὡς Ἀνδρίσκος, ἔτι δ' Ἀγλαοσθένης, [3] ἱστορεῦσι, Μειλίχιον καλεῖσθαι τὸν Διόνυσον, διὰ τὴν τοῦ συκίνου καρποῦ παράδοσιν. Bacchus, fici inventor.

1 Ὀξύαν corr. Dalech. Ῥειὰν Bod. 2 Forſ. Σιχίτην. 3 Vulgo Ἀγαθοθένης. Poſſis & Ἀγλωσθένης legere.

ta, genere Heracleotes, a Syce, Oxyli filia, nominatam eſſe ait ficum arborem: Oxylum enim, Orii filium, e ſororis Hamadryadis concubitu cum alios liberos genuiſſe, tum filias Caryam, (nucem,) Balanon, (quercum,) Craneum, (cornum,) Oream, [*ſive*, Oxeam, id eſt, ormum,] Aegirum, (populum,) Pteleam, (ulmum,) Ampelon, (vitem,) Syceam, (ficum:) haſque adpellari *Hamadryadas nymphas*, ab eiſdemque multas arbores nomina eſſe ſortitas: ideoque etiam Hipponactem dixiſſe,

Nigram ficum, vitis ſororem.

Soſibius vero Lacedaemonius, poſtquam ficus inventorem Bacchum eſſe docuit; propterea etiam Lacedaemonios, ait, Bacchum *Syciten* (quaſi *Ficuum patronum*) colere. Naxii vero, ut Andriſcus, itemque Aglaoſthenes, referunt, [apud populares ſuos] *Meilichium* Bacchum adpellari, quod is mortalibus fici arboris fructum de-

διὸ καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ παρὰ τοῖς Ναξίοις, τὸ μὲν τοῦ Βακχέως Διονύσου καλουμένου, εἶναι ἀμπέλινον· τὸ δὲ τοῦ Μειλιχίου, σύκινον. τὰ γὰρ σῦκα μείλιχα καλεῖσθαι.

XV. Ὅτι δὲ πάντων τῶν καλουμένων ξυλίνων καρπῶν ὠφελιμώτερά ἐστι τοῖς ἀνθρώποις τὰ σῦκα, ἱκανῶς Ἡρόδοτος ὁ Λύκιος διὰ πολλῶν ἀποδείκνυσιν, ἐν τῷ Περὶ Σύκων συγγράμματι· εὐτραφῆ τε [1] λέγων γίνεσθαι τὰ νεογνὰ τῶν παιδίων, ἐν [2] τῷ χυλῷ τῶν σύκων εἰ διατρέφοιτο. Φερεκράτης δὲ, ἢ ὁ πεποιηκὼς τοὺς Πέρσας, φησίν· d

Fici eximium alimentum.

Ἦν δ' ἡμῶν σῦκόν τις ἴδῃ [3] διὰ χρόνου
νέον ποτὲ, τῷ [4] φθαλμῷ περιμάττομεν τούτῳ
τῶν παιδίων.

ὡς καὶ ἰάματος οὐ τοῦ τυχόντος τῶν σύκων ὑπαρχόν-

1 Forſ. εὐτράφητα. 2 Commodius abeſſet ἐν; cuius in locum forſan reponenda εἰ particula, quae ſequitur. 3 Forſ. Σῦκον δέ τις ἡμῶν ἐὰν ἴδῃ, aut Ἐάν δέ τις ἡμῶν σῦκον ἴδῃ. 4 Vulgo omnes τοῦτο, & περιμάττομέν γε edd.

derit: eamque ob cauſſam, quem *Baccheum* Dionyſon adpellant, eius Dei faciem apud Naxios vitigineam eſſe, *Meilichii* vero Dionyſi ficulneam: ficos enim apud eos *meilicha* vocari.

15. Omnium vero fructuum, qui *arborei* vocantur, utiliſſimas hominibus ficos eſſe, abunde Herodotus Lycius multis rationibus oſtendit; inter alia dicens, corpulentos vegetoſque fieri recens natos puellos, ſi ficorum ſucco nutriantur. Pherecrates vero, aut quiſquis auctor fabulae eſt, cui titulus Perſae, dicit:

Si quis forte noſtrûm, longum poſt tempus, recentem ficum conſpexit tandem; oculos illâ extergimus puerulorum.

Quaſi vis medendi etiam haud mediocris ficis ineſſet.

e των. Ὁ δὲ θαυμασιώτατος καὶ μελίγηρυς Ἡρόδοτος, ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἱστοριῶν, καὶ μέγα ἀγαθὸν φησιν εἶναι τὰ σῦκα, οὐτωσὶ λέγων· „Ὦ βασιλεῦ, σὺ δ' ἐπ' ἄνδρας τοιούτους παρασκευάζῃ στρατεύεσθαι, οἳ σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας, σκυτίνην δὲ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα φορέουσι· σιτέονται δ' οὐχ [1] ὅσα ἐθέλουσιν, ἀλλ' ὅσα ἔχουσι, χώρην ἔχοντες τραχείην· πρὸς δὲ οὐκ οἴνῳ νὴ Δία χρέονται, ἀλλ' ὑδροποτέουσιν· οὐ σῦκα ἔχουσι τρώγειν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθόν.“ Πολύβιος δ' ὁ Μεγαλοπολίτης, ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν· „Φί-
f λιππος, φησὶν, ὁ Περσέως πατὴρ, ὅτε τὴν Ἀσίαν κατέτρεχεν, ἀπορῶν τροφῶν, τοῖς στρατιώταις παρὰ Μαγνήτων, ἐπεὶ σῖτον οὐκ εἶχον, σῦκα ἔλαβε. διὸ καὶ, Μυοῦντος κυριεύσας, τοῖς Μάγνησιν ἐχαρίσατο τὸ χωρίον ἀντὶ τῶν σύκων.“ Καὶ Ἀνάνιος δ' ὁ Ἰαμβοποιὸς ἔφη·

1 τε οὐχ mſ. *A.* (Hâc notâ dehinc mſ. Ven. deſignabo. Mſ. Epit. vero *Ep.*)

Sed & inprimis admirabilis auctor mellifluuſque, Herodotus, in primo Hiſtoriarum, magnum bonum eſſe ficos declarat, cum ait: »Adverſus illos homines, o Rex, expeditionem tu paras, qui coriaceo ſubligaculo, & reliqua veſte ex pellibus utuntur; quique veſcuntur non his quae volunt, ſed quae habent, regionem tenentes aſperam: adhaec non vino mehercule indigent, ſed aquam bibunt; non ficos habent, quas comedant, nec aliud ullum bonum.« Polybius vero Megalopolitanus, duodecimo Hiſtoriarum: »Philippus, ait, Perſei pater, incurſione in Aſiam facta, cibariorum inopia laborans, pro militibus ſuis a Magnetibus, quoniam frumentum non habebant, ficos accepit. Quapropter, poſtquam Myunte potitus eſt, locum eum dono dedit Magnetibus pro ficis.« Item Ananius, poëta Iambicus, dixit:

Εἴ τις καθείρξαι [1] χρυσὸν ἐν δόμοις πολλὸν, [2]
καὶ σῦκα βαιὰ, καὶ δύ' ἢ τρεῖς ἀνθρώπους·
γνοίη χ' ὅσῳ τὰ σῦκα τοῦ χρυσοῦ κρέσσω.

XVI.

Vires ficorum.

Τοσαῦτα τοῦ Μάγνου συκολογήσαντος, Δάφνος a
ὁ ἰατρὸς ἔφη· Φιλότιμος ἐν τῷ τρίτῳ Περὶ Τροφῆς·
„Τὰ ἀπαλὰ, φησὶ, σῦκα διαφορὰς μὲν ἔχει πλείους
πρὸς ἄλληλα, καὶ τοῖς γένεσι, καὶ τοῖς χρόνοις ἐν οἷς
ἕκαστα γίγνεται, καὶ ταῖς δυνάμεσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ
καθόλου εἰπεῖν τά τε ὑγρὰ τὰ πεπεμμένα, καὶ μά-
λιστα αὐτῶν [3] διαλύεται ταχέως, καὶ κατεργάζεται
μᾶλλον τῆς ἄλλης ὀπώρας, καὶ τὴν λοιπὴν τροφὴν οὐ
κωλύει κατεργάζεσθαι. δυνάμεις δ' ἔχει τῶν ὑγρῶν,
πολλώδεις τε, καὶ γλυκείας, ὑπονιτρώδεις τε· [4] καὶ b
τὴν διαχώρησιν ἀθρουστέραν, καὶ διακεχυμένην, καὶ
θάττω, καὶ λίαν ἄλυπον παρασκευάζει. χυλὸν δ'

1 καθεῖρξε edd. καθείρξει Stobaeus, apud quem *Hipponactii* tribuuntur isti versus. 2 πολὺν mſ. *A.* & Stob. 3 Aut deeſt h. l. nonnihil, aut oportebat καὶ τὰ (vel τά τε) πεπεμμένα μάλιστα αὐτῶν. 4 ὑπονιτρώδεις δέ corr. Dalech.

Homines duoſve treſve ſi domo claudas,
aurique pondus, atque pauculas ficos;
quid ficus auro praeſtet, illico cernes.

16. Quae cum tam multa Magnus *de Ficis* diſputaſſet, Daphnus medicus ſic eſt exorſus. Philotimus, tertio libro De Alimentis, dicit: »Recentes fici multum quidem inter ſe differunt, cum generibus, tum tempore quo quodque genus provenit, tum & viribus. Sed, in univerſum ut dicam, recentes & ſucci plenae, ac praeſertim ſi bene maturae ſint, celeriter diſſolvuntur, & magis conficiuntur in ventriculo quam reliqua omnia pomorum genera, neque impediunt aliorum ciborum concoctionem. Habent autem vires humidorum, & glutinoſas, & dulces, & ſubnitroſas: & deiectionem alvi efficiunt copioſiorem & liquidiorem & celeriorem & minime mo-

ἁλυκὸν, δριμύτητα ἔχοντα, ἀναδίδωσι μεθ' ἁλῶν ἐπιγινόμενα.[1] Διαλύεται μὲν οὖν ταχέως· διότι πολλῶν καὶ μεγάλων ὄγκων εἰσενεχθέντων, μετὰ μικρὸν χρόνον λαγαροὶ γινόμεθα καθ' ὑπερβολήν. ἀδύνατον δ' ἦν τοῦτο συμβαίνειν, διαμενόντων, καὶ μὴ ταχὺ διαλυομένων τῶν σύκων.[2] Κατεργάζεται δὲ μᾶλλον τῆς ἅλ-
c λης· οὐ μόνον ὅτι πολλαπλάσιον λαμβάνοντες αὐτὴν τῆς λοιπῆς ὀπώρας ἀλύπως διάγομεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν εἰωθυῖαν τροφὴν ἴσην λαμβάνοντες, τούτων προχειρισθέντων, οὐδὲν ἐνοχλούμεθα. δῆλον οὖν, ὡς, εἰ κρατοῦμεν ἀμφοτέρων, ταῦτά τε πέπτεται μᾶλλον, καὶ τὴν λοιπὴν οὐ κωλύει κατεργάζεσθαι τροφήν. Τὰς δὲ δυνάμεις ἔχει τὰς λεγομένας· τὴν μὲν κολλώδη τε, καὶ

1 ἐπιπινόμενα vulgo h. l. 2 τῶν σωμάτων mſ. *A.* & alii; quod ferri poſſe exiſtimavit Caſ.

leſtam. Succum vero ſalſum cum acrimonia coniunctum diffundunt, ubi cum ſale (& quae huic iungi ſolent) comeduntur. Diſſolvi igitur celeriter, ex eo conſtat, quod, quamvis multis & magnis ficorum molibus nos expleverimus, tamen haud multo poſt vacuum admodum ſentiamus ventriculum: quod fieri non poſſet, ſi manerent inibi, nec cito diſſolverentur fici. Concoqui autem facilius, quam reliqui omnes autumnales fructus, argumento eſt, quod non ſolum citra noxam comedere hunc fructum copiâ multis partibus maiori, quam alios omnes, poſſumus; ſed etiam, quod, his ante ſumtis, ſi continuo deinde conſuetum cibum eâdem, qua adſuevimus, copiâ capimus, nihil id nobis incommodat. Ex quo perſpicuum eſt, ſi utrumque cibum fert ſuperatque ventriculus, & facilius quam alia quaevis concoqui ficos, eaſdemque non impedire reliquorum ciborum concoctionem. Habent autem fici vires praedictas. Et quidem, vim glutinoſam & ſalſam habere, patet ex eo,

τὴν ἁλυκὴν, ἐκ τοῦ κολλᾶν τε καὶ ῥύπτειν τὰς χεῖρας· τὴν δὲ γλυκεῖαν ἐν τῷ στόματι γινομένην ὁρῶμεν. d Τὴν δὲ διαχώρησιν ἄνευ στρόφων τε καὶ ταραχῆς, καὶ πλείω, καὶ θᾶττον, καὶ μαλακωτέραν ὅτι παρασκευάζει, λόγου προσδεῖν οὐδὲν νομίζομεν. ἀλλοιοῦται δ' οὐ λίαν, οὐ διὰ τὸ δύσπεπτον αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι καταπίνομέν τε ταχέως οὐ λεάναντες, καὶ τὴν διέξοδον διότι ταχεῖαν ποιεῖται. Χυμὸν δ' ἁλυκὸν ἀναδίδωσι, διότι τὸ μὲν νιτρῶδες ἀπεδείχθη τὰ σῦκα ἔχοντα· ἁλυκώτερον δὲ ποιήσει, ἢ δριμὺν, ἐκ τῶν ἐπιγινομένων. οἱ μὲν γὰρ ἅλες τὸν ἁλυκὸν, τὸ δ' ὄξος καὶ τὸ θύμον τὸν e δριμὺν αὔξει χυμόν."

XVII.

Calida, an frigida bibenda post ficum?

Ἡρακλείδης δ' ὁ Ταραντῖνος ἐν τῷ Συμποσίῳ ζητεῖ· „Πότερον ἐπιλαμβάνειν δεῖ μετὰ τὴν τῶν σύκων προσφορὰν θερμὸν ὕδωρ, ἢ ψυχρόν; Καὶ τοὺς μὲν λέ-

quod ob lentorem inhaereſcunt manibus, eaſque ſimul abſtergunt. Dulcedinis vero vim in ipſo ore praeſentem ſentimus. Sine torminibus autem & moleſtia movere eas alvi deiectionem copioſiorem, celeriorem, molliorem, id ut probemus ne verbis quidem opus eſſe arbitror. At vero in ventriculo parum alterantur fici, non quod difficiles concoctu ſint, ſed quod eas avide deglutire conſuevimus, non comminutas, & quod celeriter per ventrem tranſeunt. Succum vero generare ſalſum, intelligitur ex eo quod docuimus nitroſam vim ficis ineſſe: ſalſiorem autem eumdem reddent, aut acrem, ex his quae eis iungi ſolent. Nam ſal, cum ficis ſumtus, ſalſuginem ſucci; acetum vero, & cepa agreſtis, acrimoniam eius augebit.

17. Heraclides Tarentinus, in Convivio, quaerit: »Utrum poſt ficorum eſum calida aqua bibenda ſit, (vino mixta) an frigida? Et quidem, qui calidam ſua-

γοντας θερμὸν δεῖν ἐπιλαμβάνειν, προορῶντας τὸ τοιοῦτο παρακελεύεσθαι· διότι καὶ τὰς χεῖρας ταχέως τὸ θερμὸν ῥύπτει· διὸ πιθανὸν εἶναι, καὶ ἐν κοιλίᾳ συντόμως αὐτὰ τῷ θερμῷ διαλύεσθαι. καὶ ἐπὶ τῶν ἐκτὸς
f δὲ σύκων, τὸ θερμὸν διαλύει τὴν συνέχειαν αὐτῶν, καὶ εἰς λεπτομερεῖς τόμους [1] ἄγει· τὸ δὲ ψυχρὸν συνίστησιν. Οἱ δὲ ψυχρὸν λέγοντες προσφέρεσθαι, ἡ τοῦ ψυχροῦ φασι πόματος λῆψις τὰ ἐπὶ τοῦ στομάχου καθήμενα τῷ βάρει καταφέρει· (τὰ γὰρ σῦκα οὐκ ἀστείως διατίθησι τὸν στόμαχον, καυσώδη καὶ ἀτονώτερον αὐτὸν ποιοῦντα· διόπερ τινὲς καὶ τὸν ἄκρατον συνεχῶς προσφέρονται.) μετὰ δὲ ταῦτα ἑτοίμως καὶ
a τὰ ἐν τῇ κοιλίᾳ προωθεῖ. Δεῖ δὲ πλέονι καὶ ἀθρουστέρῳ χρῆσθαι τῷ πόματι μετὰ τὴν τῶν σύκων προσφοράν, ἕνεκα τοῦ μὴ ὑπομένειν αὐτὰ ἐν κοιλίᾳ, φέρεσθαι δὲ εἰς τὰ κάτω μέρη τῶν ἐντέρων."

1 τόπους vulgo.

dent, eos hanc eo commendare, ait, quod animadverterint, ſordidas manus calidâ aquâ lotas celeriter purgari: quare probabile eſſe dicunt, ficos etiam in ventriculo calidâ diſſolvi citius; praeſertim quum etiam extra corpus noſtrum calida aqua ficis ſuperfuſa diſſolvat illarum continentes partes, & in tenues portiunculas diſtrahat, frigida vero eaſdem contrahat cogatque. Qui vero bibendam frigidam autumant, hi dicunt, ſumtam frigidam potionem per ipſum ſuum pondus deorſum protrudere ea quae ſtomacho inſideant: (nec enim admodum belle habere ventriculum ex ficorum eſu, quae illum aeſtuoſum & imbecilliorem reddant; quare etiam nonnullos continuo merum bibere:) deinde vero etiam promte expellere ea quae inſint in ventriculo. Eſt autem poſt ſumtas ficos largius & affatim bibendum, ne in ventriculo ſubſiſtant, ſed ad inferiora inteſtinorum deferantur."

XVIII. Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι μὴ δεῖ σῦκα προσφέρεσθαι μεσημβρίας· νοσώδη γὰρ εἶναι τότε, ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Κραπατάλλοις εἴρηκεν. Ἀριστοφάνης δ', [1] ἐν Προαγῶνι·

Fici meridie noxiae.

Κάμνοντα δ' αὐτὸν τοῦ θέρους ἰδών ποτε,
ἔτρωγ', ἵνα κάμνοι, σῦκα τῆς μεσημβρίας.

καὶ Εὔβουλος, ἐν Σφιγγοκαρίωνι·

Νὴ τὸν Δί', ἠσθένουν γὰρ, ὦ βέλτιστε σὺ, b
φαγοῦτα πρώην σῦκα τῆς μεσημβρίας.

Νικοφῶν δ', ἐν Σειρῆσιν,

Ἐὰν δέ γ' ἡμῶν σῦκά τις μεσημβρίας
τρώγων καθεύδῃ χλωρὰ, πυρετὸς εὐθέως
ἥκει τρέχων, οὐκ ἄξιος τριωβόλου· [2]
κἄβ' οὗτος ἐπιπεσὼν, ἐμεῖν ποιεῖ χολήν.

XIX. Δίφιλος δ' ὁ Σίφνιός φησι, τῶν σύκων εἶναι τὰ

1 Forſ. καὶ Ἀριστ. δέ. 2 Verba οὐκ ἄξιος &c. alii perſonae tribuit Grot.

18. Alii vero aiunt, meridie ficos non debere comedi, quia tunc morbos efficiant; quemadmodum etiam Pherecrates in Crapatallis dixit. Pariter vero Ariſtophanes, in Proagone:

Aegrotantem illum aeſtate cum vidiſſet aliquando,
ut aegrotaret etiam ipſe, meridie ficos comedit.

Et Eubulus, in Sphingocarione:

Etenim, per Iovem, non recte valebam, o optime!
ut quae ficos his diebus comediſſem meridie.

Tum Nicophon, in Sirenibus:

Noſtrúm ſi quis, ficos poſtquam meridie
recentes eſitavit, obdormiſcat; febris protinus
curſu advenit, non faciunda triobolo:
quae poſtquam invaſit, bilem facit evomere.

19. Diphilus vero Siphnius ait, recentes ficos & exi-

μὲν ἁπαλὰ, ὀλιγότροφα καὶ κακόχυλα, εὐέκκριτα δὲ, καὶ ἐπιπολαστικά· [1] καὶ εὐοικονομητότερα δὲ τῶν ξηρῶν. τὰ δὲ πρὸς τῷ χειμῶνι γινόμενα, βίᾳ πεπαινόμενα, χείρονα τυγχάνει· τὰ δ' ἐν τῇ ἀκμῇ τῶν ὡρῶν, κρείττονα, ὡς ἂν κατὰ φύσιν πεπαινόμενα. τὰ δὲ πολὺν ὀπὸν ἔχοντα, καὶ τὰ σπάνυδρα δὲ, εὐστομαχώτερα μὲν, βαρύτερα δέ. τὰ δὲ Τραλλιανὰ ἀναλογεῖ τοῖς Ῥοδίοις· τὰ δὲ Χία, καὶ τἆλλα πάντα, τούτων εἶναι κακοχυλότερα. Μνησίθεος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ Ἐδεστῶν φησίν· „Ὅσα δὲ ὠμὰ προσφέρεται τῶν τοιούτων, οἷον ἄπιοι, καὶ σῦκα, καὶ μῆλα Δελφικὰ, καὶ τὰ τοιαῦτα· δεῖ παραφυλάττειν τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ τοὺς χυλοὺς τοὺς ἐν αὐτοῖς μήτε ἀπέπτους, μήτε σαπροὺς, μήτε κατεξηραμμένους λίαν ὑπὸ τῆς ὥρας ἕξει." Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος, ἐν τῷ

Alia ad ficorum uſum ſpectantia.

1 Vix ſanus locus.

guum & pravum alimentum praebere, egeri facile, innatare ventriculo; at facilius tamen digeri quam ficcas. »Quae vero ſub hiemem (inquit) gignuntur, vi matureſcentes, eſſe deteriores: quae vero media aeſtate, meliores, ut quae naturae beneficio matureſcant. Quae autem multum ſucci lactei habent, & quae parum humoris aquei, magis idoneae ſunt ventriculo, tametſi magis eum gravent. Trallianae ſimilem fere vim habent cum Rhodiis: Chiae vero, & aliae omnes, peiorem quam hae ſuccum generant.« Mneſitheus vero Athenienſis, in libro de Comeſtibilibus, ſcribit: »Quaecumque de hoc genere cruda comeduntur, veluti pira, fici, mala Delphica, & quae ſunt eius generis alia; in his obſervandum eſt tempus, quo ſuccus ipſorum nec immaturus ſit, nec putris, neve ab aeſtatis ardore exſiccatus.« Demetrius vero Scepſius, libro decimo quin-

Vocem corrumpunt fici.

πεντεκαιδεκάτῳ τοῦ Τρωϊκοῦ Διακόσμου, εὐΦώνους, φησὶ, γίνεσθαι τοὺς μὴ σύκων ἐσθίοντας. Ἡγησιάνακτα γοῦν τὸν Ἀλεξανδρέα, τὸν τὰς Ἱστορίας γράψαντα, κατ' ἀρχὰς ὄντα ταπείνηχον, [1] καὶ τραγῳδὸν φησι γενέσθαι, καὶ ὑποκριτικὸν, καὶ εὔηχον, ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν σύκων μὴ γευσάμενον. Καὶ παροιμίας δὲ οἶδα περὶ σύκων λεγομένας τοιάσδε·

Proverbia de Ficis.

Σῦκον μετ' ἰχθῦν, ὄσπριον μετὰ κρέα.
Σῦκα φίλ' ὀρνίθεσσι· φυτεύειν δ' οὐκ ἐθέλουσι.

XX.

Malorum varia genera.

ΜΗΛΑ. Ταῦτα Μνησίθεος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ Ἐδεστῶν, μῆλα Δελφικὰ καλεῖ. Δίφιλος δέ φησι, „τῶν μήλων τὰ χλωρὰ καὶ μηδέ πω πέπονα, κακόχυλα εἶναι καὶ κακοστόμαχα, ἐπιπολαστικά τε καὶ χολῆς γεννητικὰ, νοσοποιά τε καὶ Φρίκης παραίτια. τῶν δὲ πεπόνων, εὐχυλότερα μὲν εἶναι τὰ γλυ-

1 Aut ſic, aut ταπεινηχῆ oportebat. Corrupte vulgo ὄντα πέννητα.

to Troiani Adparatus ſcribit, vocaliores fieri eos qui ficis abſtineant: itaque Hegeſianactem Alexandrinum, Hiſtoriarum ſcriptorem, cum initio exilem habuiſſet vocem, & tragoedum evaſiſſe, ait, & commodum comoediarum actorem, & vocem nactum eſſe ſonoram, poſtquam octodecim annis ficos non guſtaſſet. Nota vero mihi ſunt etiam proverbia, de ficis iactari ſolita, huiuſmodi:

Ficus poſt piſcem, legumina poſt carnem.
Ficos amant aves, ſed ſerere eas nolunt.

20. MALA. Haec Mneſitheus Athenienſis, in libro DE Comeſtibilibus, *Delphica mala* nominat. Diphilus vero ait: »Viridia necdum matura mala pravum ſuccum generare, offendere ventriculum, reliquis cibis innatare, procreare bilem, morbos invehere, horrores efficere. Ex his, quae matura ſint, ſucci laudabilioris eſſe dul-

f κέα, καὶ εὐεκκριτώτερα, διὰ τὸ στύψιν μὴ ἔχειν· κακοχυλότερα δὲ εἶναι τὰ ὀξέα, καὶ στατικώτερα. τὰ δὲ τῆς γλυκύτητος ὑφειμένα, προσλαμβάνοντα δὲ εὐστομεῖν, [1] διὰ τὴν ποσὴν στύψιν, εὐστομαχώτερα. εἶναι δὲ αὐτῶν τὰ μὲν θερινὰ, κακοχυλότερα· τὰ δὲ φθινοπωρινὰ, εὐχυλότερα. τὰ δὲ καλούμενα ὀρβικλάτα, μετὰ στύψεως ἡδείας ἔχοντα καὶ γλυκύτητα, εὐ-
a στόμαχα εἶναι. τὰ δὲ σητάνια λεγόμενα, προσέτι δὲ πλατάνια, εὔχυλα μὲν, καὶ εὐέκκριτα, οὐκ εὐστόμαχα δέ. τὰ δὲ Μορδιανὰ καλούμενα, γίνεται μὲν κάλλιστα ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ Μορδίῳ λεγομένῃ, ἀναλογεῖ δὲ τοῖς ὀρβικλάτοις. τὰ δὲ Κυδώνια, ὧν ἔνια στρου- Mala cydo-
βία [2] λέγεται, κοινῶς ἁπάντων ἐστὶ τῶν μήλων εὐ- nia, phau-
στομαχώτερα, καὶ μάλιστα τὰ πέπονα." Γλαυκίδης lia, & ſtru-
δέ φησιν, ἄριστα τῶν ἀκροδρύων εἶναι μῆλα κυδώνια, thia.

1 Aut εὐστομίαν malebam, aut τὸ εὐστομεῖν. 2 στρούθεια edd. & ſic fere conſtanter deinde.

cia, excernique minori negotio, quia nihil adſtringant: acida vero, ſucci eſſe deterioris, alvumque magis ſiſtere. Quae vero minus ſunt dulcia, ſimul vero grata ſunt ori; ea, ob aliquantulam adſtringendi vim, ſtomacho magis idonea eſſe. Eſſe vero ex his aeſtiva, deterioris ſucci; autumnalia autem, melioris. Quae vero *orbiculata* vocantur, quibus adſtrictio eſt iucunda, cum dulcedine coniuncta, ventriculo conferre. Quae vero *ſetania* vocantur, item quae *platania*, boni quidem ſucci eſſe, & excretu facilia, ſed ſtomacho minus convenire. Quae vero *Mordiana* vocantur, pulcerrima optimaque naſcuntur Apolloniae, quae Mordia cognominatur; ſuntque orbiculatis ſimilia. *Cydonia* mala, quorum genus quoddam *ſtruthia* vocantur, in univerſum ex omnibus malis ventriculo maxime idonea, praeſertim quae bene matura ſunt. « Glaucides vero ait, optimos ex omnibus ar-

φαύλια,[1] στρουθία. Φιλότιμος δ' ἐν τῷ τρίτῳ καὶ δεκάτῳ περὶ Τροφῆς· „Τὰ μῆλα, φησὶ, τὰ μὲν ἐαρινὰ, δυσπεπτότερα πολὺ τῶν ἀπίων, καὶ τὰ ὠμὰ τῶν ὠμῶν, καὶ τὰ πέπονα τῶν πεπόνων. τὰς δὲ δυνάμεις ἔχει τῶν ὑγρῶν· τὰ μὲν ὀξέα καὶ μή πω πέπονα, στρυφνοτέρας, καὶ ποσῶς ὀξείας· χυμόν τε ἀναδίδωσιν εἰς τὸ σῶμα τὸν καλούμενον ξυστικόν.[2] καθόλου τε τὰ μῆλα τῶν ἀπίων δυσπεπτότερα ἐστί·[3] διότι τὰ μὲν ἐλάττω φαγόντες ἧττον, τὰς δὲ πλείους προσαράμενοι μᾶλλον πέπτομεν. ξυστικὸς δὲ γίνεται χυμὸς ἐξ αὐτῶν, ὁ λεγόμενος ὑπὸ Πραξαγόρου· διότι τὰ μὴ κατεργαζόμενα, παχυτέρους ἕξει τοὺς χυμούς· (ἀπεδείχθη δὲ καθόλου τὰ μῆλα δυσκατεργαστότερα τῶν ἀπίων·) καὶ ὅτι τὰ στρυφνὰ μᾶλλον ἔτι παχυ- b c

1 φαυλία vulgo ſcribunt, & ſic mox iterum. 2 Intercidiſſe h. l. nonnihil puto, quod ſuperioribus verbis τὰ μὲν ὀξέα reſpondebat. 3 εἶναι vulgo. Niſi forte εἶναι δῆλον oportebat.

borum fructibus eſſe mala cydonia, phaulia, ſtruthia. Philotimus vero, decimo tertio libro de Alimentis: »Mala, inquit, verna multo difficiliora concoctu piris, ſive utraque nondum ad maturitatem pervenerint, ſive bene matura fuerint. Habent autem facultates humidorum; acida quidem, necdum matura, magis adſtringentes, & nonnihil acres; ſuccumque diffundunt in corpus, quem *xyſticum* (quaſi *radentem*, vel *ſtringentem*) vocamus.** In univerſum vero concoctu difficiliora mala eſſe piris, inde patet, quod mala minori copiâ in cibum ſumta minus concoquimus, quam pira maiori copiâ comeſta. Creari autem ex illis ſuccum, quem *radentem* Praxagoras vocat, inde intelligitur, quod, quae minus concoquuntur, craſſiores ſuccos gignunt; (demonſtravimus autem, mala difficilius quam pira concoqui;) tum quod auſtera & adſtringentia magis etiam

τέρους παρασκευάζειν εἴωθεν αὐτούς. Τὰ δὲ χειμερινὰ τῶν μήλων, τὰ μὲν Κυδώνια στρυφνοτέρους, τὰ δὲ στρούθεια τοὺς χυμοὺς ἐλάττους ἀναδίδωσι, καὶ στρυφνοτέρους ἧττον, πέττεσθαί τε μᾶλλον δύναται." Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς τὰ Κυδώνια μῆλα στρουd βία [1] φησὶ καλεῖσθαι, ἀγνοῶν. Γλαυκίδης γὰρ ἱστορεῖ, ἄριστα λέγων τῶν ἀκροδρύων εἶναι μῆλα Κυδώνια, φαύλια, στρουθία.

XXI. Cydonia mala;

Κυδωνίων δὲ μήλων μνημονεύει Στησίχορος, ἐν Ἑλένῃ, οὕτως·

Πολλὰ μὲν κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτουν
ποτὶ δίφρον ἄνακτι,
πολλὰ δὲ μύρρινα φύλλα, καὶ ῥοδίνους στεφάνους,
ἴων τε κορωνίδας οὔλας.

καὶ Ἀλκμάν. ἔτι δὲ Κάνθαρος, ἐν Τηρεῖ·

Κυδωνίοις [2] μήλοισιν εἰς τὰ τιτθία.

1 Vulgo τὰ στρουθ. Forſ. καὶ στρουθ. debebant. 2 Κυδωνέοις editt. vett. cum mss.

craſſiores ſuccos ſolent gignere. Ex hibernis malis, cydonia ſuccos generant magis auſteros adſtringenteſque; ſtruthia vero pauciorem ſuccum gignunt, eumque minus auſterum, & concoquuntur facilius." Nicander vero Thyatirenus cydonia mala ait *ſtruthia* vocari: in quo erraſſe eum Glaucides docet, cum ait, ex arborum fructibus optimos eſſe mala Cydonia, phaulia, ſtruthia.

21. Cydoniorum vero malorum meminit Steſichorus, in Helena, his verbis:

Multa quidem Cydonia mala iaciebant
in ſellam regis,
multaque myrrhina folia, roſeaſque coronas,
& e violis criſpas corollas.

Item Alcman. Tum & Cantharus, in Tereo:

Cydoniis malis [eam conferas] *quoad mammas.*

remedium contra venena.

Καὶ Φιλήμων δ', ἐν Ἀγροίκῳ, τὰ Κυδώνια μῆλα στρουθία καλεῖ. Φύλαρχος δ' ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστο- e
ριῶν, τὰ Κυδώνια, φησὶ, μῆλα τῇ εὐωδίᾳ καὶ τὰς
τῶν θανασίμων φαρμάκων δυνάμεις ἀπαμβλύνειν.
τὸ γοῦν Φαριακὸν φάρμακον ἐμβληθὲν, φησὶν, εἰς ῥί-
σκον ἔτι ὀδωδότα ἀπὸ τῆς τῶν μήλων τούτων συνθέ-
σεως, ἐξίτηλον γενέσθαι, μὴ τηρῆσαν τὴν ἰδίαν δύνα-
μιν. κερασθὲν γοῦν καὶ δοθὲν πιεῖν τοῖς εἰς τοῦτο ἐνε-
δρευθεῖσιν, ἀπαθεῖς αὐτοὺς διατηρῆσαι. ἐπιγνωσθῆναι
δὲ τοῦτο ὕστερον ἐξ ἀνακρίσεως τοῦ τὸ φάρμακον πω-
λήσαντος, καὶ ἐπιγνόντος τὸ γενόμενον ἐκ τῆς τῶν μή-
λων συνθέσεως.

XXII.

Codymala, Struthia.

Ἕρμων [1] δ' ἐν Κρητικαῖς Γλώσσαις, κοδύμα- f
λα [2] καλεῖσθαι, φησὶ, τὰ κυδώνια μῆλα. Πολέμων
δ' ἐν πέμπτῳ τῶν Πρὸς Τίμαιον, ἄνθους γένος τὸ κοδύ-
μαλον εἶναί τινας ἱστορεῖν. Ἀλκμὰν δὲ τὸ στρουθίον

1 Ἑρμάναξ videntur debuisse. 2 κωδυμ. mſ. *A.* & ſic mox iterum.

Philemon vero etiam, in Ruſtico, Cydonia mala *ſtruthia* vocat. Phylarchus vero, ſexto libro Hiſtoriarum, Cydonia mala, ait, ſua fragrantia etiam vim letiferorum venenorum obtundere. Sane quidem Phariacum venenum, inquit, ciſtae iniectum adhuc olenti Cydonia mala, quae in ea adſervata fuerant, fruſtaneum fuiſſe, & vim ſibi propriam amiſiſſe: itaque mixtum, & in potum exhibitum eis quibus inſidiae paratae erant, nihil noxae adtuliſſe. Compertum id autem deinde eſſe ex perquiſitione eius, qui venenum vendiderat; qui cognovit, cauſſam rei fuiſſe mala, quae in eadem ciſta ſervata fuiſſent.

22. Hermon [*ſive*, Hermonax] in Gloſſis Creticis dicit, *codymala* vocari mala Cydonia. Polemon vero, quinto libro Contra Timaeum, tradere nonnullos ait, floris genus eſſe quod *codymalum* dicatur. Alcman vero

μῆλον, ὅταν λέγῃ· „Μεῖον, ἢ κοδύμαλον.“ Ἀπολλόδωρος δὲ καὶ Σωσίβιος τὸ Κυδώνιον μῆλον ἀκούουσιν. Ὅτι δὲ διαφέρει τὸ Κυδώνιον μῆλον τοῦ στρουθίου, a σαφῶς εἴρηκεν ὁ Θεόφραστος ἐν τῷ β'. τῆς Ἱστορίας. Διάφορα δὲ μῆλα γίνεται ἐν Σιδοῦντι, (κώμη δ' ἔστιν αὕτη Κορίνθου,) ὡς Εὐφορίων ἢ Ἀρχύτας ἐν Γεράνῳ φησίν· Siduntia mala.

Ὥριον οἷά τε μῆλον, ὃ δ' ἀργιλλώδεσιν ὄχθαις
πορφύρεον ἐλαχείῃ ἐνιτρέφεται Σιδόεντι.

Μνημονεύει δ' αὐτῶν καὶ Νίκανδρος ἐν Ἑτεροιουμένοις, οὕτως·

Αὐτίχ' ὁ γ' ἢ Σιδόεντος [1] ἠὲ Πλείστου ἀπὸ κήπων
μῆλα ταμὼν χλοάοντα, [2] τύπους μιμήσατο [3] Κάδμου.

b Ὅτι δ' ἡ Σιδοῦς τῆς Κορίνθου ἐστὶ κώμη, Ῥιανὸς [4] εἴ-

1 ἐκ Σιδ. edd. 2 Forſ. χροάοντα. 3 Sic Toup. νεμήσσατο edd. νεμέσσατο mss. 4 Ἀρειανὸς vulgo.

codymali nomine intelligit ſtruthium malum, cum ait: *Minus, quam codymalum.* Apollodorus vero & Soſibius Cydonium malum intelligunt. Differre autem a ſtruthio malo malum Cydonium, clare dixit Theophraſtus ſecundo Hiſtoriae libro. Naſcuntur autem excellentia mala Sidunte, Corinthii agri vico; ut Euphorion aut Archytas dicit, in Grue:

Pulcrum ut malum, quod argilloſis in ripis
Siduntis parvae purpureum alitur.

Eorum mentionem facit etiam Nicander, in Transformatis, dicens:

Statim ille ex Siduntis aut Pliſti hortis
mala incîdit virentia; [ſive, *lanuginoſa,*] *imaginem*
Cadmi imitans.

Eſſe autem Siduntem vicum Corinthii agri, Rhianus di-

ρηκεν ἐν πρώτῃ Ἡρακλείας, καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν ε'. Περὶ Νεῶν Καταλόγου. Ἀντίγονος δ' ὁ Καρύστιος, ἐν Ἀντιπάτρῳ, φησίν·

Ἦι χί μοι [1] ὠραίων πολὺ φίλτερος ἢ λασιμήλων [2]
πορφυρέων, Ἐφύρῃ τά τ' ἀέξεται ἠνεμοέσσῃ.

XXIII. Mala phaulia;

Φαυλίων δὲ μήλων μνημονεύει Τηλεκλείδης ἐν Ἀμφικτυόσιν, οὕτως·

Ὦ τὰ μὲν κομψοὶ, τὰ δὲ φαυλότεροι φαυλίων μήλων.

καὶ Θεόπομπος, ἐν Θησεῖ. Ἀνδροτίων δ' ἐν τῷ Γεωργικῷ, τὰς μὲν μηλέας φησὶ φαυλίας καὶ στρουθίας· („οὐ γὰρ ἀπορρεῖ τὸ μῆλον ἀπὸ τοῦ μίσχου τῶν στρουθίων.") τὰς δὲ ἠρινὰς, ἢ Λακωνικὰς, ἢ Σιδουντίας, ἢ χνοωδίας. Ἐγὼ δ', ἄνδρες φίλοι, πάντων μάλιστα τεθαύμακα τὰ κατὰ τὴν Ῥώμην πιπρασκό- c

1 Ἦκε μοι legit Dalech. Ἦν δέ μοι Iac. 2 Sic Iacobs. Vulgo ἦδ' ἀριμήλων, ubi ἦδ' ἄρα μήλων corrigebat Casaub.

xit, primo libro Heracleae, & Apollodorus Atheniensis, quinto de Navium Catalogo. Antigonus vero Caryſtius, in Antipatro, dicit:

Ubi mihi [ſive, *Erat mihi*] *multo ſuavior, quam pulcra lanuginoſa mala,*
purpurea, quae circa Ephyram creſcunt ventoſam.

23. *Phauliorum* malorum Teleclides meminit, in Amphictyonibus, his verbis:

O vos, partim ornati, partim vero ſimpliciores (φαυλότεροι) *quam phaulia* [*ſimplicia, vulgaria*] *mala.*

Item Theopompus, in Theſeo. Androtion vero, in Georgico, *malos arbores* alias *phaulias* dicit & *ſtruthias*; („*non enim decidit*, [inquit,] *malum a pediculo ſtruthiarum.*") alias *vernas*, aut *Laconicas*, aut *Siduntias*, aut *lanuginoſas*. Ego vero, viri amici! omnium maxime admiratus

μενα μῆλα, τὰ Ματτιανὰ καλούμενα, ἅπερ κομίζεσθαι λέγεται ἀπό τινος κώμης ἱδρυμένης ἐπὶ τῶν πρὸς Ἀκυληίᾳ Ἄλπεων. τούτων δ' οὐ πολὺ ἀπολείπεται τὰ ἐν Γάγγροις, πόλει Παφλαγονικῇ. Mattiana.

Ὅτι δὲ καὶ Malorum inventor Bacchus.

d τῶν μήλων εὑρετής ἐστι Διόνυσος, μαρτυρεῖ Θεόκριτος ὁ Συρακούσιος, οὑτωσί πως λέγων·

Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων [1]
κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος.

Νεοπτόλεμος δ' ὁ Παριανὸς ἐν τῇ Διονυσιάδι καὶ αὐτὸς ἱστορεῖ, ὡς ὑπὸ Διονύσου εὑρεθέντων τῶν μήλων, καθάπερ καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων. „Ἐπιμηλὶς δὲ καλεῖται, φησὶ Πάμφιλος, τῶν ἀπίων τι γένος.“

Ἑσπερίδων δὲ μήλων [2] οὕτως καλεῖσθαί τινα, Hesperidum mala.

e φησὶ Τιμαχίδας ἐν τῷ τετάρτῳ τοῦ Δείπνου. [3] καὶ ἐν Λακεδαίμονι δὲ παρατίθεσθαι τοῖς θεοῖς, φησὶ Πάμ-

1 φέρουσα mss. Tum vero vs. sq. ἔχων tenet quidem mf. *A.* sed ἔχει habet *Ep.* 2 Forf. μῆλα. 3 Sic ex coniect. Forſan vero ſatis erat ἐν τῷ Δείπνῳ, aut certe ἐν τετάρτῳ Δείπνου. Vulgo ἐν τῷ τετάρτῳ, ἰδπάν· ubi intercidiſſe Timachidae verba ſtatuit Caſ.

ſum mala Romae venalia, quae *Mattiana* dicuntur; quae advehi aiunt a vico ad Alpes prope Aquileiam ſito. His vero bonitate non multum cedunt quae Gangris, oppido Paphlagoniae, naſcuntur. Eſſe vero malorum etiam inventorem Bacchum, Theocritus Syracuſius teſtificatur, his fere uſus verbis:

Sinu quidem mala ferens Bacchi,
in capite vero populum habens, Herculi ſacrum ramum.

Neoptolemus vero Parianus, in Dionyſiade, pariter tradit, a Baccho reperta eſſe mala, quemadmodum & reliquos arborum fructus. »*Epimelis* vero vocatur, ait Pamphilus, pirorum genus quoddam.« Eſſe autem malorum quoddam genus, quae *Heſperidum mala* dicantur, ait Timachidas, quarto libro Coenarum: eaque Lacedaemone Diis adponi, ait Pamphilus; eſſe autem illa

Οἶλος, ταῦτα· εὔοσμα δὲ εἶναι, καὶ ἄβρωτα, καλεῖσθαι δ' Ἑσπερίδων μῆλα. Ἀριστοκράτης γοῦν ἐν τετάρτῳ Λακωνικῶν· „Ἔτι δὲ μῆλα, καὶ τὰς λεγομένας Ἑσπερίδας.“

XXIV.

Perſica mala, confuſa cum Perſicis nucibus.

ΠΕΡΣΙΚΑ. Θεόφραστος, ἐν δευτέρῳ Περὶ Φυτῶν Ἱστορίας, λέγων περὶ ὧν ὁ καρπὸς οὐ Φανερός, γράφει καὶ τάδε· „Ἐπεὶ τῶν γε μειζόνων Φανερὰ πάντων ἡ ἀρχὴ, καθάπερ ἀμυγδάλης, [1] καρύου, βαλάνου, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τοιαῦτα· πλὴν τοῦ Περσικοῦ, τούτου δ' ἥκιστα· καὶ πάλιν, ῥοᾶς, ἀπίου θηλείας.“ f Δίφιλος δ' ὁ Σίφνιος ἐν τῷ Περὶ τῶν Προσφερομένων τοῖς Νοσοῦσι καὶ τοῖς Ὑγιαίνουσι, Φησί· „Τὰ δὲ Περσικὰ λεγόμενα μῆλα, ὑπό τινων δὲ Περσικὰ κοκκύμηλα, μέσως ἐστὶν εὔχυλα, θρεπτικώτερα δὲ τῶν μήλων.“ Φιλότιμος δ', ἐν τῷ τρίτῳ καὶ δεκάτῳ Περὶ Τροφῆς, τὸ Περσικὸν Φησι λιπαρώτερον καὶ κεγ-

1 ἀμυγδαλῆς vulgo.

fragrantia quidem, ſed in cibum non admitti. Ariſtocrates quidem, quarto Rerum Laconicarum, ſcribit: »Inſuper mala, & quas *Heſperidas* vocant.«

24. PERSICA. Theophraſtus, ſecundo de Plantarum Hiſtoria, de his loquens quorum fructus non manifeſtus eſt, inter alia haec ſcribit: »Nam maiorum quidem omnium manifeſtum eſt principium, velut amygdalae, nucis, glandis, & quotquot ſunt eius generis; excepta Perſica [nuce,] in qua id minime fit: tum vero rurſus mali Punici, & piri foeminae.« Diphilus vero Siphnius, in libro DE Alimentis bene Valentium & Aegrotorum, ait: »*Perſica* vero quae dicuntur *mala*, & a nonnullis *Perſica pruna*, ſucci ſunt mediocriter boni, magiſque nutriunt quam mala.« Philotimus vero, decimo tertio de Alimentis, Perſicam [nucem] pinguiorem eſſe, ait; & maiorem aſperitatem, qua fauces irri-

χρῶδες εἶναι· χαυνότερον δ' ὑπάρχειν, καὶ πιεζούμε-
a νον, [1] πλεῖστον ἔλαιον ἀνιέναι. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ
γραμματικὸς, ἐν Λακωνικαῖς Γλώσσαις, τὰ κοκκύ-
μηλά φησι τοὺς Λάκωνας καλεῖν ὀξύμαλα Περσικὰ,
ἃ τινες ἄδρυα.

XXV. Citrii mali nomen ignorant veteres.

ΚΙΤΡΙΟΝ. Περὶ τούτου πολλὴ ζήτησις ἐνέπεσε τοῖς Δειπνοσοφισταῖς, εἴ τις ἐστὶν αὐτοῦ μνήμη παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Μυρτίλος μὲν γὰρ ἔφασκεν, ὥσπερ εἰς αἶγας ἡμᾶς ἀγρίας ἀποπέμπων τοὺς ζητοῦντας, Ἡγήσανδρον τὸν Δελφὸν ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν αὐτοῦ μνημονεύειν, τῆς δὲ [2] λέξεως τὰ νῦν οὐ μεμνῆσθαι. πρὸς ὃν ἀντιλέγων ὁ Πλούταρχος· Ἀλλὰ μὴν ἔγω-
b γε, φησὶ, διορίζομαι μηδ' ὅλως τὸν Ἡγήσανδρον τοῦτ' εἰρηκέναι, δι' αὐτὸ τοῦτ' ἐξαναγνοὺς αὐτοῦ πάντα τὰ Ὑπομνήματα, ἐπεὶ καὶ ἄλλος τις τῶν ἑταίρων τοῦτ' ἔχειν οὕτω διεβεβαιοῦτο, ὁρμώμενος ἔκ τινων σχολι-

1 πιεζόμενον edd. 2 Coniunctivam particulam e coniect. adieci.

tentur, habere: quum autem laxior & fungosior sit, pressam plurimum etiam olei fundere. Aristophanes vero grammaticus, in Glossis Laconicis, pruna, ait, a Lacedaemoniis *oxymala Persica* vocari, quae nonnulli *adrya* adpellant.

25. MALUM CITRIUM. De hoc magna disceptatio exstitit inter Deipnosophistas, quaerentes an eius mentio aliqua apud veteres occurrat. Myrtilus enim, veluti ad sylvestres capras nos, qui de ea re quaerebamus, ablegans, dicebat quidem, Hegesandrum Delphum in Commentariis mentionem illius pomi fecisse; sed, verba auctoris se non meminisse, aiebat. Cui repugnans Plutarchus: At ego, inquit, tibi confirmo, nihil tale omnino Hegesandrum dixisse; nam, quoniam etiam alius ex amicis nostris, nitens scholasticis quibusdam viri non ignobilis commentariolis, rem ita se habere (ut tu di-

κῶν ὑπομνημάτων ἀνδρὸς οὐκ ἀδόξου· ὥστε ὥρα σοι, φίλε Μυρτίλε, ἄλλον ζητεῖν μάρτυρα. Λιμιλιανὸς δὲ ἔλεγεν, Ἰόβαν τὸν Μαυρουσίων βασιλέα, ἄνδρα πολυμαθέστατον, ἐν τοῖς Περὶ Λιβύης συγγράμμασι μνημονεύοντα τοῦ κιτρίου, καλεῖσθαι φάσκειν αὐτὸ παρὰ τοῖς Λίβυσι μῆλον Ἑσπερικὸν, ἀφ' ὧν καὶ
Aurea mala. Ἡρακλέα κομίσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα τὰ χρύσεα διὰ c
τὴν ἰδέαν λεγόμενα μῆλα. Τὰ δὲ τῶν Ἑσπερίδων λεγόμενα μῆλα ὅτι ἐς τοὺς Διὸς καὶ Ἥρας λεγομένους γάμους ἀνῆκεν ἡ γῆ, Ἀσκληπιάδης εἴρηκε ἐν ἑξηκοστῷ Αἰγυπτιακῶν. Πρὸς τούτους ἀποβλέψας ὁ Δημόκριτος, ἔφη· Εἰ μέν τι τούτων Ἰόβας ἱστορεῖ, χαιρέτω Λιβυκαῖσι βίβλοις, ἔτι τε ταῖς Ἄννωνος πλάναις. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν ὄνομα οὔ φημι κεῖσθαι τοῦ κιτρίου παρὰ τοῖς παλαιοῖς τοῦτο. τὸ δὲ πρᾶγμα, ὑπὸ τοῦ Ἐρεσίου ΘεοΦράστου οὕτως λεγόμενον ἐν ταῖς [1]

1 ἐν τῇ mſ. *A*. Quare & dein Ἱστορίᾳ oportuerit.

cis) adſeveraverat, hac ipſa cauſſa ego univerſos Hegeſandri commentarios perlegi. Quare opus eſt, chare Mirtyle, ut alium teſtem quaeras. Tum Aemilianus, Iubam, ait, Mauritaniae regem, virum multiplici doctrina inſtructiſſimum, in Commentariis de Libya citrii mentionem facere, dicereque, ab Afris illud *Heſperium malum* vocari; a quibus etiam Hercules *aurea* illa, a colore ſic dicta, *mala* in Graeciam tranſportaſſe. Quae vero *Heſperidum mala* dicuntur, ea in Iovis & Iunonis nuptias (quas dicunt) edita a Terra eſſe, Aſclepiades dixit, ſexageſimo libro Rerum Aegyptiarum. Quos intuitus Democritus: Si quid horum, inquit, Iubas narrat, valeat ille cum Libycis ſuis libris, & cum Hannonis Erroribus. Ego vero confirmo, nomen ipſum *citrii* apud neminem e veteribus legi: res vero ab Ereſio Theophraſto ſic deſcripta, in libris DE Plan-

d Περὶ Φυτῶν Ἱστορίαις, ἀναγκάζει με ἐπὶ τῶν κιτρίων ἀκούειν τὰ σημαινόμενα.

XXVI. Fructum & arborem descripsit Theophrastus.

Φησὶ γὰρ ὁ Φιλόσοφος ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Περὶ Φυτῶν Ἱστορίας οὕτως· „Ἡ δὲ Μηδία χώρα, καὶ ἡ Περσὶς, ἄλλα ἔχει πλείω, καὶ τὸ μῆλον τὸ Περσικὸν ἢ Μηδικὸν καλούμενον. ἔχει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο φύλλον μὲν ὅμοιον καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς δάφνης, ἀνδράχνης,[1] καὶ καρύας· ἀκάνθας δ', οἵας ἄπιος ἢ ὀξυάκανθος, λείας δὲ, καὶ ὀξείας σφόδρα καὶ ἰσχυράς. τὸ δὲ μῆλον οὐκ ἐσθίεται μὲν, εὔοσμον δὲ πάνυ καὶ αὐτὸ, καὶ τὰ φύλλα τοῦ δένδρου· κἂν εἰς ἱμάτια τεθῇ e τὸ μῆλον, ἄκοπα διατηρεῖ. χρήσιμον δὲ, ἐπειδὰν καὶ τύχῃ τις πεπωκὼς θανάσιμον φάρμακον· δοθὲν γὰρ ἐν οἴνῳ, διακόπτει τὴν κοιλίαν, καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον. καὶ πρὸς στόματος εὐωδίαν· ἐὰν γάρ τις ἐψή-

1 Rectius fuerit ἀδράχνης, Plinio auctore.

tarum Hiſtoria, cogit me, ut, quae ille ſignificavit, de citrio intelligam.

26. Scribit enim philoſophus quarto de Plantarum Hiſtoria in hunc modum: »Regio vero Media & Perſia cum plura alia habet, tum malum quod *Perſicum* & *Medicum* vocatur. Habet autem arbor haec folium quidem ſimile ac fere par folio lauri, adrachnae, & nucis: ſpinas vero, quales pirus & oxyacantha; ſed eas laeves, & acutas admodum firmasque. Malum autem non comeditur, quamvis miram fragrantiam & ipſum habeat, & folia arboris. Quodſi veſtibus interponas id malum, illaeſas a tineis eas conſervat. Eſt vero idem etiam utile, ſi quis forte venenum biberit: nam in vino ſumtum, deiicit alvum, & venenum expellit. Confert etiam ad bonum halitum oris efficiendum: ſi quis

σῃ ἐν ζωμῷ ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ τὸ εἴσω [1] τοῦ μήλου, ἐκπιέσῃ τε εἰς τὸ στόμα καὶ καταῤῥοφήσῃ, ποιεῖ τὴν ὀσμὴν ἡδεῖαν. Σπείρεται δὲ τοῦ ἤρος εἰς πρασιὰς ἐξαιρεθὲν τὸ σπέρμα, διειργασμένον ἐπιμελῶς· εἶτ' ἄρδεται διὰ τετάρτης ἢ πέμπτης ἡμέρας. ὅταν δὲ ἀδρὸν ᾖ, διαΦυτεύεται πάλιν τοῦ ἔαρος εἰς χωρίον μαλακὸν, f καὶ ἔΦυδρον, καὶ οὐ λίαν λεπτόν. Φέρει δὲ τὰ μῆλα πᾶσαν ὥραν· τὰ μὲν γὰρ ἀΦήρηται, τὰ δ' ἀνθεῖ, τὰ δ' ἐκπέττει. [2] τῶν δ' ἀνθῶν ὅσα ἔχει καθάπερ ἠλακάτην ἐκ μέσου τιν' ἀνέχουσαν, [3] ταῦτά ἐστι γόνιμα· ὅσα δὲ μὴ, ἄγονα." Καὶ ἐν τῷ πρώτῳ δὲ τῆς αὐτῆς πραγματείας τὰ περὶ τῆς ἠλακάτης, καὶ τῶν γονίμων, εἴρηκεν. Ἐκ τούτων ἐγὼ κινούμενος, ὦ ἑταῖροι, ὧν Φησιν ὁ ΘεόΦραστος περὶ χρόας, περὶ ὀδμῆς, περὶ Φύλλων, τὸ κιτρίον εἶναι [4] λέγεσθαι πεπίστευ-

1 Verius puto τὸ ἔξω, vel τὸ ἐξωθεν, quod eſt apud Theophr. 2 ἐκπίπτει edd. cum mſ. *A.* 3 ἀνέχουσαν absque τιν' edd. cum mſ. *Ep.* τινὰ ἔχουσαν mſ. *A.* τιν' ἐξέχουσαν apud Theophr. 4 Abundat εἶναι. ὄντως malebam.

enim in iuſculo aut in alio liquore coctum pomi corticem in os exprimat, & ſorbeat, ſuavem ori odorem conciliat. Semen extractum in areolis ſeritur, terrâ diligentiſſime ſubactâ; deinde quarto quoque vel quinto die irrigatur. Poſtquam adolevit planta, tranſplantatur rurſus vere in ſolum molle, riguum, non admodum tenue. Fert autem arbor mala quovis anni tempore: alia enim carpuntur, alia florent, alia matureſcunt. E floribus autem ii, qui prominentem in medio veluti colum aliquem habent, foecundi ſunt; qui eo carent, ſteriles.« Atque etiam primo libro eiuſdem operis iſta de colo, & de floribus foecundis, eadem dixit. Quibus ego inductus, o amici, quae de colore, de fragrantia, de foliis Theophraſtus dixit, perſuaſum habeo, *citrium*

κα. καὶ μηδεὶς ὑμῶν θαυμαζέτω εἴ φησι, μὴ ἐσθίε-
a σθαι αὐτό· ὁπότε γε καὶ μέχρι τῶν κατὰ τοὺς πάπ-
πους ἡμῶν χρόνων οὐδεὶς ἤσθιεν, ἀλλ' ὥς τι μέγα κει-
μήλιον ἀπετίθεντο ἐν ταῖς κιβωτοῖς μετὰ τῶν ἱματίων.

XXVII. Citri meminere poëtae.

Ὅτι δ' ὄντως ἐκ τῆς ἄνω χώρας ἐκείνης κατέβη εἰς τοὺς Ἕλληνας τὸ φυτὸν τοῦτο, ἐστὶν εὑρεῖν λεγόμενον καὶ παρὰ τοῖς τῆς κωμῳδίας ποιηταῖς, οἳ καὶ περὶ μεγέθους αὐτῶν τι λέγοντες, τῶν κιτρίων μνημονεύειν φαίνονται. Ἀντιφάνης μὲν ἐν Βοιωτίῳ· [1]

Α. Καὶ περὶ μὲν ὄψου γ' ἠλίθιον τὸ καὶ λέγειν,
ὡς [2] πρὸς ἀπλήστους. ἀλλὰ ταυτὶ λάμβανε,
b παρθένε, τὰ μῆλα. Β. Καλά γε. Α. Καλὰ δῆτ',
ὦ θεοί.
νεωστὶ γὰρ τὸ σπέρμα τοῦτ' ἀφιγμένον
εἰς τὰς Ἀθήνας ἐστὶ παρὰ τοῦ βασιλέως.
Β. Παῤ Ἑσπερίδων, ὤμην γε, νὴ τὴν Φωσφόρον,

1 Βοιωτία corrigunt viri docti. 2 Vulgo ὥσπερ πρός.

hoc esse. Nec miretur vestrûm quisquam, quod ait, non comedi illud: nam & usque ad avorum nostrorum aetatem nemo illud comedit, sed veluti rem magni pretii in arcis reponebant cum vestibus.

27. Revera autem e superioribus Asiae regionibus ad Graecos delatam esse eam arborem, dictum quoque a comicis poëtis reperitur; qui etiam de magnitudine eius nonnihil dicentes, satis declarant de citriis se loqui. Antiphanes quidem in Boeotio, [*sive* Boeotia:]

A. *De obsonio quidem stultum est vel verbum ullum facere,*
utpote apud insatiabiles. Sed haec tu accipe,
virgo, mala. B. *Pulcra sane!* A. *Pulcra utique, Dii*
boni!
nuper enim semen hoc delatum
Athenas est, a rege veniens.
B. *Ab Hesperidibus, putabam equidem, per Luciferam!*

φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι. Α. Τρία [1] μόνον ἐστίν. Β. Ὀλίγον ἐστὶ τὸ καλὸν πανταχοῦ, καὶ τίμιον.

Ἔριφος δ' ἐν Μελιβοίᾳ, αὐτὰ ταῦτα τὰ ἰαμβεῖα προβεὶς, ὡς ἴδια, τὰ τοῦ Ἀντιφάνους, ἐπιφέρει·

Β. Παρ' Ἑσπερίδων, ὤμην γε, νὴ τὴν Ἄρτεμιν, φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι. Α. Τρία μόνον ἐστίν. Β. Ὀλίγον τὸ καλόν ἐστι πανταχοῦ, καὶ τίμιον. Α. Τούτων μὲν ὀβολὸν, εἰ πολὺ, τίθημι· λογιοῦμαι γάρ. Β. Αὗται δὲ ῥοαί γ' ὡς εὐγενεῖς. Α. Τὴν γὰρ Ἀφροδίτην ἐν Κύπρῳ δένδρον φυτεῦσαι τοῦτό φασιν, ἓν μόνον, Βέρβεια. Β. Πολυτίμητε. [2] Α. Κἆτα τρεῖς μόνας καὶ τάσδε κομίσαις· οὐ γὰρ εἶχον πλείονας. Τούτοις εἴ τις ἀντιλέγειν ἔχει, ὅτι μὴ τὸ νῦν κιτρίον

1 Iungunt vulgo ταῦτ' εἶναι τρία: tum vſ. ſq. in edd. pro μόνον eſt μόν'. ſequente puncto. Et ſic iterum in Eriphi verſibus. 2 Πολυτελές γε ſuſpicatus ſum, aut πολυτελεῖς γε.

aiunt aurea haec eſſe mala. A. *Tria ſolum ſunt.* B. *Quod pulcrum, rarum eſt ubique, & pretioſum.*

Eriphus vero in Meliboea, praemiſſis iiſdem Antiphanis iambis, tamquam ſuis, pergit deinde ſuis verbis:

B. *Ab Heſperidibus, putabam equidem, per Dianam! dicunt eſſe aurea iſta mala.* A. *Tria ſolum ſunt.* B. *Quod pulcrum, rarum eſt ubique, & pretioſum.* A. *Atqui pro his ego, ſi multum, obolum tibi imputo: etiamnum enim reputabo.* [ſive: *rationes enim tecum inibo.*] B. *Sed haec Punica mala ſane quam nobilia!* A. [*Nobilia utique:*] *nam Venerem in Cypro arborem ſeviſſe hanc aiunt, unam ſolummodo, Berbea!* B. *Pretioſa ſane!* A. *Atqui tria ſola etiam haecce auferas licet: nec enim habui plura.*

His ſi quis habet quae opponat, contendatque non ſi-

λεγόμενον σημαίνεται, σαφέστερα μαρτύρια παρατιθέσθω.

d Καί τοι καὶ Φαινίου τοῦ Ἐρεσίου ἔννοιαν ἡμῖν διδόντος, μή ποτε ἀπὸ τῆς κέδρου τὸ κεδρίον [1] ὠνόμασται. καὶ γὰρ τὴν κέδρον φησὶν, ἐν πέμπτῳ Περὶ Φυτῶν, ἀκάνθας ἔχειν περὶ τὰ φύλλα. ὅτι δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ περὶ τὸ κιτρίον ἐστὶ, παντὶ δῆλον. Ὅτι δὲ καὶ προλαμβανόμενον τὸ κιτρίον πάσης τροφῆς ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς, ἀντιφάρμακόν ἐστι παντὸς δηλητηρίου, εὖ οἶδα, μαθὼν παρὰ πολίτου ἐμοῦ πιστευθέντος τὴν τῆς Αἰγύπτου ἀρχήν. Οὗτος κατεδίκασέν τινας γενέ-
e σθαι θηρίων βορὰν, κακούργους εὑρεθέντας· καὶ ἔδει αὐτοὺς ἅπασι τοῖς [2] ζώοις παραβληθῆναι. εἰσιοῦσι δὲ αὐτοῖς εἰς τὸ τοῖς λῃσταῖς εἰς τιμωρίαν ἀποδεδειγμένον θέατρον, κατὰ τὴν ὁδὸν κάπηλίς τις γυνὴ κατ' ἔλεον

XXVIII.

An a cedro nomen habeat.

Citrium malum, antipharmacum.

1 Forſ. τὸ κιτρίον, ὡσανεὶ κέδριον. 2 ἀποσίτοις τοῖς corr. viri docti.

gnificari citrium quod hodie vocamus, is clariora pro ſua ſententia teſtimonia proferat.

28. Iam vero Phaenias Ereſius in eam nos cogitationem adducit, ut ſuſpicemur, eſſe fortaſſe a *cedro* [*citriam malum*, veluti] *cedriam* denominatam. Nam cedrum dicit ille, quinto De Plantis libro, ſpinas habere circa folia. Hoc idem vero in citria malo pariter locum habere, cuivis in propatulo eſt. Eſſe vero etiam citrium malum, ſi ante quodvis ſive ſiccum ſive liquidum alimentum ſumatur, remedium contra omne genus venenorum, bene ego cognitum habeo, edoctus a meo populari, cui Aegypti praefectura demandata erat. Hic quoſdam maleficii convictos, ad ferarum paſtum condemnaverat: debebantque illi omnis generis beſtiis [*ſive*, impaſtis beſtiis] obiici. His igitur ad theatrum, latronum ſupplicio deſtinatum, prodeuntibus, in via mulier quaedam caupona, miſericordiâ commota, quod

ἔδωκεν οὗ μετὰ χεῖρας εἶχεν ἐσθίουσα κιτρίου, καὶ λαβόντες ἔφαγον, καὶ μετ' οὐ πολὺ παραβληθέντες πελωρίοις καὶ ἀγριωτάτοις ζώοις, ταῖς ἀσπίσι δηχθέντες, οὐδὲν ἔπαθον. ἀπορία δὲ κατέσχε τὸν ἄρχοντα. καὶ τὸ τελευταῖον ἀνακρίνων τὸν αὐτοὺς Φυλάττοντα f στρατιώτην, εἴ τι ἔφαγον ἢ ἔπιον· ὡς ἔμαθεν κατὰ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀκεραίου τὸ κιτρίον δεδομένον, τῇ ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν, τῷ μὲν πάλιν ἐκέλευσε δοθῆναι κιτρίου, τῷ δ' οὔ· καὶ ὁ μὲν Φαγὼν, δηχθεὶς, οὐδὲν ἔπαθεν· ὁ δὲ, παραυτίκα πληγεὶς ἀπέθανε. δοκιμασθέντος οὖν διὰ πολλῶν τοῦ τοιούτου, εὑρέθη τὸ κιτρίον ἀντιΦάρμακον παντὸς δηλητηρίου Φαρμάκου. Ἐὰν δέ τις ἐν μέλιτι a Ἀττικῷ ὅλον τὸ κιτρίον, ὡς ἔχει Φύσεως, συνεψήσῃ μετὰ τοῦ σπέρματος, διαλύεται μὲν ἐν τῷ μέλιτι, καὶ ὁ ἀπ' αὐτοῦ λαμβάνων ἕωθεν δύο ἢ τρεῖς δακτύλους, οὐδὲν ὅτιουν ὑπὸ Φαρμάκου πείσεται.

forte in manibus tunc habebat rodebatque citrium malum dedit; quod illi acceptum comederunt. Et paulo poſt immanibus ferociſſimiſque beſtiis obiecti, cum ab aſpidibus morſi eſſent, nihil inde mali paſſi ſunt. Miratus igitur praefectus, ad extremum interrogato milite, qui eos cuſtodiverat, numquid comediſſent aut bibiſſent, ut cognovit ex tempore nulloque dolo citrium illis fuiſſe datum, poſtero die alteri eorum rurſus citrium dari iuſſit, alteri non: & alter, morſus, nihil mali paſſus eſt; alter vero ſtatim, ut vulnus accepit, exſpiravit. Eadem igitur re pluribus inde explorata, compertum eſt citrium contra quodvis veneni genus remedium eſſe. Quod ſi quis vero Attico in melle integrum citrium, quale naturâ eſt, cum ſemine coxerit, diluitur illud in melle; & qui de eo mane duo aut tres digitos ſumſerit, nihil quidquam a veneno mali accipiet.

XXIX. Clearchus, Heracleae tyrannus.

Τούτοις εἴ τις ἀπιστεῖ, μαθέτω καὶ παρὰ Θεοπόμπου τοῦ Χίου, ἀνδρὸς φιλαληθοῦς, καὶ πολλὰ χρήματα καταναλώσαντος εἰς τὴν περὶ τῆς ἱστορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ. Φησὶ γὰρ οὗτος ἐν τῇ ὀγδόῃ καὶ τριακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, περὶ Κλεάρχου διηγούμενος, b τοῦ Ἡρακλεωτῶν [1] τῶν ἐν τῷ Πόντῳ τυράννου, ὡς βιαίως ἀνήρει πολλοὺς, καὶ ὡς τοῖς πλείστοις ἐδίδου κώνειον πιεῖν· „Ἐπειδὴ οὖν, φησὶ, πάντες ἔγνωσαν τὴν τοῦ φαρμάκου ταύτην φιλοτησίαν, οὐ προήεσαν τῶν οἰκιῶν, πρὶν φαγεῖν πήγανον· τοῦτο γὰρ τοὺς προφαγόντας μηδὲν πάσχειν, πίνοντας τὸ ἀκόνιτον· ὃ καὶ κληθῆναί φησι διὰ τὸ φύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὅντι περὶ τὴν Ἡράκλειαν.“ Ταῦτ' εἰπόντος τοῦ Δημοκρίτου, θαυμάσαντες οἱ πολc λοὶ τὴν τοῦ κιτρίου δύναμιν, ἀπήσθιον, ὡς μὴ πρότερον φαγόντες ἢ πιόντες τι. Πάμφιλος δ', ἐν ταῖς

Ruta, antipharmacum.

1 Ἡρακλεώτου vulgo.

29. His ſi quis fidem non habet, is diſcat etiam a Theopompo Chio, viro veritatis ſtudioſo, qui in adcuratam hiſtoriae inquiſitionem magnam etiam pecuniae vim impenderat. Hic enim octavo & triceſimo Hiſtoriarum libro, ubi de Clearcho narrat, Heracleotarum Ponticorum tyranno, quo pacto multos violenta morte interemerit, plurimiſque cicutam dederit bibendam: »Quoniam igitur omnes, inquit, noverant iſtam veneni propinationem, non amplius egrediebantur domibus, quin rutam comediſſent: nam qui hac ſumta ſibi praecaviſſent, eos nihil laeſos eſſe aconiti potu.« Aitque ibidem: »nominatum inde eſſe *aconitum*, quia in loco, cui *Aconae* nomen, circa Heracleam naſceretur.« Haec quum dixiſſet Democritus, admirati plerique vim *citrii*, vorabant, quaſi nihil antea vel comediſſent vel bibiſſent. Scribit autem Pamphi-

Γλώσσαις, Ῥωμαίους φησὶ αὐτὸ κίτρον καλεῖν.

XXX.

Ostrea, aliaque testacea.

Ἐξῆς δὲ τοῖς προειρημένοις κατ' ἰδίαν ἐπεισενεχθέντων ἡμῖν πολλῶν ὀστρέων, καὶ τῶν ἄλλων ὀστρακοδέρμων, σχεδὸν τὰ πλεῖστα αὐτῶν μνήμης ἠξιωμένα παρ' Ἐπιχάρμῳ ἐν Ἥβης Γάμῳ εὑρίσκω, διὰ τούτων·

Ἄγε[1] δὲ παντοδαπὰ κογχύλια, — — —
λεπάδας, ἀσπέδους,[2] κραβύζους, στραβήλους,[3]
κηκιβάλους,
τηθυνάκια, βαλάνους, πορφυρᾶς, ὄστρεα συμμε- d
μυκότα,
τὰ διελῆν μὲν ἐντὶ[4] χαλεπὰ, καταφαγῆν δ' εὐμαρέα·
μύας, ἀναρίτας τε, καρύκας τε, καὶ σκιφύδρια,
τὰ γλυκέα μὲν ἔντ' ἐπέσθην, ἐμπαγῆμεν δ' ὀξέα,
τούς τε μακρογογγύλους σωλῆνας· ἀ μέλαινά τε

1 Ἄγει mſ. *A*. 2 ἀσπέτους ſuiſque codd. malebat Caſaub. 3 κραβύζους dedere mssti, στραβήλους edd. Nil habens certius, utramque vocem iunxi. 4 Vulgo διελεῖν μέν ἐστι, & dein καταφαγεῖν, & ἐπίσθειν.

lus, in Gloſſis, *citrum* vocari illud a Romanis.

30. Poſt fercula adhuc recenſita, ſeorſim deinde illata nobis ſunt oſtrea multa, aliaque teſtacea: quorum pleraque reperio ab Epicharmo digna iudicata, quae in Hebes Nuptiis ille commemoraret, his verbis:

Omnigena adfer conchylia: — — — —
lepadas, aſpedos, crabyzos, ſtrabelos, cecibalos,
tethyola, glandes, purpuras, oſtreas clauſas,
quae apertu quidem difficiles ſunt, voratu vero faciles;
muſculos, & anaritas, & buccina, & gladiolos,
qui eſu quidem iucundi ſunt, impactu vero acuti,
& teretes ſolenas. Tum (adſit) *nigra*

κόγχος, ἅπερ κογχόθηρα [1] πᾶσιν ἐς τριστώνια· [2]
Θάτεραι δὲ ταὶ κόγχοι τε, ταί τε ἀμαθίτιδες, [3]
e ταὶ κακοδόκιμοί τε κἠγγονοι, [4] τὰς ἀνδροφυκτίδας
πάντες ἄνθρωποι καλέοντ', ἀμὲς [5] δὲ λεύκας οἱ θεοί.

XXXI. Tellinae, lepades, anaritae.

Ἐν δὲ Μούσαις γράφεται·

Ἐντὶ — —
κόγχος, ἂν τέλλιν [6] καλέομες· ἐντὶ [7] δ' ἄδιστον
κρέας.

τὴν τελλίναν λεγομένην ἴσως δηλοῖ, ἣν Ῥωμαῖοι μίτυλον [8] ὀνομάζουσι. μνημονεύων δ' αὐτῆς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ Περὶ τῆς ἀχνυμένης [9] Σκυτάλης συγγράμματι, ὁμοίας φησὶν εἶναι τὰς λεπάδας ταῖς καλουμέναις τελλίναις. Καλλίας δ' ὁ Μιτυληναῖος ἐν

1 κογχόθηραν mss. 2 τρισῶκα ſuis e codd. citavit Caſ. Ego ſuſpicatus eram:
κόγχος, ἅπερ κογχοθήρας πᾶσιν ἔντ' τοιτώριος.
3 κόγχοι αἱ ἀμαθ. edd. 4 Adoptavi coniecturam Caſaub. Vulgo κηυγόνοι. Unde ex aliorum ſententia: ταὶ καὶ εὐδόκιμοί τε κηυγόνοι, τὰς ἀνδροφύτιδας vel ἀνδροφυτικάς. 5 ἄμμες edd. 6 ἂν τέλλην cort. Caſ. Vulgo Ἀντὶ τοῦ κόγχος ἀντέλλην καλέομες. 7 ἐστιν vulgo. 8 μύτλον edd. 9 Forſ. ἀγνυμένης.

concha, cui venator concharum adeſt cuique diligentiſſimus:
reliquaeque conchae, atque etiam amathitides,
male audientes, & generationi inimicae, quas androphyſtidas [ſive, *bene audientes, & generationi faventes, quas androphytidas*]
mortales omnes vocant, nos Dii vero albas.

31. In Muſis vero eiuſdem ſcribitur:

Eſt concha, quam tellin vocamus: cuius eſt caro iucundiſſima.

Tellinam fortaſſe, quae vocatur, intelligit; quem Romani *mitulum* nominant: cuius mentionem faciens Ariſtophanes in libello De fracta Scutula, dicit, ſimiles eſſe lepadas (i. e. patellas) his quas *tellinas* dicimus.

τῷ Περὶ τῆς παρ' Ἀλκαίῳ Λεπάδος, παρὰ τῷ Ἀλ- f
καίῳ φησὶν εἶναι ᾠδὴν, ἧς ἡ ἀρχή·

Πέτρας καὶ πολιᾶς θαλάσσας τέκνον·

ἧς ἐπὶ τέλει γεγράφθαι,

ἐκ λεπάδων χαύνοις [1] φρένας ἀ θαλασσία λεπάς.

ὁ δ' Ἀριστοφάνης γράφει ἀντὶ τοῦ λεπὰς, χέλυς· καί φησιν, οὐκ εὖ Δικαίαρχον ἐκδεξάμενον λέγειν τὰς λεπάδας· [2] τὰ παιδάρια δὲ, ἡνίκ' ἂν εἰς τὸ στόμα λάβωσιν, αὐλεῖν ἐν ταύταις καὶ παίζειν, καθάπερ καὶ παρ' ἡμῖν τὰ σπερμολόγα τῶν παιδαρίων ταῖς καλουμέναις τελλίναις. ὡς καὶ Σώπατρός φησιν ὁ a
φλυακογράφος [3] ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Εὐ-
βουλοθεομβρότῳ·

Ἀλλ' ἴσχε· τελλίνης γὰρ ἐξαίφνης μέ τις [4]
ἀκοὰς μελῳδὸς ἦχος εἰς ἐμὰς ἔβη.

1 ἐκ λυπάων δ' ἰαίοι σε coni. Caſ. 2 λεπίδας mſ. *A.* 3 φλοια-
κογράφος vulgo. 4 μέγας pro μέ τις habet Epitome.

Callias vero Mitylenaeus, in ſcriptione de Lepade apud Alcaeum, eſſe ait apud Alcaeum oden, cuius initium:

Petrae & cani maris progenies:

cuius in fine ſic ſcribi:

E patellis [ſive, *e triſtitia*] *laxet tibi animum marina patella.*

Sed pro *lepas*, (*patella*,) Ariſtophanes *chelys* (*teſtudo*) ſcribit: aitque, non recte interpretantem Dicaearchum, de *patellis* dicere; puerulos enim has in os ſumentes canere eiſdem & ludere, quemadmodum apud nos petulantes puerulos *tellinis* quae vocantur. Quam in partem etiam Sopater, Iocoſorum carminum ſcriptor, ait in dramate, cui titulus Eubulotheombrotus:

At ſiſte gradum! nam tellinae repente quidam
ſuavis meas ad aures accidit ſonus.

πάλιν ὁ Ἐπιχάρμος ἐν Πύῤῥᾳ καὶ Προμαθεῖ [1] φησί·

Κἂν τελλίναν [2] τόν τ' ἀναρίταν θᾶσαι δή, καὶ λεπας
ὄσσα. — —

Παρὰ Σώφρονι δ' οἱ κόγχοι, μελαινίδες λέγονται· „Μελαινίδες γάρ τοι νησοῦντι ἐμὶν ἐκ τοῦ μικροῦ λιμένος." ἐν δὲ [3] τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὠλιεὺς τὸν ἀγροιώτην, χηράμβας ὀνομάζει. καὶ Ἀρχίλοχος δὲ τῆς χηράμβης μέμνηται· τοῦ δ' ἀναρίτου, Ἴβυκος. καλεῖται δ' ὁ ἀναρίτης καὶ ἀνάρτας. κογχῶδες [4] δὲ ὂν τὸ ὄστρεον, προσέχεται ταῖς πέτραις, ὥσπερ αἱ λεπάδες. Ἡρώνδας δ' ἐν Συνεργαζομέναις·

Προσφὺς ὅκως τις χοιράδων ἀναρίτης.

Αἰσχύλος δ' ἐν Πέρσαις,

Τίς ἀνὴρει [5] τὰς νήσους ἀναριτοτρόφους;

1 Πύῤῥᾳ ἢ Προμ. Poll. Πυρκαεῖ Προμ. corr. Caſ. 2 Forſ. Τὰν τελίναν. Vulgo: Κἂν τις Ἑλλήνων τὸν ἀνδρίτ' ἂν θᾶσαι δὴ καὶ λεπὰς ὄσσα. 3 δὲ particulam e conieſt. adieci. 4 κοχλιῶδες lego cum Heſych. 5 Forſ. τίς ἀνῆρε. Dein in mſ. *A.* eſt νηριτοτρ. Corruptum eſt autem vel Poëtae nomen, vel Fabulae.

Rurſus Epicharmus, in Pyrrha & Prometheo, ait:

Vide modo tellinam, & anaritam hunc, & patella quanta ſit! — —

Apud Sophronem vero conchae *melaenides* dicuntur: *Melaenides enim mihi advenient e parvo portu.* In mimo vero, qui *Piſcator ruſticum* inſcribitur, *cherambas* nominat. Sed & Archilochus *cherambae* meminit: *anaritae* vero Ibycus. Vocatur autem anarites etiam *anartes.* Eſt autem teſtaceum e cochlearum genere, ſaxis adhaerens, ſicut patellae. Herondas in Coadiutricibus:

Adhaerens, veluti marinis cautibus anarites aliquis.

Aeſchylus vero in Perſis [*ſive*, in Perrhaebis; *aut*, Phrynichus in Perſis,] dixit:

Quis vaſtavit [aut, *quis e mari extulit*] *inſulas anaritarum altrices?*

εἴρηκεν. Ὅμηρος δὲ τῶν τηθέων μέμνηται.

XXXII. Διοκλῆς δ' ὁ Καρύστιος ἐν τοῖς Ὑγιεινοῖς, κράτιστά φησιν εἶναι τῶν κογχυλίων πρὸς διαχώρησιν καὶ οὔρησιν μύας, ὄστρεα, κτένας, χήμας. Ἄρχιππος δ' c
Varia conchylia.
ἐν Ἰχθύσι·

Λεπάσιν, ἐχίνοις, ἐσχάραις, βελόναις τε τοῖς κτένεσί τε. — — —

Ῥωμαλεώτερα δὲ τῶν κογχυλίων φησὶν εἶναι ὁ Διοκλῆς, κόγχας, πορφύρας, κήρυκας. Περὶ δὲ τῶν κηρύκων ὁ Ἄρχιππος τάδε λέγει·

Κήρυξ θαλάσσης τρόφιμος, υἱὸς πορφύρας.

Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων, παραπλήσια εἶναι κήρυκας, πορφύρας, στραβήλους, κόγχους. Τῶν στραβήλων μνημονεύει καὶ Σοφοκλῆς ἐν Καμικοῖς [1] οὕτως·

Ἁλίας στραβήλου τῆσδε, τέκνον, εἴ τινα d
δυναίμεθ' εὑρεῖν.

1 Καμιχίοις corrigunt viri docti.

Tetheorum vero mentionem Homerus fecit.

32. Diocles Caryſtius in libris de tuenda Valetudine ſcribit: ex conchyliis, alvo movendo, ciendoque lotio, excellere muſculos, oſtrea, pectines, chamas. Archippus vero in Piſcibus ait:

Lepadibus, echinis, eſcharis, acubuſque,
& pectinibus.

Firmiſſima conchyliorum Diocles ait eſſe conchas, purpuras, buccina. De buccinis vero Archippus haec dicit:

Buccinum, maris alumnus, filius purpurae.

Speuſippus vero, ſecundo libro Similium, ait, ſimiles inter ſe eſſe buccina, purpuras, ſtrabelos, conchas. Strabelorum vero Sophocles meminit in Camicis, his verbis:

Marinae huius ſtrabeli, o fili, ſi quam
poſſemus reperire.

Ἔτι ὁ Σπεύσιππος ἐξῆς πάλιν ἰδίᾳ καταριθμεῖται, κόγχους, κτένας, μῦς, πίννας, σωλῆνας. καὶ ἐν ἄλλῳ μέρει, ὄστρεα, λεπάδας. Ἄραρὼς δὲ Καμπυλίωνι φησίν·

Τὰ κομψὰ μὲν δὴ [1] ταῦτα ναγαλεύματα·
κόγχαι τε, καὶ σωλῆνες. αἵ τε καμπύλαι
καρῖδες ἐξήλλοντο, δελφίνων δίκην.

Σώφρων δ' ἐν Μίμοις·

e Α. Τίνες δ' ἐντί ποκα, Φίλα, ταίδε τοι [2]
μακραὶ κόγχαι; Β. Σωλῆνες θήν·
τουτί γα γλυκύκρεων κογχύλιον, [3]
χήραν γυναικῶν λίχνευμα.

Τῶν δὲ πιννῶν μνημονεύει Κρατῖνος, ἐν Ἀρχιλόχοις·

Ἡ μὲν πίννῃσι καὶ ὀστρέοισιν ὁμοίη.

Φιλύλλιος δ', ἢ Εὔνικος, [4] ἢ Ἀριστοφάνης, ἐν Πόλεσι·

1 Τὰ κομψὰ δήπου edd. 2 Vulgo τόδε τοι. 3 γλυκύκρεον κογχύλεον mſ. *A*. 4 Δύνικος mſ. *A*. Φρύνιχος edd.

Porro Speuſippus rurſus ſeorſim deinde recenſet *conchas*, *pectines*, *muſculos*, *pinnas*, *ſolenas*: & in alia libri parte, *oſtrea*, *lepadas*. Araros vero, in Campylione, dicit:

Bellae ſane quidem hae deliciae;
conchae, & ſolenes: curvaeque
locuſtae exſiliebant, delphinorum inſtar.

Sophron vero, in Mimis:

A. *Quaenam vero ſunt tandem, o cara, hae*
longae conchae? B. *Solenes nempe;*
iucundâ carne eſt hoc conchylium,
viduarum mulierum cupediae.

Pinnarum vero Cratinus meminit, in Archilochis:

Haec quidem pinnis & oſtreis ſimilis.

Philyllius vero, ſive Eunicus, ſive Ariſtophanes, in Civitatibus:

Πολυπόδιον, σηπιδάριον, κάραβόν τ', [1] ἀστακὸν,
ὄστρεα, χήμας,
λεπάδας, σωλῆνας, μῦς, πίννας, κτένας ἐκ Μιτυλήνης αἴρετ'.
ἀνθρακίδες, [2] τρίγλη, σαργὸς, κεστρεὺς, πέρκη,
καὶ κορακῖνος. [3]

'Αγίας δὲ, καὶ Δέρκυλος ἐν 'Αργολικοῖς, τοὺς στραβήλους, ἀστραβήλους ὀνομάζουσι, μνημονεύοντες αὐτῶν ὡς ἐπιτηδείων ὄντων εἰς τὸ σαλπίζειν. f

XXXIII. Κόγχη & Κόγχος.

Τὰς δὲ κόγχας ἔστιν εὑρεῖν λεγομένας καὶ θηλυκῶς, καὶ ἀρσενικῶς. 'Αριστοφάνης, Βαβυλωνίοις·

'Ανέχασκον εἷς ἕκαστος, ἐμφερέστατα
ὀπτωμέναις κόγχαισιν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων. a

Τηλεκλείδης δ' ἐν 'Ησιόδοις „κόγχην, φησὶν, διελεῖν." καὶ Σώφρων, Γυναικείοις·

1 Vulgo κάραβον, absque τε. 2 Vulgo αἴρετ' ἀνθρακίδας. 3 Vulgo πέρκη, κοραξ. absque καί.

Polypum, ſepiolam, carabum, aſtacum, oſtrea, chamas,
lepadas, ſolenas, muſculos, pinnas, pectines ſumite Mitylenaeos.
[Adſint etiam] *anthracides, mullus, ſargus, mugil, perca, & coracinus.*

Agias vero, & Dercylus in Argolicis, ſtrabelos *aſtrabelos* nominant; mentionem eorum facientes, ut *aptorum ad canendum veluti tubâ.*

33. *Conchae* graece & foeminina & maſculina terminatione dictae reperiuntur. Ariſtophanes, Babyloniis:

Hiabat eorum unuſquiſque, prorſus ut
conchae toſtae ſuper carbonibus.

Teleclides vero in Heſiodis dicit, *concham aperire.* Et Sophron in Mimis muliebribus:

Αἵ γα μὰν κόγχαι, ὥσπερ αἱ κ' ἐξ ἑνὸς κελεύ-
ματος, [1]
κεχάναντι ἁμῖν πᾶσαι· τὸ δὲ κρῆς ἑκάστας ἐξέχει.

ἀρσενικῶς δ' Αἰσχύλος, ἐν Ποντίῳ Γλαύκῳ·

Κόγχοι, μύες, κ' ὄστρεα.

Ἀριστώνυμος, Θησεῖ·

Κόγχος ἦν βάπτων [2] ἄλλων ὁμοίως.

b παραπλησίως δ' εἴρηκε καὶ Φρύνιχος, Σατύροις. Ἰκέ-
σιος δὲ, ὁ Ἐρασιστράτιος, τῶν χημῶν φησι τὰς μὲν Chamae.
τραχείας λέγεσθαι, τὰς δὲ βασιλικάς. καὶ τὰς μὲν
τραχείας καὶ κακοχύλους εἶναι, ὀλιγοτρόφους, καὶ
εὐεκκρίτους· χρῆσθαι δὲ αὐταῖς καὶ δελέασι τοὺς πορ-
φυρευομένους. τῶν δὲ λείων, κατὰ τὰ μεγέθη, καὶ τὰς
διαφορὰς εἶναι κρατίστας. Ἡγήσανδρος δ' ἐν Ὑπο-
μνήμασι, τὰς τραχείας φησὶ κόγχας ὑπὸ μὲν Μα-
κεδόνων κωρύκους καλεῖσθαι, ὑπὸ δὲ Ἀθηναίων κρείους. [3]

1 κελεύσματος edd. 2 βαπτῶν ſuſpicatus eram. Pro ἄλλων, ἄλλου malebat Caſ. 3 κριοὺς Heſych. ex hoc ipſo loco.

Conchae vero, velut uno iuſſu
adhiaverunt nobis omnes; & caro patet uniuscuiusque.

Maſculina vero terminatione Aeſchylus, in Glauco Marino:

Conchi, muſculi, & oſtrea.

Ariſtonymus, Theſeo:

Conchus aderat, aliaque e mari hauſta pariter.

Similiter dixit etiam Phrynichus in Satyris. Iceſius vero Eraſiſtrateus, *chamas*, ait, alias *aſperas* dici, alias *regias*: & aſperas quidem pravum ſuccum gignere, parum nutrire, facile excerni; eiſque pro eſca uti purpurarum piſcatores: laeves autem, ut quaeque maior ſit, ita reliquis bonitate praeſtare. Hegeſander autem, in Commentariis, aſperas conchas a Macedonibus *corycos* vocari ait, ab Athenienſibus vero κρείους. [*ſive*, κριούς.]

XXXIV. Qualitates dieteticae.

Τὰς δὲ λεπάδας ὁ Ἰκέσιος τῶν προειρημένων εὐ- c
εκκρίτους μᾶλλον εἶναι· τὰ δ' ὄστρεα, ἀτροφώτερά τε
τούτων, καὶ πλήσμια, εὐεκκριτώτερά τε τούτων. ,, Οἱ
δὲ κτένες, τροφιμώτεροι μέν εἰσι, κακοχυλότεροι δὲ,
καὶ δυσεκκριτώτεροι. Τῶν δὲ μυῶν, οἱ μὲν Ἐφέσιοι,
καὶ οἱ τούτοις ὅμοιοι, τῇ εὐχυλίᾳ τῶν μὲν κτενῶν βελ-
τίονες, τῶν δὲ χημῶν λειπόμενοι· οὐρητικώτεροι δὲ μᾶλ-
λον, ἢ ἐπὶ τὴν κοιλίαν φερόμενοι. εἰσὶ δ' αὐτῶν ἔνιοι
καὶ σκιλλώδεις, κακόχυλοί τε, καὶ πρὸς τὴν γεῦσιν
ἀπειθεῖς. οἱ δ' ἐλάσσονες τούτων, καὶ θασεῖς ἔξωθεν, d
οὐρητικώτεροι μέν εἰσι, καὶ εὐχυλότεροι τῶν σκιλλω-
δῶν· ἀτροφώτεροι δὲ, διά τε τὸ μέγεθος, καὶ τῷ γένει
ὄντες τοιοῦτοι. Οἱ δὲ τῶν κηρύκων τράχηλοι, εὐστόμα- Buccinorum cervices & mecones.
χοί τε εἰσὶ, καὶ ἀτροφώτεροι μυῶν τε, καὶ χημῶν, καὶ
κτενῶν· τοῖς δ' ἀσθενῆ τὸν στόμαχον ἔχουσι, καὶ μὴ

34. *Lepadas* vero, Iceſius ait, praedictis excretu faciliores eſſe: *oſtrea* autem minus quam has nutrire, ſatiare magis, celerius egeri. »*Pectines* vero (inquit) uberius alunt; ſed deterioris ſunt ſucci, & difficilius egeruntur. Ex *muſculis*, Epheſii, & qui his ſunt ſimiles, bonitate ſucci praeſtant pectinibus, chamis vero ſunt inferiores: magis tamen ad ciendam urinam valent, quam ad deſcendendum per alvum. Sunt autem eorum nonnulli etiam ſcilloſae indolis, & mali ſucci, ingratoque ſapore. Qui autem ex hoc genere minores ſunt, & foris hirti, urinam quidem magis cient, & melioris ſucci ſunt, quam hi qui ſcilloſum ſaporem habent; ſed minus alunt, cum hoc ipſo quod minores ſunt, tum quod talis eorum natura eſt. *Buccinorum cervices*, quae dicuntur, ſtomacho ſunt utiles, & minus alunt quam muſculi & chamae & pectines: quibus vero imbecillus

ῥαδίως ἀποδιωθοῦσι τὴν τροφὴν εἰς τὸ κύτος τῆς κοιλίας χρήσιμοι, δύσφθαρτοί τε ὄντες. [1] τὰ γὰρ ὁμολογουμένως εὔπεπτα, κατὰ τοὐναντίον, ἀλλότρια τῆς διαθέσεως ταύτης ἐστὶν, εὐχερῶς διαφθειρόμενα, διὰ τὸ ἁπαλὰ καὶ εὐδιάλυτα εἶναι. ὅθεν αἱ μήκωνες αὐτῶν πρὸς μὲν τὰς τῶν στομάχων εὐτονίας οὐκ εὐθετοῦσι· πρὸς δὲ τὴν τῆς κοιλίας ἀσθένειαν, χρήσιμοι. τροφιμώτεραι δὲ τούτων εἰσὶ καὶ ἀπολαυστικώτεραι, αἱ τῆς πορφύρας μήκωνες, πλὴν σκιλλωδέστεραι ὑπάρχουσι· καὶ γὰρ ὅλον τὸ κογχύλιον τοιοῦτόν ἐστιν. Ἴδιον δὲ καὶ ταύταις καὶ τοῖς σωλῆσι παρέπεται, τὸ ἐψομέναις παχὺν ποιεῖν τὸν ζωμόν. ἐψόμενοι δὲ τὸ καθ' ἑαυτοὺς καὶ οἱ τράχηλοι τῶν πορφυρῶν, εὐθετοῦσι πρὸς τὰς τῶν στομάχων διαθέσεις." Μνημονεύει δ' αὐτῶν Ποσείδιππος, ἐν Λοκρίσιν, [2] οὕτως·

Purpurarum mecones.

Ὥρα περαίνειν ἐγχέλια, καὶ καράβους,

1 An δύσφθαρτοί γε ὄντες? 2 Λοκροῖσιν edd.

eſt ventriculus, & qui alimenta non facile in alvi cavitatem expellunt, his conducunt illae hoc ipſo, quod difficilius corrumpuntur. Nam quae manifeſte concoctu facilia ſunt, ea e contrario aliena ſunt tali conſtitutioni, eo quod facile corrumpuntur, quia tenera ſunt & citius diſſolvuntur. Quamobrem eorumdem *mecones* ſtomacho valentiori non conveniunt, ſed debiliori ſtomacho conducunt. Alunt vero his magis, ſuntque delicatiores, *purpurarum mecones;* niſi quod ad ſcillae ſaporem magis accedunt: nam totum etiam conchylium eam indolem habet. Habent autem & purpurae & ſolenes hoc proprium, quod elixae ius faciunt ſpiſſum. Sed & ſeorſim per ſe elixae cervices purpurarum, conducunt infirmae ventriculi adfectioni. « Meminit earum Poſidippus, in Locris Mulieribus, his verbis:

Tempus eſt anguillas abſumere, & carabos,

κόγχας, ἐχίνους προσφάτους, μηκώνια, πίννας, τραχήλους, μύας.

XXXV. Αἱ βάλανοι δὲ, εἰ μείζονες, εὐέκκριτοι καὶ εὔστομοι. Τὰ δ' ὠτάρια (γίνεται δὲ ταῦτα καὶν τῇ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν λεγομένῃ Φάρῳ νήσῳ) τροφιμώτερα τῶν προειρημένων ἁπάντων, οὐκ εὐέκκριτα δέ. Ἀντίγονος δ' ὁ Καρύστιος ἐν τῷ Περὶ Λέξεως, τὸ ὄστρεον τοῦτο ὑπὸ Αἰολέων [1] καλεῖσθαι οὓς Ἀφροδίτης. Αἱ δὲ φωλάδες πολυτροφώτεραι, βρωμώδεις δέ. τὰ δὲ τήθη παραπλήσια τοῖς προειρημένοις, καὶ πολυτροφώτερα. Γίνεται δέ τινα καὶ ἄγρια λεγόμενα ὄστρεα· πολύτροφα δ' ἔστι, καὶ βρωμώδη, προσέτι τε εὐτελῆ κατὰ τὴν γεῦσιν. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Περὶ Ζώων· „Ὄστρεα· φησὶ, πίννη, ὄστρεον, μῦς, κτεὶς, σωλὴν, κόγχη, λεπὰς, τῆθος, βάλανος. πορευτικὰ δὲ, κῆρυξ,

Glandes, aures marinae, &c.

Ariſtoteles de Teſtaceis.

1 ἁλιεῖς pro Αἰολεῖς ſcribitur apud Heſych. Mox poſt καλεῖσθαι intercidiſſe verbum φησὶν ſuſpicor.

conchas, recentes echinos, meconia, pinnas, cervices, muſculos.

35. *Glandes*, ſi maiores, excretu faciles ſunt, & ori gratae. *Auriculae* vero (gignuntur autem hae etiam in Pharo inſula prope Alexandriam) largius alunt quam ſupra dicta omnia, ſed aegre per alvum ſubeunt. Antigonus vero Caryſtius in libro DE Dictionibus ait, teſtaceum hoc ab Aeolibus *aurem Veneris* vocari. *Pholades* vero multum alunt, ſed virus olent. *Tethea* praedictis ſimilia ſunt, abundantius tamen nutriunt. Eſt & oſtreorum genus, quae *agreſtia* vocantur: quae multum nutrientia ſunt, & viroſa, adhaec, quod ad ſaporem attinet, vilia. Ariſtoteles vero in opere DE Animalibus ait: »Oſtreorum genera: pinna, oſtreum, muſculus, pecten, ſolen, concha, lepas, tethos, glans. Quae vero huc illuc vaga progrediuntur: buccinum, purpura,

πορφύρα, ἡδυπορφύρα, ἐχῖνος, στράβηλος. ἔστι δ' ὁ μὲν κτεὶς τραχυόστρακος, ῥαβδωτός· τὸ δὲ τῆθος, ἀράβδωτον, λειόστρακον· ἡ δὲ πίννη, λεπτόστομον· τὸ δὲ ὄστρεον, παχύστομον, δίθυρον δὲ καὶ λειόστρακον· λεπὰς δὲ μονόθυρον [1] καὶ λειόστρακον. συμφυὲς δὲ, μῦς· μονοφυὲς δὲ καὶ λειόστρακον, σωλὴν καὶ βάλανος· κοινὸν δ' ἐξ ἀμφοῖν, κόγχη. " Τὸ δ' ἐντὸς τῆς πίννης
c Ἐπαίνετος, ἐν Ἀρτυτικῷ, καλεῖσθαί φησι μήκωνα. Ἐν δὲ πέμπτῳ Ζώων Μορίων ὁ Ἀριστοτέλης· „ Γίνονται, φησὶν, αἱ μὲν πορφύραι περὶ τὸ ἔαρ, οἱ δὲ κήρυκες λήγοντος τοῦ χειμῶνος. ὅλως δὲ, φησὶ, τὰ ὀστρακόδερμα ἐν τῷ ἔαρι φαίνεται ἔχοντα τὰ καλούμενα ὠά· καὶν τῷ μετοπώρῳ δὲ, πλὴν τῶν ἐχίνων τῶν ἐδωδίμων. οὗτοι δὲ μάλιστα μὲν ἐν ταύταις ταῖς ὥραις, ἀεί τε ἰσχουσι, [2] καὶ τὸ πλέον ἐν ταῖς πανσελήνοις, Ova testaceorum.

1 Permutatae vulgo ſunt ſedes vocabulorum δίθυρον & μονόθυρον. Mox τραχυόστρακον pro λειόστρακον corrigunt viri docti. Sed totus hic locus confuſus, & negligenter excerptus. 2 Perperam vulgo ἰσχύουσι. Oportebat autem ἀεὶ δὲ, aut ἀλλ' ἀεί τε.

hedyporphyra, echinus, ſtrabelus. Eſt vero pecten teſta opertus aſpera, virgata: tethos, teſta laevi, nullis diſtincta virgis: pinnae os tenuius eſt; oſtreo craſſius: & eſt oſtreum bivalve, teſta laevi; patella vero univalvis, teſta laevi. Cohaerentibus teſtis conſtat muſculus: in unam concreta, eaque laevi, ſolen & glans: communis ex ambobus naturae eſt concha. « Quod pinna intus habet, id *meconem* vocari ait Epaenetus in Artytico. Quinto vero De Partibus Animalium ſcribit Ariſtoteles: » Naſcuntur purpurae circa veris tempus, buccina vero exeunte hieme. In univerſum vero teſtacea (ait) verno tempore deprehenduntur habere *ova* quae vocantur: atque etiam autumno, excepris echinis eſculentis. Hi enim maxime quidem his anni temporibus ea habent, ſed & ſemper, & maxime pleniluniis & te-

καὶ ταῖς ἀλεεινα῀ις ἡμέραις, πλὴν τῶν ἐν τῷ Εὐρίπῳ τῶν Πυρραίων· ἐκεῖνοι δ' ἀμείνονες τοῦ χειμῶνος, καί d εἰσι μικροὶ, πλήρεις δὲ ὠῶν. κύοντες δὲ φαίνονται καὶ οἱ κοχλίαι πάντες ὁμοίως τὴν αὐτὴν ὥραν."

XXXVI.

Purpurarum & buccinorum meliceria.

Προελθὼν δὲ, πάλιν φησὶν ὁ Φιλόσοφος· „Αἱ μὲν οὖν πορφύραι τοῦ ἔαρος συναθροιζόμεναι εἰς τὸ αὐτὸ ποιοῦσι τὴν καλουμένην μελικήραν. τοῦτο δ' ἐστὶν οἷον κηρίον· ἀλλ' οὐχ οὕτω γλαφυρὸν, ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ ἐκ λεπύρων ἐρεβίνθων λευκῶν πολλὰ συμπαγείη. ἔχει δὲ ἀνεῳγμένον πόρον [1] οὐδένα τούτων· οὐδὲ γίνονται ἐκ τούτων αἱ πορφύραι, ἀλλὰ φύονται αὗται καὶ e τἆλλα ὀστρακόδερμα ἐξ ἰλύος καὶ σήψεως. τοῦτο δὲ συμβαίνει ὥσπερ ἀποκάθαρμα καὶ ταύταις καὶ τοῖς κήρυξιν· κηριάζουσι γὰρ καὶ οὗτοι. ἀφιᾶσι δ' ἀρχόμεναι κηριάζειν γλισχρότητα μυξώδη, ἐξ ὧν τὰ λεπυρώδη συνίστανται. ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα διαχεῖται,

1. Deeſt πόρον msstis & ed. Ven.

pidis diebus, exceptis eis qui in Euripo Pyrrhaeorum degunt; hi enim hieme meliores, & parvi ſunt, & ovis pleni. Pariter vero eodem tempore praegnantes reperiuntur etiam cochleae omnes."

36. Progreſſus vero, rurſus Philoſophus ait: »Purpurae igitur vere in eumdem congregatae locum id faciunt quod *meliceram* vocamus: id autem veluti favus eſt; non adeo ſane elegans, ſed veluti ex alborum cicerum putaminibus ſtrues compacta. Nullus autem apertus in eis meatus eſt, nec purpurae quidem ex eis procreantur, ſed, quemadmodum reliqua teſtacea, e limo ac putredine. Eſt autem iſtud veluti purgamentum purpurarum & buccinorum; nam & buccina favos conſtruunt. Cum autem incipiunt favos conſtruere, lentorem mucoſum ſalivant, ex quo illa concreſcunt quae putaminibus eſſe ſimilia diximus. Haec igitur omnia dif-

ἀφίησι δ' ἰχῶρα [1] εἰς τὴν γῆν· καὶ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ γίνεται ἐν τῇ γῇ συστάντα πορφύρια μικρά, ἃ ἔχουσαι ἁλίσκονται αἱ πορφύραι. ἐὰν δὲ πρὶν ἐκτεκεῖν
f ἁλῶσιν, ἐνίοτε ἐν ταῖς Φορμίσιν, εἰς δὲ τοῦτο [2] συνιοῦσαι, ἐκτίκτουσι, καὶ γίνεται οἱονεὶ βότρυς. Ἔστι δὲ τῶν πορφυρῶν γένη πλείονα· καὶ ἔνιαι μὲν μεγάλαι, οἷον αἱ περὶ τὸ Σίγειον, καὶ τὸ Λέκτον· αἱ δὲ μικραὶ, οἷον ἐν τῷ Εὐρίπῳ, καὶ περὶ Καρίαν. καὶ αἱ μὲν ἐν τοῖς
a κόλποις μεγάλαι καὶ τραχεῖαι· καὶ τὸ ἄνθος αἱ μὲν πλεῖσται μέλαν ἔχουσιν, ἔνιαι δ' ἐρυθρὸν μικρῷ. [3] γίνονται δ' ἔνιαι τῶν μεγάλων καὶ μναιαῖαι. [4] αἱ δ' ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς, καὶ περὶ τὰς ἀκτὰς, τὸ μὲν μέγεθός εἰσι μικραὶ, τὸ δὲ ἄνθος ἐρυθρὸν ἔχουσιν. ἔτι δ' ἐν μὲν τοῖς προσβόρροις μέλαιναι, ἐν δὲ τοῖς νοτίοις ἐρυθραὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον."

Purpurarum varia genera.

1 Pro ἰχῶρα, eſt ἃ εἶχεν apud Ariſt. 2 Forſ. εἰς δὲ ταὐτό. 3 ἐρυθρὸν μικρὸν edd. 4 μναῖαι mſ. *A*.

funduntur, & ſaniem in terram emittunt: in eoque loco exiſtunt in terra naſcunturque parvae purpurulae, quas geſtantes capiuntur purpurae. Sin, priuſquam eas excluſerint, capiantur, nonnumquam in ipſis naſſis, in unum adeo locum congregatae, excludunt, ſitque veluti racemus. Sunt autem *purpurarum plura genera*: & aliae quidem magnae, ut circa Sigaeum & Lectum; aliae parvae, ut in Euripo & circa Cariam. Et quae quidem in ſinibus degunt, magnae ſunt & aſperae: floremque habent pleraeque quidem nigrum, quaedam vero leviter rubrum: ſunt autem ex magnis illis nonnullae etiam librales. Quae vero in litoribus habitant, & in locis petroſis, minores ſunt quidem, ſed florem habent rubrum. Praeterea in locis boreae expoſitis nigrae ſunt utplurimum, in locis vero auſtro patentibus rubrae."

XXXVII. Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος, προθεὶς τὸ λιχνότερα [1] τῶν πορφυρᾶν, φησὶν, ὅτι παροιμία ἐστὶ, καὶ λέγει, ὡς μέν τινες, ἐπὶ [2] τοῦ βάμματος· οὗ γὰρ ἂν προσψαύσῃ, ἕλκει ἐφ' ἑαυτὸ, καὶ τοῖς προσπαρατεθειμένοις ἐμποιεῖ χρώματος αὐγήν· ἄλλοι δ' ἐπὶ τοῦ ζώου. „Ἁλίσκονται δὲ, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, τοῦ ἔαρος· ὑπὸ κύνα δ' οὐχ ἁλίσκονται. οὐ γὰρ νέμονται, ἀλλὰ κρύπτουσιν ἑαυτὰς, καὶ φωλεύουσι. τὸ δὲ ἄνθος ἔχουσιν ἀνὰ μέσον τοῦ μήκωνος καὶ τοῦ τραχήλου. Ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ καὶ ὁ κήρυξ τὰ ἐπικαλύμματα, κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ἄλλα τὰ στρομβώδη ἐκ γενετῆς πάντα. νέμονται δ' ἐξείροντα τὴν καλουμένην γλῶτταν ὑπὸ τὸ κάλυμμα. τὸ δὲ μέγεθος τῆς γλώσσης ἔχει ἡ πορφύρα μεῖζον δακτύλου, ᾧ νέμεται, καὶ διατρυπᾷ καὶ τὰ κογχύλια,

Purpuris voracior, proverb.

1 Forſ. λιχνότερος. 2 Vulgo omnes ἀπὸ τοῦ βαμμ. ſed mox dein eſt ἐπὶ τοῦ ζώου in mſ. *A.* ubi rurſus ἀπὸ habent edd. cum mſ. *Epit.*

37. Apollodorus Athenienſis, in Commentariis in Sophronem, praemiſſa illa dictione, *Purpuris voracior*, dicit eſſe proverbium, quod, ut quidem alii exiſtimant, de fuco purpurae loquatur, qui tinĉturae inſervit; propterea quod ad ſe ille trahat quidquid attigerit, & coloris ſplendorem impertiat omnibus quae ei admoventur: ex aliorum vero ſententia, de ipſo animali. »Capiuntur vero, ſcribit Ariſtoteles, vere: ſub canicula non capiuntur; nec enim tum paſcuntur, ſed abditae latent. Florem autem in medio habent, inter meconem & cervicem. Habet autem & purpura & buccinum ſimile operculum adnatum, atque caetera turbinata teſtacea omnia. Paſcuntur exſerentes linguam, quam vocamus, ſub illo operculo. Magnitudinem autem linguae habet purpura maiorem digito, qua paſcitur, & con-

καὶ τὸ ἑαυτῆς ὄστρακον. μακρόβια δ' ἐστὶ καὶ ἡ πορφύρα, καὶ ὁ κήρυξ, καὶ ζῇ περὶ ἔτη ἕξ. Φανερὰ δὲ ἡ αὔξησις ἐκ τῆς [1] ἐν τῷ ὀστράκῳ ἕλικος. Αἱ δὲ κόγχαι, καὶ χῆμαι, καὶ σωλῆνες, καὶ κτένες, ἐν τοῖς ἀμμώδεσι λαμβάνουσι τὴν σύστασιν."

XXXVIII. Pinnae & pinnophylax.

„Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βυθοῦ· ἔχουσί τε ἐν αὑταῖς τὸν πιννοφύλακα, αἱ μὲν καρίδιον, αἱ δὲ καρκίνιον· οὗ στερόμεναι, θᾶττον διαφθείρονται." Τοῦτο δὲ Πάμφιλος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ἐν τοῖς Περὶ Ὀνομάτων, συμπεφυκέναι φησὶν αὐταῖς. Χρύσιππος δ' ὁ Σολεὺς, ἐν τῷ πέμπτῳ Περὶ τοῦ Καλοῦ καὶ τῆς Ἡδονῆς· „Ἡ πίννη, φησὶ, καὶ ὁ πιννοτήρης συνεργὰ ἀλλήλοις, κατ' ἰδίαν οὐ δυνάμενα συμμένειν. ἡ μὲν οὖν πίννη, ὄστρεόν ἐστιν· ὁ δὲ πιννοτήρης, καρκῖνος μικρός. καὶ ἡ πίννη διαστήσασα τὸ ὄστρακον, ἡσυχάζει, τηροῦσα τὰ ἐπεισιόντα ἰχθύδια. ὁ δὲ πιννοτήρης παρεχylia etiam perforat, ſuamque ipſius teſtam. Eſt autem longaeva & purpura & buccinum, vivuntque annos fere ſex. Cognoſcitur autem incrementum ex gyro in teſta. *Conchae* vero & *chamae* & *ſolenes* & *pectines* in ſabuloſis oriuntur."

[1] ἀπὸ τῆς mſ. *Ep.*

38. „*Pinnae* autem rectae naſcuntur e fundo; habentque intra teſtam cuſtodem, qui *pinnophylax* vocatur, aliae parvam ſquillam, aliae cancellum: quo deſtitutae, brevi pereunt." Hoc animalculum Pamphilus Alexandrinus, in libris de Nominibus, congenitum ait pinnis. Chryſippus vero Solenſis, libro quinto de Honeſtate & Voluptate: „*Pinna*, inquit, & *pinnoteres* mutuas ſibi operas praeſtant, nec ſeorſim durare poſſunt. Pinna igitur, teſtaceum animal bivalve eſt; pinnoteres autem, parvus cancer. Pinna, diſcluſâ teſtâ, quieta manet, exſpectans adventantes piſciculos: pinnoteres vero ad-

στὼς, ὅταν εἰσέλθῃ τι, δάκνει αὐτὴν, ὥσπερ σημαίνων· ἡ δὲ δηχθεῖσα συμμύει. καὶ οὕτως τὸ ἀποληφθὲν ἔνδον κατεσθίουσι κοινῇ." Φασὶ δέ τινες καὶ συγγεννᾶσθαι αὐτὰ αὐτοῖς, καὶ ὡς ἂν ἐξ ἑνὸς σπέρματος γίνεσθαι. Πάλιν δὲ ὁ Ἀριστοτέλης φησί· „Πάντα δὲ τὰ ὀστρακώδη γίνεται καὶ [1] ἐν τῇ ἰλύϊ· ἐν μὲν τῇ βορβορώδει, τὰ ὄστρεα· ἐν δὲ τῇ ἀμμώδει, κόγχαι, καὶ τὰ ῥηθέντα· περὶ δὲ τὰς σήραγγας τῶν πετρῶν, τήθεα, καὶ βάλανοι, καὶ τὰ ἐπιπολάζοντα, οἷον λεπάδες, καὶ νηρῖται. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον γίνεται τοῖς f ὀστρακοδέρμοις καὶ τὰ μὴ ἔχοντα ὄστρακον, καθάπερ αἵ τε κνίδαι, καὶ οἱ σπόγγοι, ἐν ταῖς σήραγξι τῶν πετρῶν."

XXXIX. Urticae marinae.

„Ἔστι δὲ τῶν κνιδῶν δύο γένη. αἱ μὲν γὰρ ἐν τοῖς κοίλοις, οὐκ ἀπολύονται τῶν πετρῶν· αἱ δὲ ἐν τοῖς λείοις καὶ πλαταμώδεσιν, ἀπολυόμεναι μεταχωροῦσι." Τὰς δὲ κνίδας ὁ Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ ἀκαλήφας ὀνομάζει, ὅτι καὶ ἀκαλήφη καλεῖται ἡ κνίδη. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Γήρᾳ καὶ κνίδας καὶ ἀκαλήφας ἐκάλεσεν. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς ἐν τῷ περὶ Ἀσκληπιάδου τοῦ Μυρλεανοῦ γράφων φησί· „Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ ζώων ἱστορίᾳ γράφει τὰς ἀκαλήφας ἐν τῇ θαλάττῃ γίνεσθαι, καὶ ἐν τῇ γῇ ἐν τοῖς ὑγροτάτοις τόποις, ἐν οἷς καὶ τὰ ἄλλα ἐρπετὰ γίνεται. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ ἀκαλήφη ἐρπετὸν, ὅμοιον τῇ ἐν τῇ γῇ γινομένῃ ἀκαλήφῃ, ἣν καὶ κνίδην καλοῦσιν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἀκαλήφη ἐν τῇ θαλάττῃ, ἣν καλοῦσιν οἱ ἁλιεῖς ἀκαλήφην πεπλατυσμένην. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἀκαλήφη ἐν τῇ θαλάττῃ, ἣν καλοῦσιν οἱ ἁλιεῖς ἀκαλήφην ἀνεμώνην. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἀκαλήφη ἐν τῇ θαλάττῃ, ἣν καλοῦσιν οἱ ἁλιεῖς ἀκαλήφην ἀνεμώνην. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἀκαλήφη ἐν τῇ θαλάττῃ, ἣν καλοῦσιν οἱ ἁλιεῖς ἀκαλήφην ἀνεμώνην.

1 Videtur excidisse vox αὐτόματα, quae est apud Aristot.

stans, postquam intravit piscículus, mordet pinnam, tamquam signum dans; atque illa morsa, claudit testam. Sic illi interceptum intus piscículum, ut communem dapem, comedunt.« Rursus vero Aristoteles scribit: »Testacea omnia [sponte] gignuntur, & quidem in limo: in coenoso, ostrea; in arenoso vero, conchae, & alia quae diximus: circa fissuras autem petrarum, tethea, & glandes, & quae summitati adhaerent, ut lepades & neritae. Eodem vero modo, quo testacea, gignuntur etiam quae carent testâ, velut urticae & spongiae, in saxorum hiatibus.«

39. » Sunt autem *urticarum* duo genera. Aliae, in cavis locis degentes, numquam a petris separantur: aliae in planis & aequalibus habitantes, mutant sedes, & huc illuc commeant.« Urticas vero Eupolis, in Auto-

a φας ὀνομάζει· ἔτι τε Ἀριστοφάνης, ἐν Φοινίσσαις, οὕτως· „Ἔχε, τὸ πρῶτον [1] πάντων ἴφυα φῦναι· εἶθ' ἑξῆς τὰς κραναὰς ἀκαλήφας.“ καὶ ἐν Σφηξί. Φερεκράτης δ' ἐν Αὐτομόλοις·

— καὶν ἀκαλήφαις τὸν ἴσον χρόνον ἐστεφανῶσθαι.

Δίφιλος δ' ὁ Σίφνιος, ἰατρός· „Ἡ δὲ ἀκαλήφη, φησὶν, ἔστιν εὐκοίλιος, οὐρητικὴ, εὐστόμαχος· κνησμὸν δὲ ποιεῖ τοῖς συνάγουσιν, ἐπειδὰν μὴ προαλείψωνται. ὄντως γὰρ ἀνιᾷ τοὺς θηρεύοντας αὐτήν· ὑφ' ὧν κατὰ παραφθορὰν νῦν ἀκαλήφη ὀνομάζεται· τάχα δὲ
b ἴσως διὰ ταύτην καὶ ἡ βοτάνη. κατ' εὐφημισμὸν γὰρ τῆς ἀντιφράσεως ὠνόμασται· οὐ γὰρ πραεῖά ἐστι, καὶ ἁπαλὴ τῇ ἁφῇ· τραχεῖα δὲ καὶ ἀηδής.“ Τῆς μέντοι θαλασσίας ἀκαλήφης μνημονεύει καὶ Φιλιππίδης ἐν Ἀμφιαράῳ, οὕτως·

1 Ἔχε τὸν πρῶτον mſ. *A*. Εἰχὸς δή που πρῶτον Suid.

lyco, ἀκαλήφας nominat: atque etiam Ariſtophanes in Phoeniſſis, his verbis: *Sic habeto, primum omnium iphya nata eſſe, & proxime deinde aſperas urticas.* Rurſuſque idem in Veſpis. Pherecrates vero, in Transfugis:

[*Malim equidem*] *vel urticis tantumdem temporis coronari.*

Diphilus vero Siphnius, medicus, ſcribit: »Urtica molliendo alvo idonea, urinam ciens, ſtomacho amica: pruritum vero movet his, qui eam colligunt, niſi manus ante unxerint. Revera enim laedit hos, qui eam venantur: a quibus, corrupto leviter vocabulo, ἀκαλήφη nunc vocatur: ac fortaſſe propter hanc etiam herba. Nam per euphemiſmum, qui ex uſu vocabuli contrariae ſignificationis exſiſtit, ita nominata eſt; quippe non mollis ac tenera (ἁπαλὴ) tactu eſt, ſed aſpera & moleſta.« Caeterum marinae urticae meminit etiam Philippides in Amphiarao, his verbis:

— Ὄστρε', ἀκαλήφας, λεπάδας παρέβηκέ μοι.
Τὸ δ' ἐν Λυσιστράτῃ Ἀριστοφάνους πέπαικται·
Ἀλλ' ὦ τηθῶν ἀνδρειοτάτη, [1] καὶ μητριδίων ἀκαλήφων.
ἐπεὶ τήθεα, τὰ ὄστρεα. μέμικται [2] γὰρ κωμῳδικῶς πρὸς τὴν τήθην, [3] καὶ μητέρα. c

XL. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὀστρέων ὁ Δίφιλος τάδε φησίν. „Χημιῶν δὲ τῶν παχετῶν [4] αἱ μικραὶ, καὶ λεπτὴν ἔχουσαι τὴν σάρκα, ὄστρεα λέγονται, καὶ εὐστόμαχοί εἰσι καὶ εὐέκκριτοι· αἱ δὲ παχεῖαι, βασιλικαὶ δὲ πρός τινων καλούμεναι, πελώριαί τε λεγόμεναι, τρόφιμοι, δυσέκκριτοι, εὔχυλοι, εὐστόμαχοι, καὶ μάλιστα αἱ μείζους. Τελλίναι γίνονται μὲν ἐν Κανώβῳ πολλαὶ, καὶ ὑπὸ τὴν τοῦ Νείλου ἀνάβασιν πληθύουσιν. ὧν λεπτότεραι μέν εἰσιν αἱ βασιλι-

Ostreorum vires, ex Diphilo.

1 ἀνδρειοτάτων ex Ariſtoph. corr. Brunck. 2 Forſ. μεμίμηται. 3 Aut ſic, aut τιτθὴν oportebat. τηθὴν edd. cum mſ. *A*. τροφὸν *Epit.* 4 παχειῶν habet *Epit.* τραχειῶν ſuſp. Caſaub.

Oſtrea, urticas, lepadas, mihi adpoſuit.

Quod autem Ariſtophanes in Lyſiſtrata poſuit, iocoſum eſt:

O fortiſſimarum aviarum, (τηθῶν) *& tactu aſperarum* (ἀκαλήφων) *matercularum progenies!*

Nam *tethea*, teſtacea, comice confunduntur cum *tethe*, avia, & cum matre.

40. De reliquis etiam Oſtreis haec dicit Diphilus: „Ex *chamis* craſſis [ſive, aſperis] minores, quae tenuem carnem habent, *oſtrea* vocantur: eae ventriculo idoneae ſunt, & facile excernuntur. Craſſiores vero, quae *regiae* a nonnullis, & vulgo *peloriae* vocantur, multum alunt, difficulter egeruntur, bonum ſuccum generant, ſtomacho conducunt; ac praeſertim maiores. *Tellinae* ad Canopum naſcuntur multae, & ſub Nili incrementum inprimis frequentes ſunt. Ex his tenuiores

d καὶ, διαχωρητικαί τε, καὶ κοῦφαι, ἔτι δὲ καὶ τρόφιμοι· αἱ δὲ ποτάμιαι, γλυκύτεραι. Οἱ δὲ μύες, μέσως εἰσὶ τρόφιμοι, διαχωρητικοὶ, οὐρητικοί· κράτιστοι δὲ οἱ Ἐφέσιοι, καὶ τούτων οἱ φθινοπωρινοί. αἱ δὲ μύες, καὶ τῶν μυῶν οὖσαι μικρότεραι, γλυκεῖαί τε καὶ εὔχυλοί εἰσι, προσέτι τε καὶ τρόφιμοι. Οἱ δὲ σωλῆνες Solenes.
μὲν πρός τινων καλούμενοι, πρός τινων δὲ καὶ αὐλοὶ, καὶ δόνακες, καὶ ὄυχες, πολύχυλοι, καὶ κακόχυλοι, κολλώδεις. καὶ οἱ μὲν ἄῤῥενες αὐτῶν, ῥαβδωτοί εἰσι, καὶ οὐ μονοχρώματοι· εἰσὶ δὲ τοῖς λιθιῶσι καὶ ἄλλοις
e δυσουροῦσιν εὔθετοι. οἱ δὲ θήλεις μονοχρώματοί τε εἰσὶ, καὶ γλυκύτεροι. λαμβάνονται δὲ ἑφθοὶ, καὶ τηγανιστοί· κρείττονες δ' εἰσὶν οἱ μέχρι τοῦ χανεῖν ἐπ' ἀνθράκων ὀπτώμενοι." Σωληνισταὶ δ' ἐκαλοῦντο οἱ συνάγοντες τὰ ὄστρεα ταῦτα, ὡς ἱστορεῖ Φαινίας ὁ Ἐρέσιος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τυράννων ἀναίρεσις ἐκ τι-

sunt *regiae;* per alvum facile subeuntes, & leves, simul vero multum nutrientes: fluviatiles autem, dulciores. *Musculi mares*, modice alunt, per alvum facile transeunt, urinam cient: ex his optimi Ephesii, & ex Ephesiis hi qui autumno capiuntur. *Musculi foeminae*, maribus minores, eaedem & dulciores sunt, & bonum succum generant, & copiose nutriunt. *Solenes* qui a nonnullis vocantur, ab aliis vero *fistulae*, *tibiae*, *ungues*, multum eumque pravum succum generant, suntque glutinosi. Ex his mares virgati sunt, nec unius coloris; conducunt autem eis qui calculo aut aliis vesicae vitiis laborant: foeminae vero unicolores sunt, & dulciores. In cibum sumuntur vel elixi vel frixi: meliores sunt vero, si, donec hiaverint, in prunis torreantur." Qui haec ostrea colligebant, *Solenistae* vocabantur, ut docet Phaenias Eresius in libro qui inscribitur Tyrannorum

Philoxenus Solenista. μαρίας, γράφων οὕτως· „Φιλόξενος ὁ καλούμενος Σωληνιστὴς, ἐκ δημαγωγοῦ τύραννος ἀνεφάνη· ζῶν τὸ μὲν ἐξαρχῆς ἁλιευόμενος, καὶ σωληνοθήρας ὤν· ἀφορμῆς δὲ λαβόμενος, καὶ ἐμπορευσάμενος, βίον f ἐκτήσατο." — „Τῶν δὲ κτενῶν ἀπαλώτεροι μέν εἰσιν οἱ λευκοί· ἄβρομοι [1] γάρ, καὶ εὐκοίλιοι. τῶν δὲ μελάνων καὶ πυρρῶν οἱ μείζονες καὶ ἐνεάριοι, εὔστομοι. κοινῶς δὲ πάντες, εὐστόμαχοι, εὔπεπτοι, εὐκοίλιοι, λαμβανόμενοι μετὰ κυμίνου καὶ πεπέρεως." Μνημονεύει δ' αὐτῶν καὶ Ἄρχιππος ἐν Ἰχθύσιν·

Λεπάσιν, ἐχίνοις, ἐσχάραις, βελόναις τε τοῖς κτενέσίν τε. — — —

Glandes. „Αἱ δὲ βάλανοι καλούμεναι ἀπὸ τῆς πρὸς τὰς δρυΐ- a νας ὁμοιότητος, διαφέρουσι παρὰ τοὺς τόπους. αἱ μὲν γὰρ Αἰγύπτιαι, γλυκεῖαι, ἁπαλαὶ, εὔστομοι, θρε-

1 ἄβρωμοι cdd.

caedes ex vindicta, ubi sic scribit: »Philoxenus, cognomine Solenista, ex demagogo tyrannus factus est. Is initio victitans piscatu, & solenum praecipue capturâ; postquam pecuniae nonnihil corrasisset, mercaturae dans operam luculentas fortunas comparaverat.« — »E *pectinibus* teneriores sunt albi, nec graveolentes, & facile per alvum transeuntes: ex nigris vero & rufis, maiores palato iucundi sunt, vere praesertim. In universum vero omnes, ventriculo sunt idonei, facile concoquuntur, alvumque facile subeunt, cum cumino & pipere sumti.« Meminit eorum etiam Archippus in Piscibus:

Patellis, echinis, escharis, acubusque,
& pectinibus.

»Quae vero *glandes* vocantur, ob similitudinem quam cum querna glande habent, pro locorum diversitate variant. Nam Aegyptiae dulces sunt, tenerae, iucundi

πτικαὶ, πολύχυλοι, οὐρητικαὶ, εὐκοίλιοι· αἱ δὲ ἄλλαι, ἀλυκώτεραι. Τὰ δὲ ὠτία, δύσπεπτα, τροφιμα δὲ μᾶλλον τηγανιζόμενα. Αἱ δὲ Φωλάδες, εὔστομοι, βρομώδεις [1] δὲ καὶ κακόχυλοι."

XLI. Echini marini.

„Ἐχῖνοι δὲ, ἀπαλοὶ μὲν, εὔχυλοι, βρομώδεις, πλήσμιοι, εὔθαρτοι. μετὰ δὲ ὀξυμέλιτος λαμβανόμενοι καὶ σελίνου καὶ ἡδυόσμου, εὐστόμαχοι, γλυκεῖς b τε καὶ εὔχυλοι. προσηνέστεροι δ' αὐτῶν οἱ ἐρυθροὶ, καὶ οἱ μήλινοι, καὶ οἱ παχύτατοι, καὶ οἱ ἐν τῷ ξύεσθαι τὴν σάρκα γαλακτῶδες ἀνιέντες. οἱ δὲ περὶ τὴν Κεφαληνίαν γινόμενοι, καὶ περὶ τὴν Ἰκαρίαν, καὶ τὸν Ἀδρίαν, τινὲς αὐτῶν καὶ ὑποπικροί εἰσιν. οἱ δ' ἐπὶ τοῦ σκοπέλου τῆς Σικελίας, κοιλίας λυτικοί." Ἀριστοτέλης δέ φησι, τῶν ἐχίνων πλείω γένη εἶναι· ἓν μὲν τὸ ἐσθιόμενον, ἐν ᾧ τὰ καλούμενά ἐστιν ᾠά· ἄλλα δὲ δύο, τό τε τῶν σπατάγγων, καὶ τὸ τῶν καλουμέ-

1 βρωμώδεις edd. & sic mox iterum.

saporis, nutrientes, multi succi, urinam cientes, alvum facile subeuntes: aliae vere salsiores. *Auriculae marinae*, concoctu difficiles, frixae vero magis nutriunt. *Pholades* ori quidem gratae, sed olidae, & mali succi." 41. »*Echini* vero, teneri, boni succi, olidi, multum sutiant, facile corrumpuntur: [i. e. concoquuntur:] cum aceto mulso vero & apio & mentha sumti, ventriculo idonei sunt, & dulces, & boni succi. Suaviores vero ex his rufi, & flavi, & crassissimi, & qui, cum raduntur, lacteum succum emittunt. At, qui circa Cephaleniam gignuntur, & circa Icariam, & in Adriatico mari, eorum nonnulli etiam subamari sunt. Qui vero in Siciliae scopulo nascuntur, ventrem solvunt." Aristoteles vero ait, echinorum plura genera esse: unum eorum qui comeduntur, in quibus insunt quae *ova* vocantur: tum duo alia, eorum qui *spatangi*, & qui *brysi*

ναν βρυσῶν.[1] μνημονεύει τῶν σπατάγγων καὶ Σώφρων, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ὀλκάσιν οὕτως·

Δαρδάπτοντα, μιστύλλοντα, διαλείχοντά μου τὸν κάτω σπαταγγήν.[2] c

καὶ Ἐπίχαρμος δέ, ἐν Ἥβης γάμῳ, περὶ τῶν ἐχίνων φησί·

Καρκίνοι θ' ἵκοντ', ἐχῖνοι θ', οἱ καθ' ἁλμυρὰν ἄλα νεῖν μὲν οὐκ ἴσαντι, πεζᾷ δ' ἐμπορεύονται μόνοι.

Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος, ἐν ἕκτῳ καὶ εἰκοστῷ τοῦ Τρωϊκοῦ διακόσμου, Λάκωνά φησί τινα κληθέντα ἐπὶ θοίνην, παρατεθέντων ἐπὶ τὴν τράπεζαν θαλαττίων ἐχίνων, ἐπιλαβέσθαι ἑνὸς, οὐκ εἰδότα τὴν χρῆσιν τοῦ ἐδέσματος, ἀλλ' οὐδὲ προσέχοντα τοῖς συνδειπνοῦσιν πῶς ἀναλίσκουσιν· ἐνθέντα δὲ εἰς τὸ στόμα σὺν τῷ d κελύφει, βρύκειν τοῖς ὀδοῦσι τὸν ἐχῖνον. δυσχρηστούμε-

1 Rectius forsan fuerit βρύσσων. 2 σπατάγγην Brunck. cum Hesych.

[sive, *bryssi*] vocantur. Spatangorum Sophron meminit: itemque Aristophanes in Onerariis navibus, his verbis:

Perfodientem, discindentem, perlingentem, inferiorem meum spatangem.

Epicharmus vero, in Hebes Nuptiis, de Echinis haec dicit:

Adsunt cancer atque echinus, per maris salsas vias nare ignari, qui pedestre soli conficiunt iter.

Demetrius vero Scepsius, libro sexto & vicesimo Troici Adparatus, narrat, Lacedaemonium quempiam ad coenam vocatum, cum mensae impositi essent marini echini, unum arripuisse. Cum autem ignoraret, qua ratione cibo eo uterentur homines, nec observaret quo modo comederent caeteri, in os coniectum simul cum testa echinum frangere dentibus cum stridore coepisse. Quo esu

νον οὖν τῇ βρώσει, καὶ οὐ συνιέντα τὴν ἀντιτυπίαν τῆς τραχύτητος, εἰπεῖν, Ὦ φάγημα μιαρὸν, οὔτε μὴν νῦν σε [1] ἀφέω μαλθακισθεὶς, οὔτ' αὖτις ἔτι λάβοιμι. Ὅτι δὲ οἱ ἐχῖνοι, λέγω δὲ καὶ τοὺς χερσαίους καὶ τοὺς θαλαττίους, καὶ ἑαυτῶν εἰσι φυλακτικοὶ πρὸς τοὺς θηρῶντας, προβαλλόμενοι τὰς ἀκάνθας, ὥσπερ τι χαράκωμα, Ἴων ὁ Χῖος μαρτυρεῖ ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ, λέγων οὕτως·

Ἀλλ' ἔν τε χέρσῳ τὰς λέοντος ἤνεσα,
ἢ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυρὰς τέχνας·
ὃς, εὖ τ' ἂν ἄλλων κρεισσόνων ὁρμὴν μάθῃ, [2]
στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν [3] εἱλίξας δέμας,
κεῖται δακεῖν τε καὶ θίγειν ἀμήχανος.

„ Τῶν δὲ λεπάδων, φησὶν ὁ Δίφιλος, τινὲς μέν εἰσι μικραὶ, τινὲς δὲ καὶ ὀστρέοις ἐοικυῖαι. εἰσὶ δὲ σκληραὶ, καὶ ὀλιγόχυλοι, καὶ οὐκ ἄγαν δριμεῖαι· εὔστο-

XLII. Variorum conchyliorum vires, ex Diphilo.

1 Vulgo μὴ νῦν σε. 2 ἄλλων θηρίων ὁσμὴν μάθῃ ed. Baſ. & ſeqq. ex Zenob. 3 ἀμφάκανθον maluerant viri docti.

offenſum, nec intelligentem quis eſſet aſperitatis renixus, dixiſſe: *O ſceleſtum edulium! neque te nunc effoeminatus abiiciam, nec vero iterum ſumam umquam.* Echinos autem, tam marinos, quam terreſtres, contra hos qui eos venantur, obiectu ſpinarum, veluti vallo, ſeſe tueri, Ion Chius teſtatur in Phoenice ſive Caeneo, his verbis:

Terreſtria inter plus Leoninos probo
mores, echini miſera quam molimina:
qui ſimul a validioribus impeti ſe ſcit,
denſo ſub orbe ſentium corpus tegens,
iacet, ut nec morderi nec tangi queat.

42. » *Lepadum* vero, (ſive *patellarum*,) inquit Diphilus, aliae ſunt parvae, aliae oſtreis ſimiles. Sunt autem durae, non multi ſucci, nec admodum acres: iu-

μοι δε, καὶ εὐκατέργαστοι. ἐφθαὶ δὲ, ποσῶς εὔστομοι. [1] Αἱ δὲ πίνναι, οὐρητικαὶ, τρόφιμοι, δύσπεπτοι, δυσαναδοτοι. Ἐοίκασι δ' αὐταῖς καὶ οἱ κήρυκες. ὧν οἱ μὲν τράχηλοι εὐστόμαχοι, δυσκατέργαστοι δέ· διὸ τοῖς f ἀσθενοῦσι τὸν στόμαχον οἰκεῖοι· δυσέκκριτοί τε, καὶ μέσως τρόφιμοι. τούτων δὲ αἱ μήκωνες λεγόμεναι πρὸς τοῖς πυθμέσιν, ἀπαλαὶ, εὔφθαρτοι· διὸ τοῖς τὴν γαστέρα ἀσθενοῦσιν οἰκεῖαι. Αἱ δὲ πορφύραι, μεταξὺ πίννης εἰσὶ καὶ τοῦ κήρυκος· ὧν οἱ μὲν τράχηλοι, πολύχυλοι, εὔστομοι· τὸ δὲ λοιπὸν αὐτῶν, ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ, [2] καὶ εὐανάδοτον, εἰς ἐπίκρασίν τε ἐπιτήδειον. Τὰ δὲ ὄστρεα γεννᾶται μὲν καὶ ἐν ποταμοῖς, καὶ ἐν a λίμναις, καὶ ἐν θαλάσσῃ. κράτιστα δὲ τὰ θαλάττια, ὅταν λίμνη ἢ ποταμὸς παρακέηται· γίνεται γὰρ

1 Forſ. οὐκ εὔστομοι δὲ, καὶ δυσκατέργαστοι. ἐφθαὶ δὲ ποιῶς, εὔστομοι. 2 Vertit Dalech. quaſi eſſet μηδαμῶς γλυκύ.

cundae vero ori, & concoctu faciles: elixae vero, mediocriter grato ſapore. *Pinnae* urinam cient, multum alunt, aegre concoquuntur ac digeruntur. His ſimilia ſunt etiam *buccina*: quorum *cervices* ventriculo quidem idoneae ſunt, ſed aegre concoquuntur; quare etiam imbecillis conducunt ventriculis; & aegre egeruntur, & mediocriter nutriunt. Eorumdem vero *mecones* quae dicuntur, quae in imo ſunt, tenerae ſunt, & facile corrumpuntur in ventriculo; quare his conducunt quibus imbecilla alvus eſt. *Purpurae* inter pinnam & buccinum mediae ſunt: quarum cervices multi ſunt ſucci, & palato grati; reliquum vero e ſalſo & dulci mixtum, digeſtu facile, & ad temperandam humorum acrimoniam adcommodatum. *Oſtrea* & in fluviis gignuntur, & in ſtagnis, & in mari. Praeſtantiſſima vero marina, ſi ſtagnum aut fluvius in proximo ſit: tum enim & boni

εὔχυλα, καὶ μείζονα, καὶ γλυκύτερα. τὰ δὲ πρὸς ἠόσι καὶ πέτραις, ἰλύος καὶ ὕδατος ἀμιγῆ, μικρὰ, σκληρὰ, δηκτικά. τὰ δὲ ἐαρινὰ ὄστρεα, καὶ τὰ κατὰ τὴν τοῦ θέρους ἀρχὴν, κρείσσονα, πλήρη, θαλασσίζοντα μετὰ γλυκύτητος, εὐστόμαχα, εὐέκκριτα. τὰ δὲ συνεψόμενα μαλάχῃ ἢ λαπάθῳ, ἢ ἰχθύσιν, ἢ καθ' αὑτὰ, τρόφιμα, καὶ εὐκοίλια."

XLIII. Ex Mneſitheo.

b Μνησίθεος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ Ἐδεστῶν φησίν· „Ὄστρεα καὶ κόγχαι καὶ μύες καὶ τὰ ὅμοια, τὴν μὲν σάρκα δυσκατέργαστά ἐστι, διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ἐν αὐτοῖς ἁλυκήν. διόπερ ὠμὰ μὲν ἐσθιόμενα, κοιλίας ἐστὶν ὑπακτικὰ, διὰ τὴν ἁλυκότητα. τὰ δὲ ἑψόμενα ἀφίητιν ἤτοι πᾶσαν ἢ τὴν πλείστην ἅλμην εἰς τὴν συνέψουσαν αὐτὴν ὑγρότητα. διόπερ αἱ μὲν ὑγρότητες, ἐν αἷς ἂν ἑψηθῇ τι τῶν ὀστρέων, παρακτικαὶ καὶ

succi fiunt, & maiora, & dulciora. At quae in litoribus & ſaxis gignuntur, ubi nihil coeni & aquae dulcis admiſcetur, parva ſunt, dura, mordacis ſaporis. Veris tempore & ineunte aeſtate meliora ſunt, plena, ſaporem habentia ex marino & dulci mixtum, ventriculo idonea, excretu facilia. Cum malva aut lapatho aut piſcibus elixa, aut etiam ſola per ſe, alvum pellunt, & copioſe nutriunt."

43. Mneſitheus vero Athenienſis, in libro de Comeſtibilibus, ait: »Oſtrea, conchae, muſculi, & his ſimilia, carnem habent concoctu difficilem, ob ſalſum humorem qui eis ineſt. Itaque cruda quidem ſumta, vim habent alvum ſubducendi ob ſalſuginem: ſed quae elixantur, ea ſalſuginem vel omnem vel maxima ex parte exuunt & in humore eo deponunt, quo merſa elixantur. Itaque ius quidem, in quo elixata ſunt, al-

ὑπακτικαὶ κοιλίας εἰσίν· αἱ δὲ σάρκες τῶν ἑψομένων [1] ὀστρέων ψόφους [2] ποιοῦσιν, ἐστερημέναι τῶν ὑγρῶν. τὰ δὲ ὀπτὰ τῶν ὀστρέων ἐάν τις αὐτὰ καλῶς ὀπτήσῃ, c ἀλυποτάτην ἔχει διάθεσιν. πεπύρωται γάρ. διὸ οὐχ ὁμοίως τοῖς ὠμοῖς ἐστι δύσπεπτα, καὶ τὰς ὑγρότητας ἐν αὐτοῖς ἔχει κατεξηρασμένας, δι' ὧν ἔκλυτος ἡ κοιλία γίνεται. τροφήν τε [3] δίδωσιν ὑγράν τε καὶ δύσπεπτον ἅπαν ὄστρεον, καὶ πρὸς τὰς οὐρήσεις ἐστὶν οὐκ εὔοδα. Ἀκαλήφη δὲ, καὶ ἐχίνων ὠὰ, καὶ τὰ τοιαῦτα, τροφὴν μὲν δίδωσιν ὑγρὰν καὶ μικράν· τῆς δὲ κοιλίας ἐστὶ λυτικὰ, καὶ οὐρήσεως κινητικά."

XLIV. Ostreorum varia genera & nomina.

Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν Γεωργικοῖς τάδε τῶν ὀστρέων καταλέγει·

Ἠὲ καὶ ὀστρέα τόσσα βυθοὺς ἅτε βόσκεται ἅλ- d
μης,
νηρίται, στρόμβοί τε, πελωριάδες τε, μύες τε,

1 ἑψημένων edd. An στρόφους? 2 ψήφους corr. Dalech. & Cas. τόφους Lister. 3 Fors. τροφὴν δέ.

vum turbat & subducit; caro vero elixorum ostreorum, humore suo privata, flatus excitat. Tosta vero ostrea, si modo recte tosta fuerint, minime omnium incommodant. Nam hoc ipso, quod igne sunt domita, concoctu faciliora sunt quam cruda, & humores illos in se exsiccatos habent, quibus nimis emollitur alvus. Omne vero ostreum nutrimentum praebet humidum & concoctu difficile; nec sunt illa ad urinam ciendam admodum idonea. Urtica vero, & echinorum ova, & quae sunt his similia, alimentum quidem praebent humidum & exiguum, sed alvum solvunt, urinamque cient."

44. Nicander Colophonius, in Georgicis, haec recenset Ostreorum genera:

Aut quotquot ostrea in profundo mari pascuntur,
neritae, turbinesque, & peloriades, musculique,

γλίσχραι τ' ἀλλὰ σύνες τε, [1] καὶ αὐτῆς φωλεὰς πίννης.

Καὶ Ἀρχέστρατος δ' ἐν Γαστρονομίᾳ φησί·

Τοὺς μῦς Αἶνος [2] ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος,
τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη·
πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει, κάπρους τε [3] μετ' αὐτῶν.
Μεσσήνη δὲ πελωριάδες στενοπορθμίδι κόγχαι. [4]
e καὶν Ἑσπέρῳ λήψει τὰς χήμας, [5] οὔτι πονηράς.
τηθεα Καλχηδών. τοὺς κήρυκας δ' ἐπιτρίψαι
ὁ Ζεὺς, τούς τε θαλασσαγενεῖς, καὶ τοὺς ἀγοραίους,
πλὴν ἑνὸς ἀνθρώπου· κεῖνος δέ μοι ἐστὶν ἑταῖρος,
Λέσβον ἐριστάφυλον ναίων, Ἀγάθων δὲ καλεῖται.

Καὶ Φιλύλλιος δὲ, ἢ ὅς τις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὰς Πόλεις, φησί· „Χήμας, λεπάδας, σωλῆνας, μῦς, πίν-

1 σκλῆνες suspicatus est Dalech. γλίσχραι τελλῖναί τε Casaub. 2 Τοὺς μῦς θ' ὁ Αἶνος mſ. *A*. 3 Probavi Casauboni coniect. pro vulgato καὶ ἅπλατα. 4 κόγχας mſ. Ven. 5 τὰς λείας mss.

lubricaeque tellinae, & ipſius latibulum pinnae.

Porro Archeſtratus, in Gaſtronomia, ait:

Muſculos Aenos habet magnos, oſtrea Abydus,
urſos (cancros) *Parium, pectines Mitylenae:*
plurimos vero Ambracia praebet, aproſque (piſces) *cum his.*
Meſſene ad anguſtum fretum ſita peloriadas habet conchas.
Epheſi laeves (chamas) *accipies haudquaquam malas.*
Tethea Calchedon dabit. Praecones vero (i. e. buccina) *obterat*
Iupiter, tam in mari genitos, quam forenſes;
uno viro excepto, qui meus familiaris eſt:
Lesbon ille vitiferam habitat, Agathonque vocatur.

Philyllius vero, aut quiſquis eſt auctor fabulae quae Civitates inſcribitur, ait: *Chamas, lepadas, ſolenas, mu-*

νας, κτένας ἐκ Μηθύμνης. " [1] Ὄστρεια [2] δὲ, μόνως οὕτως, ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις· „ Πίννῃσι καὶ ὀστρείοισιν ὁμοίη." καὶ Ἐπίχαρμος ἐν f Ἥβας γάμοις· „ Ὄστρεια συμπεφυκότα." Ὄστρεον δὲ, ὡς ὄρνεον. Πλάτων ἐν Φαίδρῳ „ ὀστρέου τρόπον, φησὶ, δεδεσμευμένοι. καὶ ἐν Τιμαίῳ· „ Τὸ τῶν ὀστρέων γένος συμπάντων." ἐν δὲ τῷ τῆς Πολιτείας δεκάτῳ „ ὄστρεα, [3] εἶπε, συμπεφυκέναι, ὄστρεά τε καὶ φυκία." Αἱ δὲ πελωρίδες ὠνομάσθησαν παρὰ τὸ πελώριον. μεῖζον γάρ ἐστι χήμης, καὶ παρηλλαγμένον. Ἀριστοτέλης δέ φησι, καὶ ἐν ἄμμῳ αὐτὰς γίνεσθαι. a Τῶν δὲ χημῶν μνημονεύει Ἴων ὁ Χίος ἐν Ἐπιδημίαις. καὶ ἴσως οὕτως ὠνόμασται τὰ κογχύλια παρὰ τὸ κεχηνέναι.

XLV. Margaritae.

Περὶ δὲ τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν γινομένων ὀστρέων

1 ἐκ Μιτυλήνης scribebatur supra. 2 Ὄστρεια hic quidem habent noſtri mssti; mendoſe utique. 3 Pro ὄστρεα oportebat Γλαύκῳ, & dein προσπεφυκότα.

ſculos, pinnas, pectines ex Methymna. Ὄστρεια, ſic ſolummodo, dicebant veteres. Cratinus in Archilochis: *Pinnis & oſtreis* (ὀστρείοισι) *ſimilis.* Et Epicharmus in Hebes Nuptiis: *Oſtrea* (ὄστρεια) *connata.* Sed ὄστρεον [poſteriores,] ſicut ὄρνεον. Plato in Phaedro dixit: *ligati, in modum oſtrei.* (ὀστρέου τρόπον.) Et in Timaeo: *Oſtreorum genus univerſum.* In decimo autem Reipublicae *oſtrea* dicit *adhaeſiſſe: oſtrea & fucos. Pelorides* a vocabulo πελώριος (*ingens, monſtroſus*) nomen habent. Eſt enim oſtreum maius chamis, & inſolitae magnitudinis. Ariſtoteles vero has dicit in ſabulo naſci. *Chamarum* vero meminit Ion Chius, in *Epidemiis:* (i. e. Virorum clarorum in Chio commoratione.) Nomen autem fortaſſe ſortita ſunt haec conchylia ab *hiando;* παρὰ τὸ κεχηνέναι.

45. De Oſtreis vero, quae in Indico mari naſcuntur:

(οὐ γὰρ ἄκαιρον, καὶ τούτων μνησθῆναι, διὰ τὴν τῶν μαργαριτῶν χρῆσιν) Θεόφραστος μὲν ἐν τῷ Περὶ Λίθων γραφει οὕτως· „Τῶν θαυμαζομένων δὲ λίθων ἐστὶ καὶ ὁ μαργαρίτης καλούμενος, διαφανὴς μὲν τῇ φύσει· ποιοῦσι δ' ἐξ αὐτοῦ τοὺς πολυτελεῖς ὅρμους. γίνεται δὲ ἐν ὀστρέῳ τινὶ παραπλησίῳ ταῖς πίνναις, πλὴν
b ἐλάττονι. μέγεθος δὲ ἡλίκον ἰχθύος ὀφθαλμὸς εὐμεγέθης." Ἀνδροσθένης δ' ἐν τῷ τῆς Ἰνδικῆς παράπλῳ γράφει οὕτως· „Τῶν δὲ στρόμβων, καὶ χοιρίνων, καὶ τῶν λοιπῶν κογχυλίων ποικίλαι αἱ ἰδέαι, [1] καὶ πολὺ διάφοροι τῶν παρ' ἡμῖν. γίνονται δὲ πορφύρα τε, [2] καὶ ὀστρέων πολὺ πλῆθος τῶν λοιπῶν· ἓν δὲ ἴδιον, ὃ καλοῦσιν ἐκεῖνοι βέρβερι, ἐξ οὗ ἡ μαργαρῖτις [3] λίθος γίνεται. αὕτη δ' ἐστὶ πολυτελὴς κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ πωλεῖται περὶ Πέρσας τε, καὶ τοὺς ἄνω τόπους,

1 Vulgo αἱ ποικίλαι ἰδέαι. 2 Forſ. πορφύραι τε. 3 Vulgo conſtanter fere μαργαρίτις penacute ſcribunt.

(nec enim ab hoc loco alienum fuerit, horum quoque meminiſſe, propter *margaritarum* uſum:) de illis igitur Theophraſtus in libro de Lapidibus ſcribit ſic: » In lapidum numero, quos admirantur homines, eſt etiam *margarita* quae vocatur, naturâ pellucida, e qua pretioſa fiunt monilia. Naſcitur in oſtreo quodam, ſimili pinnae, ſed minore. Magnitudine eſt oculi piſcis paulo maioris. « Androſthenes vero, in Navigatione praeter Indiae oras, ſic ſcribit: »Turbinum & choerinarum, (porcellanarum) aliorumque conchyliorum variae ſunt formae, & multum diverſae a noſtris. Naſcuntur vero ibi etiam purpurae; & oſtreorum caeterorum magna multitudo: ſed unum ſingulare, quod *berberi* illi vocant, ex quo margarita gemma gignitur. Eſt autem haec magni in Aſia pretii; & apud Perſas in aliiſque ſuperioris Aſiae

πρὸς χρυσίον. ἔστι δ' ἡ μὲν τοῦ ὀστρέου ὄψις παραπλησία τῷ κτενί· οὐ διέγλυπται δὲ, ἀλλὰ λεῖον τὸ c ὄστρακον ἔχει, καὶ δασύ. [1] οὐδὲ ὦτα ἔχει δύο, ὥσπερ ὁ κτείς, ἀλλὰ ἕν. ἡ δὲ λίβος γίνεται ἐν τῇ σαρκὶ τοῦ ὀστρέου, ὥσπερ ἐν τοῖς συείοις ἡ χάλαζα. καὶ ἔστιν ἡ μὲν χρυσοειδὴς σφόδρα, ὡς τε μὴ ῥᾳδίως διαγνῶναι, ὅταν παρατεθῇ παρὰ τὸ χρυσίον· ἡ δὲ, ἀργυροειδής· ἡ δὲ, τελέως λευκὴ, ὁμοία τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἰχθύων." Χάρης δ' ὁ Μιτυληναῖος ἐν ἑβδόμῃ τῶν Περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστοριῶν φησί· „Θηρεύεται δὲ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν θάλασσαν, ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, καὶ Περσικὴν, καὶ Σουσιανὴν, καὶ Βαβυλωνίαν, d παρόμοιον ὀστρέῳ· τὸ δ' ἐστὶν ἀδρὸν καὶ πρόμηκες, ἔχον ἐν αὐτῷ σάρκα καὶ μεγάλην καὶ λευκὴν, εὐώδη σφόδρα. ἐξ ὧν ἐξαιροῦντες ὀστᾶ λευκὰ, προσαγορεύουσι μὲν μαργαρίτην· κατασκευάζουσι δ' ἐξ αὐτῶν ὁρμίσκους τε, καὶ ψέλλια περὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πό-

1 παχὺ interpretatus est Dalech.

regionibus auro contra venditur. Adspectu ostreum illud simile pectini est: testam vero non strigis incisam habet, sed laevem, & villosam: neque aures duas habet, ut pecten, sed unam. Nascitur vero gemma in carne ostrei, quemadmodum in suibus grando. Et sunt quidem aliae aurei coloris, ut non facile dignoscas, si auro admoveas; aliae vero argentei coloris; aliae prorsus albae, similes piscium oculis." Chares vero Mitylenaeus, septimo libro Historiarum Alexandri, scribit: „Capitur in Indico mari, similiter vero etiam in Armenia, Perside, Susiana, Babylonia, animal ostreo simile: cui testa est grandis, oblonga, habens intra se carnem amplam & candidam, suavis admodum odoris. Ex his eximunt ossa candida, quas *margaritas* vocant; e quibus monilia conficiunt, & armillas, manuum pe-

δας· περὶ ἃ σπουδάζουσιν οἱ Πέρσαι, καὶ Μῆδοι, καὶ πάντες Ἀσιανοὶ, πολὺ μᾶλλον τῶν ἐκ χρυσίου γεγενημένων.“

XLVI. De margaritis, ex Iſidoro.

Ἰσίδωρος δ' ὁ Χαρακηνὸς ἐν τῷ τῆς Παρθίας Περιηγητικῷ· „Κατὰ τὸ Περσικὸν πέλαγος νῆσον, φησὶν, εἶναί τινα, ἔνθα πλείστην μαργαρῖτιν εὑρίσκεσθαι. διόπερ σχεδίας καλαμίνας πέριξ εἶναι τῆς νήσου· ἐξ ὧν καθαλλομένους εἰς τὴν θάλασσαν ἐπ' ὀργυιὰς εἴκοσιν, ἀναφέρειν διπλοῦς κόγχους. Φασὶ δ' ὅταν βρονταὶ συνεχεῖς ὦσι, καὶ ὄμβρων ἐκχύσεις, τότε μᾶλλον τὴν πίνναν κύειν, καὶ πλείστην γίγνεσθαι μαργαρῖτιν, καὶ εὐμεγέθη. τοῦ δὲ χειμῶνος εἰς τὰς ἐμβυθίους θαλάμας δύνειν εἰώθασιν αἱ πίνναι· θέρους δὲ τὰς μὲν νύκτας κεχήνασι διανηχόμεναι, ἡμέρας δὲ μύουσιν. ὅσαι δ' ἂν πέτραις ἢ σπιλάσι προσφυῶσι, ῥιζοβολοῦσι· κἀνταῦθα ἐνοῦσαι, τὴν μαργαρῖτιν γεννῶσι. ζωογονοῦν-

dumque ornamenta; quae Perſae, Medi, Aſiaticique omnes, pluris aeſtimant quam quae ex auro confecta ſunt.“

46. Iſidorus vero Characenus, in Parthiae deſcriptione: » In Perſico mari, ait, inſulam eſſe quamdam, ubi plurimae reperiantur margaritae. Itaque multas circa eam inſulam verſari ſcaphas, ex arundine confectas: e quibus in mare deſilientes homines ad viginti ulnarum altitudinem, reportant duplices conchas. Aiunt vero, cum continua tonitrua incidunt, & largior effunditur imber, tum magis concipere pinnas, & plurimas gigni margaritas maximaſque. Hieme in profundos maris gurgites demergi pinnae ſolent: aeſtate vero, noctu hiantes ultro citroque natant, interdiu vero claudunt teſtas. Quae vero petris ſcopuliſque adhaeſere, radices agunt: ibique fixae manentes, margaritam pa-

ται δὲ καὶ τρέφονται διὰ τοῦ προσπεφυκότος τῇ σαρκὶ μέρους. τοῦτο δὲ συμπέφυκε τῷ τοῦ κόγχου στόματι, χηλὰς ἔχον, καὶ νομὴν εἰσφέρον. ὃ δή ἐστιν ἐοικὸς καρκίνῳ μικρῷ, καλούμενον πιννοφύλαξ. διήκει δὲ ἐκ τούτου ἡ σάρξ μέχρι μέσου τοῦ κόγχου, οἱονεὶ ῥίζα· παρ' ἣν ἡ μαργαρῖτις γεννωμένη, αὔξεται διὰ τοῦ στερεοῦ τῆς κόγχης, καὶ τρέφεται, ὅσον ἂν ᾖ προσπεφυκυῖα χρόνον. ἐπειδὰν δὲ παρὰ τὴν ἔκφυσιν ὑποδυομένη ἡ σὰρξ, καὶ μαλακῶς ἐντέμνουσα χωρίσῃ τὴν μαργαρῖτιν ἀπὸ τοῦ κόγχου, ἀμπέχουσα μὲν οὐκέτι τρέφει· λειοτέραν δ' αὐτὴν καὶ διαυγεστέραν ποιεῖ, καὶ καθαρωτέραν. ἡ μὲν οὖν ἐμβύθιος πίννα διαυγεστάτην ποιεῖ, καὶ καθαρωτέραν, καὶ μεγάλην γεννᾷ μαργαρῖτιν. ἡ δὲ ἐπιπολάζουσα, καὶ ἀνωφερὴς, διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτινοβολεῖσθαι δύσχρους καὶ ἥσσων. κινδυνεύουσι δ' οἱ θηρῶντες τοὺς μαργαρίτας, ὅταν εἰς κεχηνότα κόγ-

riunt. Suſtentantur autem & nutriuntur ſui parte quadam, quae carni adhaeret: adnata ea eſt ori conchae, forſices habens, & cibum ingerens; eſtque ſimilis parvo cancro, & *pinnophylax* vocatur. Ab hac vero pertinet caro uſque ad mediam concham, veluti radix: iuxta quam margarita genita augeſcit per ſolidam conchae partem, & nutritur, quamdiu adhaerens manſerit. Poſtquam vero caro per excreſcentiam ſubiens, & paulatim incidens, ſeparavit margaritam a concha, amplectens illam non amplius nutrit; ſed laeviorem, nitidiorem & puriorem reddit. Iam quae in profundo degit pinna, ſplendidiſſimam facit & puriſſimam, magnamque parit margaritam: quae vero in ſummo natat, & ſurſum evehitur, [eius margarita,] quoniam ſolis radiis percutitur, nubili coloris & minor eſt. Verſantur autem in periculo qui margaritas venantur, cum in

b χον κατ' εὐθὺ ἐκτείνωσι τὴν χεῖρα· μύει γὰρ τότε, καὶ πολλάκις οἱ δάκτυλοι αὐτῶν ἀποπρίονται· ἔνιοι δὲ καὶ παραχρῆμα ἀποθνήσκουσιν. ὅσοι δ' ἂν ἐκ πλαγίου ὑποθέντες τὴν χεῖρα τύχωσι, ῥᾳδίως τοὺς κόγχους ἀπὸ τοῦ λίθου ἀπεσπῶσιν." Μαράγδων δὲ μνημονεύει Μέ- Smaragdus.
νανδρος ἐν Παιδίῳ· [1]

Μάραγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει, καὶ Σάρδια.
ἄνευ δὲ τοῦ σ λεκτέον. παρὰ γὰρ τὸ μαρμαίρειν ὠνόμασται, τῷ διαυγὴς ὑπάρχειν.

XLVII. Elixae carnes.

c Μετὰ ταῦτα παρηνέχθησαν πίνακες ἔχοντες τῶν ἐξ ὕδατος κρεῶν πολλά· πόδας, καὶ κεφαλὰς, καὶ ὠτία, καὶ σιαγόνας· ἔτι δὲ καὶ χορδὰς, καὶ κοιλίας, καὶ γλώσσας, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν λεγομένοις ἐφθοπωλίοις. εἴρηται γὰρ, Οὐλπιανὲ, καὶ τὸ ἐφθοπώλιον παρὰ Ποσιδίππῳ, ἐν Παιδίῳ. Καὶ πάλιν ζητούντων τοὺς ὀνομάσαντάς τι τού-

1 Vulgo ἐν Πεδίῳ.

apertam concham rectâ manum inferunt: claudit enim ea tunc teſtam, ac ſaepe digiti eorum abſcinduntur; & nonnulli protinus moriuntur. Qui vero a latere forte inſeruere manum, hi conchas facile a ſaxo avellunt. *Maragdorum* meminit Menander in Puerulo:

Maragdum haec eſſe oportebat & Sardos lapides.

Abſque *s* litera efferendum eſt nomen; a μαρμαίρειν dictum, id eſt, a *ſplendore*, quo nitet illa gemma.

47. Poſthaec adlatae ſunt patinae, multa carnium genera elixa continentes: pedes, capita, auriculas, maxillas; adhaec lactes, ventriculos, & linguas; quemadmodum Alexandriae moris eſt in ἐφθοπωλίοις (tabernis coctilitiis) quae vocantur. Utitur enim, o Ulpiane, hoc vocabulo ἐφθοπώλιον etiam Poſidippus, in Puerulo. Quum igitur rurſus quaereremus, apud quem (e veteribus) nomina unius aut alterius ex iſtis eduliis lege-

Ventriculi. των, ὁ μέν τις ἔλεγε· Τῶν ἐδωδίμων κοιλιῶν μνημονεύει Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσι·

Φήσω σε ἀδεκατεύτους κοιλίας πωλεῖν. d

καὶ ἑξῆς·

Τί μ', ὦ 'γαθ' οὐ πλύνειν ἐᾷς τὰς κοιλίας,
πωλεῖν τε τοὺς ἀλλᾶντας, ἀλλὰ καταγελᾷς;

καὶ πάλιν·

Ἐγὼ δέ γ' ἥνυστρον βοὸς, καὶ κοιλίαν ὑείαν [1]
καταβροχθίσας, κἆτ' ἐκπιὼν τὸν ζωμὸν, ἀναπόνιπτος
λαρυγγιῶ τοὺς ῥήτορας, καὶ Νικίαν ταράξω.

καὶ πάλιν·

Ἡ δ' Ὀβριμοπάτρα γ' ἔφθὸν ἐκ ζωμοῦ κρέας, e
καὶ χόλικος, ἠνύστρου τε, καὶ γαστρὸς τόμον.

Maxillae. Σιαγόνος δὲ, Κρατῖνος Πλούτοις·

Περὶ σιαγόνος βοείας μαχόμενος.

1 ὑΐνην mss. ὑείνην edd.

rentur, dixit nonnemo: *Ventriculorum* in cibum paratorum meminit Ariſtophanes in Equitibus:

Dicam, te non decimatos vendere ventriculos.

& deinde:

Cur me, o bone, non ſinis iſtos eluere ventriculos,
& farcimina haec vendere, ſed riſui habes?

rurſuſque:

Ego vero, bovis omaſum ventremque ſuillum
cum deglutivero, & iuſculum ebibero, illotus dein
guttur praecidam rhetoribus, Niciamque conturbabo.

& iterum:

At Virgo patrima carnem (tibi dat) *in iure elixam,*
& inteſtini omaſique & ventriculi fruſtum.

Maxillae vero Cratinus meminit, in Plutis:

De maxilla bovina contendens.

καὶ Σοφοκλῆς, Ἀμύκῳ·

— — — Σιαγόνας δὲ δὴ
μαλθακὰς τίθησι. — —

Πλάτων δ' ἐν Τιμαίῳ γράφει· „Καὶ τὰς σιαγόνας ἄκρας αὐτοῖς συνέδησεν ὑπὸ τὴν φύσιν τοῦ προσώπου.“ καὶ Ξενοφῶν ἐν τῷ Περὶ Ἱππικῆς· „σιαγόνα μικρὰν, f συνεσταλμένην.“ οἱ δὲ ὑαγόνα, διὰ τοῦ υ στοιχείου ἐκφέροντες, κατ' ἀναλογίαν λέγουσιν ἀπὸ τοῦ ὑός. Χορδῶν τε μέμνηται Ἐπίχαρμος, ἃς ὀρύας ὀνομάζει, Lactes. ἐπιγράψας τι καὶ τῶν δραμάτων Ὀρύαν. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις·

Ἐκ μοῦ χορδὴν τοῖς φροντισταῖς παραθέντων.

Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ·

Ὡς λεπτὸς, ἦ δ' ὃς, ἔσθ' ὁ τῆς χορδῆς τόμος.

καὶ Εὔπολις ἐν Αἰξίν. Ἄλεξις δ' ἐν Λευκαδίᾳ ἢ Δραπέταις·

& Sophocles, in Amyco:

Et maxillas adponit teneras.

Plato vero in Timaeo ſcribit: »Et extremas maxillas illis coaptavit ſub vultu.« Et Xenophon in libro de Arte Equeſtri: »Maxillam parvam, contractam.« Qui vero σιαγὼν per υ literam efferunt, id ſe facere dicunt ſecundum analogiam, a vocabulo ὗς, ὑός. *Lactium* Epicharmus meminit, quas ὀρύας ille vocat, qui & dramatum alicui ſuorum titulum fecit *Orya*. Ariſtophanes, in Nubibus:

Ex me lactes paranto, & ſcholaſticis illis adponunto.

Cratinus, in Lagena:

Quam tenue, inquit ille, eſt hoc lactium fruſtum.

Item Eupolis in Capris. Alexis vero in Leucadia ſeu Fugitivis:

Χορδαρίου τόμος ἦκε καὶ περίκομμά τι. [1] a
Ἀντιφάνης ἐν Γάμοις·
Ἐκτεμὼν χορδῆς μέσαιον.

XLVIII. Pedes, auriculae, roſtrum.

Ποδῶν δὲ, καὶ ὠτίων, ἔτι δὲ ῥύγχους, Ἄλεξις ἐν Κρατεύᾳ ἢ Φαρμακοπώλῃ· τὸ δὲ μαρτύριον ὀλίγον ὕστερον ἐκθήσομαι, πολλὰ ἔχον τῶν ζητουμένων ὀνομάτων. Θεόφιλος, Παγκρατιαστῇ·

— — Α. Ἑφθῶν μὲν σχεδὸν
τρεῖς μνᾶς. Β. Λέγ' ἄλλο. Α. ῥυγχίον, κωλῆν, πόδας
τέτταρας ὑείους· Β. Ἡράκλεις. Α. βοὸς δὲ τρεῖς. b
Ἀναξίλας, [2] Μαγείροις·
Α. Τῶν Αἰσχύλου πολὺ μᾶλλον εἶναί μοι δοκεῖ
ἰχθύδι' ὀπτᾶν. Β. Τί σὺ λέγεις ἰχθύδια;
συσσίτιον μέλλεις νοσηλεύειν. ὅσον

1 Vulgo περικομματίων. 2 Suſpectum h. l. nomen.

Lactium fruſtum veniebat, & minutal aliquod.

Antiphanes, in Nuptiis:

Cum exſecuiſſet e mediis lactibus fruſtum.

48. *Pedum* vero, & *auricularum*, & *roſtri* Alexis mentionem facit in Crateva ſeu Pharmacopola: teſtimonium eius autem paulo poſt adponam, multa continens ex eis nominibus de quibus quaerimus. Theophilus, in Pancratiaſtâ:

— — — Α. *Elixarum quidem carnium*
tres libras. Β. *Dic aliud.* Α. *Roſtrum, pernam, pedes*
quatuor ſuillos. Β. *Oh Hercules!* Α. *Bubulos vero tres.*

Anaxilas, in Coquis:

Α. *Multo ſatius, quam Aeſchyli verſus (recitare,) mihi videtur,*
piſciculos aſſare. Β. *Quid ais piſciculos?*
Convivas ut aegros vis curare? Quanto praeſtat [ſive, *Quantum hoc eſt,*]

ἀκροκώλι' ἐψεῖν ἐστι, ῥύγχη, [καὶ] πόδας;

Ἀναξίλας δ' ἐν Κίρκῃ,

Δεινὸν μὲν γὰρ ἔχονθ' ὗς ῥύγχος, ὦ φίλε Κινησία.

καὶ ἐν Καλυψοῖ·

c Ῥύγχος Φορῶν ὕειον ἠσθόμην τότε.

Ὠτάρια δ' ὠνόμασε καὶ Ἀναξανδρίδης ἐν Σατύρῳ.[1] Ἀξιόνικος δὲ ἐν Χαλκίδι[2] φησί·

— — — Ζωμοποιῶ

θερμὸν ἰχθὺν ἐπαναπλάττων, ἡμίβρωτα λείψανα
συντιθεὶς, οἷονται ἄνω ἑτεράλικα[3] σιλφίῳ
σφενδονῶν, ἀλλᾶντα τέμνω· παραφέρω χορδῆς τόμον·
ῥύγχος εἰς ὄξος πιέζω· ὥστε πάντας ὁμολογεῖν,
τῶν γάμων κρεῖττω γεγονέναι τὴν ἔωλον ἡμέραν.

d Ἀριστοφάνης, Προαγῶνι·

1 ἐν Σατυρίᾳ mſ. *A.* 2 Rectius utique fuerit Χαλκιδικῷ. 3 Forſ. συντιθεὶς, ὑός τ' ἀκροκάλια ἀτάριά τε, σιλφ.

trunculos elixare, roſtra, pedes?

[Idem] Anaxilas, in Circe:

Terribile enim habentem ſuillum roſtrum, o care Cineſia.

& in Calypſo:

Tunc intellexi, ſuillum me geſtare roſtrum.

Auriculas nominavit etiam Anaxandrides in Satyro. [*ſive*, Satyria.] Axionicus vero in Chalcide [*ſive*, Chalcidico] dicit:

— — — *Ius condio,*
in quo calidum piſcem refingo, ſemieſas reliquias
compono, & ſuillos trunculos auriculaſque; ſilphio
iſta conſpergo; hillam diſſeco; adpono lactium fruſtum;
roſtrum in acetum deprimo: ut omnes faterentur,
diem, quo reliquiae comedebantur, lautiorem fuiſſe ipſis
nuptiis.

Ariſtophanes in Proagone:

Ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύστηνος, τέκνον. [1]
πῶς εἰσίδω [τὸ] ῥύγχος περικεκαυμένον.

Φερεκράτης, Λήρις·

Ὡς οὐχὶ τουτὶ ῥύγχος ἀτεχνῶς ἔσθ' ὑός;

Rynchos, locus Aetoliae. Καὶ τόπος δέ τις οὕτω καλεῖται, Ῥύγχος, περὶ Στράτον τῆς Αἰτωλίας, ὡς φησι Πολύβιος ἐν ἕκτῃ Ἱστοριῶν. Στησίχορός τε φησὶν ἐν Συοθήραις·

Κρύψαι δὲ ῥύγχος ἄκρον γᾶς ὑπένερθεν.

Roſtrum, pro Facie. Ὅτι δὲ κυρίως λέγεται ῥύγχος ἐπὶ τῶν συῶν, προείρηται. ὅτι δὲ καὶ ἐπ' ἄλλων ζώων, Ἄρχιππος Ἀμφιτρύωνι δευτέρῳ κατὰ παιδιὰν εἴρηκε καὶ ἐπὶ τοῦ προσώπου, οὕτως· e

Καὶ ταῦτ', ἔχων τὸ ῥύγχος οὑτωσὶ μακρόν.

καὶ Ἀραρὼς, Ἀδώνιδι·

Ὁ γὰρ θεὸς τὸ ῥύγχος ὡς ἡμᾶς [2] στρέφει.

1 τέκνων mſ. *A*. 2 Al. εἰς ἡμᾶς.

Guſtavi lactes miſer ego, o fili,
quo pacto roſtrum hoc ambuſtum adſpiciam?

Pherecrates in Nugis:

Nonne igitur plane hoc roſtrum eſt ſuis?

Eſt vero etiam locus ſic dictus, *Rynchos* (i. e. *Roſtrum*) circa Stratum in Aetolia, ut ait Polybius ſexto libro Hiſtoriarum. Steſichorus vero, in Suum Venatoribus, dicit:

Sub terra ſummum roſtrum abdere.

Vocabulum igitur ῥύγχος, (*roſtrum*,) de ſue proprie uſurpari, praedictum eſt. Sed & de aliis uſurpari animantibus, teſtis eſt Archippus, qui in Amphitryone ſecundo per iocum ſic dixit:

Et quidem, cum roſtrum habeat adeo longum.

Et Araros, in Adonide:

In nos Deus roſtrum (faciem) *convertit,*

Ἀκροκωλίων δὲ μέμνηται Ἀριστοφάνης, Αἰολοσίκωνι· XLIX. Trunculi.

Καὶ μήν, τὸ δεῖν', ἀκροκώλιά γέ [1] σοι τέτταρα
f ἤψησα τακερά.

καὶ ἐν Γηρυτάδῃ·

Ἀκροκώλια, ἄρτοι, κάραβοι.

Ἀντιφάνης, Κορινθίᾳ· „A. Ἔπειτα καὶ ἀκροκώλιον ὕειον Ἀφροδίτῃ, γελοῖον. B. Ἀγνοεῖς· ἐν τῇ Κύπρῳ δ' οὕτω φιλῆδεῖ ταῖς ὑσὶ, [2] δέσποτα, ὥς τε σκατοφαγεῖν ἀπεῖρξε τὸ ζῷον, τοὺς δὲ βοῦς ἠνάγκασεν." Ὅτι δὲ ὄντως Ἀφροδίτῃ ὗς θύεται, μαρτυρεῖ Καλλίμαχος, ἢ Ζηνόδοτος, ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι, γρά-
a φων ὧδε· „Ἀργεῖοι Ἀφροδίτῃ ὖν θύουσι, καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται Ὑστηρία. [3] Φερεκράτης δ' ἐν Μεταλλεῦσι, Hyſteria.

Σκελίδες [4] δ' ὁλόκνημοι πλησίον τακερώταται

1 Vulgo δέ σοι. 2 Ὗεσι vulgo ſcribunt. 3 Rectius fuerit Ὑστήρια. 4 Vulgo Σχελίδες h. l.

49. *Trunculorum* vero (τῶν ἀκροκωλίων) meminit Ariſtophanes in Aeoloſicone:

Atqui, malum! nonne tibi trunculos quatuor
elixavi teneros?

& in Gerytade:

Trunculi, panes, carabi.

Antiphanes, in Corinthia: A. *Deinde etiam trunculi ſuilli Veneri, res ridicula.* B. *Immo tu neſcis: nam in Cypro ita delectatur illa ſuibus, here, ut hoc animal non paſſa ſit ſtercore veſci, boves vero coëgerit.* Revera autem Veneri ſacrificari ſuem, teſtificatur Callimachus aut Zenodotus in Commentariis, ſic ſcribens: »Argivi ſuem ſacrificant Veneri, & feſtus ille dies *Hyſteria* dicitur.« Pherecrates vero, in Metallicis:

Integrae aderant pernae tenerrimae

ἐπὶ πινακίσκοις, καὶ δίεφθ' ἀκροκώλια.

Ἄλεξις, Κυβευταῖς·

Ἠριστηκότων

σχεδόν τι δ' ἡμῶν ἐξ ἀκροκωλίου τινός.

καὶν Παννυχίδι ἢ Ἐρίθοισιν·

— — — Ἡμίοπτα μὲν

τὰ κρεάδι' ἐστὶ, τὸ περίκομμ' ἀπόλλυται·

ὁ γόγγρος ἔφθὸς, τὰ δ' ἀκροκώλι' οὐδέπω. b

Τῶν δ' ἐφθῶν ποδῶν μνημονεύει Φερεκράτης ἐν Δουλοδιδασκάλῳ· A. „Ὡς παρασκευάζεται δεῖπνον πῶς ἂν εἴπαθ' ἡμῖν. B. Καὶ δῆτα· ὑπάρχει τέμαχος ἐγχέλιον [1] ἡμῖν, τευθὶς, ἀρνεῖον κρέας, Φύσκης τόμος, πόδες ἐφθὸς, ἤπαρ, πλευρὸν, ὀρνίθια πλήθει πολλὰ, τυρὸς ἐν μέλιτι, μερὶς κρεῶν." Ἀντιφάνης, Παρασίτῳ·

— — — A. Χοιρίων [2]

σκέλη καπυρά. B. Ἀστεῖόν γε, νὴ τὴν Ἑστίαν,

1 ἐγχέλειον malebam. 2 χοιρέων vulgo.

in lancibus, & bis elixi trunculi.

Alexis, in Aleatoribus:

Pranſi fere eramus, comeſtis trunculis.

Idem, in Pervigilio ſeu Lanificis:

— — *Semicoctae quidem*

carnes ſunt, corruptum minutal eſt:

conger elixus, ſed trunculi nondum.

Elixorum pedum meminit Pherecrates, in Servo-Magiſtro: A. *Igitur, quomodo paretur coena, nobis dicite.* B. *Adeſt ſcilicet nobis fruſtum anguillae, loligo, agnina caro, hillae portio, pes elixus, iecur, coſta, aviculae bene multae, caſeus cum melle, carnium portiunculae.* Antiphanes, in Paraſito:

— — — A. *Porculorum*

crura ferventia. B. *Feſtivum ſane, per Veſtam,*

c ἄριστον. A. Ἔφθος [1] τυρὸς ἐπεδόνει [2] πολύς.

Ἐκφαντίδης δ' ἐν Σατύροις·

Πόδας τε εἰ δέοι πριάμενον καταφαγεῖν ἐφθοὺς ὑός.

Γλώσσης δὲ μέμνηται Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς, διὰ τούτων· „Ἄλις ἀφύης μοι· παρατέταμαι γὰρ, τὰ λιπαρὰ κάπτων. ἀλλὰ φέρετ' ἀπόβασιν, ἡπάτιον, [3] ἢ καπριδίου νέου κόλλοπά τινα· εἰ δὲ μὴ, πλευρὸν, ἢ γλῶτταν, ἢ σπλῆνα, [4] ἢ νῆστιν, ἢ δέλφακος ὀπωρινῆς ἠτριαίαν φέρετε δεῦρο, μετὰ κολλάβων χλιαρῶν." Lingua elixa.

d Τοσούτων λεχθέντων καὶ περὶ τούτων, οὐδὲ τῶν ἰατρῶν οἱ παρόντες ἀσύμβολοι μετειλήφασιν. ἔφη γὰρ ὁ Διονυσιοκλῆς· Μνησίθεος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ Ἐδεστῶν, ἔφη· „Κεφαλὴ καὶ πόδες ὑὸς οὐ πολὺ τὸ τρόφιμον καὶ λιπαρὸν ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι." [5] Καὶ ὁ Λεωνίδης· Δήμων, ἐν τετάρτῳ Ἀτθίδος, Ἀφείδαντα, φη- L. Apheidas rex Athen.

1 ἐφθεῖς suſpicatus eſt Caſaub. 2 An ἐπεδύπει, ſtridebat? 3 ἀπόφυσιν ἡπατίου ſuſp. Caſ. cum Dalech. 4 σπληνὸς vulgo. 5 Intercidiſſe hic nonnulla ſuſpicari licet cum Caſ.

prandium. A. *Elixus caſeus tremebat ſuper eis multus.*

Ecphantides vero in Satyris:

Emtos, ſi opus fuerit, comeſſe pedes elixos ſuis.

Linguae meminit Ariſtophanes, in Tageniſtis, his verbis: *Satis eſt apuae: horum enim pinguium eſu diſtentus ſum. Sed adferte quod iſta expellat: hepar, aut iuvenis apri cervicem; ſin minus, coſtam, aut linguam, aut lienem, aut lactes, aut porcelli autumnalis ſumen huc adferte, cum tepidis panicellis.*

50. Haec poſtquam ſuper hiſce diſputata eſſent, ne medici quidem praeſentes ſuam partem capere ſine ſymbola voluere. Dixit enim Dionyſiocles: Mneſitheus Athenienſis in libro De Eduliis ait: » Caput & pedes ſuis non multum nutrimenti aut pinguedinis in ſe habent.« Leonides vero dixit: Demon, quarto libro Rerum Atticarum ſcri-

σὶ, βασιλεύοντα Ἀθηνῶν, Θυμοίτης ὁ νεώτερος ἀδελφὸς, νόθος ὢν, ἀποκτείνας, αὐτὸς ἐβασίλευσεν. ἐφ' Melanthus Meſſenius. οὗ Μέλανθος Μεσσήνιος ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος, ἐπήρετο τὴν Πυθίαν ὅπου κατοικήσῃ. ἡ δὲ ἔφη, ἔνθα ἂν e ξενίοις πρῶτον τιμηθῇ, τοὺς [1] πόδας αὐτῷ καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τῷ δείπνῳ παραθέντων. καὶ τοῦτ' ἐγένετο αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι· τῶν ἱερειῶν γὰρ τότε πάτριόν τινα ἑορτὴν ἐπιτελουσῶν, καὶ πάντα τὰ κρέα καταναλωκυιῶν, τῶν δὲ ποδῶν καὶ τῆς κεφαλῆς ὑπολοίπων ὄντων, ταῦτα τῷ Μελάνθῳ ἀπέστειλαν.

LI.

ΜΗΤΡΑ ἐξῆς ἐπεισηνέχθη, μητρόπολίς τις [2] ὡς Vulva ſuilla. ἀληθῶς οὖσα, καὶ μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν, οὓς εἰς ὑωδίαν κωμῳδουμένους οἶδα. εἰς ἣν ἀποβλέψας ὁ f Οὐλπιανός· Ἄγε δὴ, ἔφη, ἄνδρες φίλοι, παρὰ τίνι κεῖται ἡ μήτρα; ἱκανῶς γὰρ γεγαστρίσμεθα, καὶ

1 Forſ. ὑπὸ τῶν τοὺς ποδ. 2 μητροπολίς τις edd. vett.

bit: »Apheidantem, Athenienſium regem, iunior frater Thymoetes, qui ſpurius erat, interfecit, & regnum ipſe occupavit. Quo regnante Melanthus Meſſenius, patriâ pulſus, quaeſivit e Pythiâ, ubinam habitatum concederet. Reſpondit illa, *ubi primum pro hoſpitali munere pedes & caput ipſi in coenam adponerentur.* Id autem ei accidit Eleuſine: cum enim ibi foeminae ſacerdotes feſtum aliquem diem patrio more celebrarent, omneſque carnes abſumſiſſent, & nihil niſi pedes & caput reliquum eſſet, haec illae Melantho miſerunt.

51. VULVA deinde (μήτρα) illata eſt, quae veluti metropolis quaedam revera erat, & mater filiorum Hippocratis, quos propter ſuillum ingenium ſcio eſſe a comicis irriſos. Quam reſpiciens Ulpianus: Agite, inquit, amici, apud quem legitur μήτρα vocabulum? Satis enim ventri dedimus operam, & tempus nunc eſt,

καιρὸς ἤδη ἐστὶ καὶ λέγειν ἡμᾶς. τοῖς δὲ Κυνικοῖς τούτοις [1] παρακελεύομαι σιωπᾶν, κεχορτασμένοις ἀφειδῶς· πλὴν εἰ μὴ καὶ τῶν σιαγόνων καὶ τῶν κεφαλῶν κατατρῶξαι βούλωνται καὶ τὰ ὀστᾶ, ὧν οὐδεὶς φθόνος αὐτοῖς ἀπολαύειν, ὡς κυσί. τοῦτο γάρ εἰσι, καὶ εὔχονται καλεῖσθαι. Cynici, canes.

a Νόμος δὲ, λείψαν' ἐκβάλλειν κυσίν· —

ἐν Κρήσσαις ὁ Εὐριπίδης ἔφη. πάντα γὰρ ἐσθίειν καὶ πίνειν θέλουσιν, ἐπὶ νοῦν οὐ λαμβάνοντες ὅπερ ὁ θεῖος Πλατων ἔφη ἐν Πρωταγόρᾳ· „Τὸ περὶ ποιήσεως διαλέγεσθαι, ὁμοιότατον εἶναι τοῖς συμποσίοις τοῖς τῶν φαύλων καὶ ἀγοραίων ἀνθρώπων. καὶ γὰρ οὗτοι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀλλήλοις δι' αὐτῶν συνεῖναι ἐν τῷ πότῳ, μηδὲ διὰ τῆς ἑαυτῶν φωνῆς καὶ λόγων τῶν ἑαυτῶν, ὑπὸ ἀπαιδευσίας· τιμίας ποιοῦσι τὰς αὐλητρίδας, πολλοῦ μισθούμενοι ἀλλοτρίαν φωνὴν, τὴν b τῶν αὐλῶν, καὶ διὰ τῆς ἐκείνων φωνῆς ἀλλήλοις ξύν-

1 τοῦτο vulgo.

ut differamus etiam. Cynicos vero hos iubeo tacere, largiter pastos; nisi forte etiam maxillarum & capitum ossa velint adrodere; quibus ut fruatur per nos licet illis, ut canibus: canes enim & sunt, & vocari gloriantur.

Moris est autem, canibus reliquias proiicere;

ait in Cressis Euripides. Volunt enim omnia comedere & bibere, minime reputantes id quod in Protagora divinus Plato scripsit: »De rebus poëticis disputare, persimile esse conviviis trivialium plebeiorumque hominum. Nam & hi, quoniam inter pocula se ipsi inter se vel sua voce vel suis colloquiis oblectare propter suam insciti am non possunt, magni faciunt tibicinas, & ingenti mercede alienam voc m, tibiarum cantum, conducunt, illarumque sono sese oblectant. Ubi vero ele-

εισιν. ὅπου δὲ καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ξυμπόται καὶ πεπαιδευμένοι εἰσὶν, οὐκ ἂν ἴδοις αὐλητρίδας, οὔτε ὀρχηστρίδας, οὔτε ψαλτρίας, ἀλλ' αὐτοὺς ἑαυτοῖς ἱκανοὺς ὄντας συνεῖναι ἄνευ τῶν λήρων τε καὶ παιδιῶν τούτων, διὰ τῆς ἑαυτῶν φωνῆς, λέγοντάς τε, καὶ ἀκούοντας ἐν μέρει ἑαυτῶν κοσμίως, κἂν πάνυ πολὺν οἶνον πίωσι." Τοῦτο δ' ὑμεῖς ποιεῖτε, ὦ Κύνουλκε· πίνοντες, μᾶλλον δ' ἐκπίνοντες, αὐλητρίδων καὶ ὀρχηστρίδων δίκην ἐμποδίζετε τὴν διὰ τῶν λόγων ἡδονήν· „ζῶντες (κατὰ c τὸν αὐτὸν Πλάτωνα, ὡς ἐν τῷ Φιλήβῳ φησὶν) οὐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλλά τινος πλεύμονος, ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρείων ἔμψυχα [1] ἐστὶ σωμάτων."

LII.

Cynulcus iratus Ulpiano.

Καὶ ὁ Κύνουλκος ὀργισθείς· Γάστρων, ἔφη, καὶ κοιλιόδαιμον ἄνθρωπε, οὐδὲν ἄλλο σὺ οἶσθα, οὐ λόγους διεξοδικοὺς εἰπεῖν, οὐχ ἱστορίας μνησθῆναι, οὐ τῆς ἐν λόγοις χάριτος ἀπάρξασθαί ποτε· ἀλλὰ τὸν

1 Vulgo μετ' ὀστρέων ἐμφύχων.

gantes & honeſti eruditique ſunt convivae, non videas tibicinas, nec ſaltatrices, nec pſaltrias: ſed ipſi ſibi ſufficiunt ad ſe mutuo oblectandos abſque nugis iſtis & luſibus, ſua ipſorum voce; differentes, & viciſſim audientes alios modeſte, quamvis multum etiam vini biberint." — Hoc autem vos facitis, o Cynulce; bibentes, immo vero ebibentes vinum, impeditis, haud ſecus ac tibicinae & ſaltatrices, voluptatem quam adferunt ſermones: »non hominis vitam (ut ait idem Plato, in Philebo) viventes, ſed marini alicuius pulmonis, aut aliorum animantium quae in mari cum teſtaceis corporibus habitant."

52. Ibi tum Cynulcus iratus: Tu lurco, inquit, cui venter pro Deo eſt, nil aliud noſti; nullam continuam copioſioremque diſputationem exſequi, non hiſtoriam commemorare, non gratiam venuſtatemque ſermonis

χρόνου ἅπαντα περὶ ταῦτα κατετρίβης ζητῶν, Κεῖται; οὐ κεῖται; εἴρηται; οὐκ εἴρηται; ἐξονυχίζεις τε πάντα
d τὰ προσπίπτοντα τοῖς συνδιαλεγομένοις, τὰς ἀκάνθας συνάγων·

ὡς ἀν' ἐχινόποδας, καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν
ἀεὶ διατρίβων, ἀνθέων τῶν ἡδίστων μηδὲν συναθροίζων. ἦ οὐ σὺ εἶ ὁ καὶ τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων καλουμένην στρή- Soloecismi.
ναν, κατά τινα πατρίαν παράδοσιν λεγομένην, καὶ διδομένην τοῖς Φίλοις, ἐπινομίδα καλῶν; καὶ εἰ μὲν τὴν Πλάτωνος ζηλώσας, μαθεῖν βουλόμεθα· εἰ δὲ παρά τινι οὕτως εὑρὼν λεγομένην, ἐμοὶ φάνισον τὸν εἰπόντα. ἐγὼ γὰρ οἶδα ἐπινομίδα καλουμένην καὶ μέρος τι τῆς τριήρους, ὡς Ἀπολλώνιος ἐν Τριηρικῷ παρα-
e τέθειται. Οὐ σὺ εἶ ὁ καὶ τὸν καινὸν καὶ οὐδέ πω ἐν χρείᾳ γενόμενον φαινόλην (εἴρηται γὰρ, ὦ βέλτιστε, καὶ ὁ

delibare umquam; ſed totam aetatem in eo contriviſti, ut quaereres, *Scriptum-ne eſt? non ſcriptum eſt? Dictum eſt? non dictum eſt?* Et omnia quae in ſermonem incidunt eorum, qui tecum diſputant, ad unguem examinas, ſpinas congerens;

velut inter carduos, & aſperam inter ononim

ſemper verſans, ſuaviſſimorum florum nihil colligens. Annon tu ille es, qui, quae a Romanis *ſtrena* vocatur, patrio more ſic dictam, & amicis dari ſolitam, *epinomidem* vocas? In quo quidem ſi Platonem imitaris; quam id facias recte, velim ſcire: ſi apud veterum aliquem ſic reperiſti vocatam, ede nobis eum qui ita dixerit: nam *epinomida* equidem ſcio dici etiam partem aliquam triremis, cuius uſus exempla ab Apollonio in commentario De Triremibus ſunt adpoſita. Nonne is tu es, qui *novum* & *quo uſus nondum eras* φαινόλην (reperitur enim etiam, vir optime, *paenula* graece dicta ὁ φαινόλης) ἄχρηστον

Φαινόλης,) εἰπών; „Παῖ Λεῦκε, δός μοι τὸν ἄχρηστον Φαινόλην.“ Εἰς Βαλανεῖον δέ ποτε πορευόμενος, οὐκ ἔφης πρὸς τὸν πυνθανόμενον, Ποῖ δή; „Ἀπολούμενος, ἦν δ' ἐγὼ, ἐπείγομαι.“ κἀκείνης σοι τῆς ἡμέρας ὁ καλὸς κανυσινὸς ὑπὸ λωποδυτῶν ἀνηρπάσθη· ὡς γέλωτα πάμπολυν ἐν τῷ Βαλανείῳ γενέσθαι, ἀχρήστου ζητουμένου Φαινόλου. Ἄλλοτε δέ, ὦ ἑταῖροι φίλτατοι, (πρὸς γὰρ ὑμᾶς εἰρήσεται τἀληθῆ,) προσέ- f πταισε λίθῳ, καὶ τὴν κνήμην ἔλυσε· θεραπευθεὶς οὖν προήει, καὶ πρὸς τοὺς πυνθανομένους, Τί τοῦτο Οὐλπιανέ; ὑπώπιον ἔλεγε. κἀγὼ (ξυνῆν γὰρ αὐτῷ) τότε τὸν γέλωτα φέρειν οὐ δυνάμενος, παρά τινι τῶν φίλων ἰατρῷ ὑπαλειψάμενος τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς παχεῖ φαρμάκῳ, πρὸς τοὺς πυνθανομένους, τί δὲ σύ; πρόσκομμα ἔφασκον.

anaſtaton (*erectum*) vocant, qui mulieribus paratur arcana geſtantibus. Eſt vero etiam *pyramus*, panis cum ſeſamo piſtus, ac fortaſſe idem cum ſeſamite. Meminit autem horum omnium Tryphon, primo libro de Plantis; quemadmodum & eorum qui *thiagones* vocantur, qui in Deorum honorem apud Aetolos conficiuntur. Porro apud Athamanes ſunt etiam *dramices* & *araxis*, nomina panes ſignificantia.

81. Varia quoque Panum *nomina* recenſent Gloſſarum ſcriptores. Seleucus *dramin*, a Macedonibus ſic vocatum; *daraton* vero a Theſſalis. *Etnitam* vero (ſive, *Enitam*) panem eſſe ait lecithiten; (i. e. ovorum vitellis mixtum;) *ericiten* vero, qui fiat e tritico fracto, grumuſo, non cribrato. Amerias vero *xeropyritan* vocat pa-

ξηροπυρίταν, τὸν αὐτόπυρον ἄρτον· ὁμοίως δὲ καὶ Τιμαχίδας. Νίκανδρος δὲ θιαγόνας φησὶν ἄρτους ὑπ' Αἰτωλῶν καλεῖσθαι, τοὺς τοῖς θεοῖς γινομένους. Αἰγύπτιοι δὲ τὸν ὑποξίζοντα ἄρτον Κυλλάστιν καλοῦσιν. μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσι·

Καὶ τὸν κυλλάστιν φθέγγου, καὶ τὸν πετόσιριν.

μνημονεύουσιν αὐτοῦ καὶ Ἑκαταῖος, καὶ Ἡρόδοτος, καὶ ὁ Φανόδημος ἐν ἑβδόμῃ Ἀτθίδος. ὁ δὲ Θυατειρηνὸς
d Νίκανδρος τὸν ἐκ τῆς κριθῆς ἄρτον γινόμενον ὑπὸ Αἰγυπτίων κύλλαστίν φησι καλεῖσθαι. Τοὺς δὲ ῥυπαροὺς ἄρτους φαιοὺς ὠνόμασεν Ἀλεξις ἐν Κυπρίῳ, οὕτως·

Α. Ἐπειτά πως ἦλθες; Β. Μόλις γ' ὀπτωμένους
κατέλαβον. Α. Ἐξόλοι'. ἀτὰρ πόσους φέρεις;
Β. Ἑκκαίδεκ' οἴσω δεῦρο, — — —
λευκοὺς μὲν ὀκτὼ, τῶν δὲ φαιῶν τοὺς ἴσους.

nem autopyrum; (i. e. cui nihil ademtum:) pariter etiam Timachidas. Nicander vero *thiagonas* ait panes ab Aetolis vocari, qui in Deorum honorem conficiantur. Aegyptii ſubacidum panem *cyllaſtin* vocant; cuius meminit Ariſtophanes in Danaidibus:

Et cyllaſtin loquere & Petoſirin.

Eiuſdem meminere etiam Hecataeus, & Herodotus, & Phanodemus libro ſeptimo Rerum Atticarum. Thyatirenus vero Nicander, panem ex hordeo confectum cyllaſtin ab Aegyptiis vocari, ſcribit. Sordidos vero panes, *fuſcos* nominavit Alexis in Cyprio, ſic ſcribens:

A. *Tandem aliquando veniſti?* B. *Vix quidem octos reperi.* A. *Dii te perdant! ſed quot panes adfers?*
B. *Sedecim huc adferam:* — —
octo quidem candidos, totidemque fuſcos.

Βλῆμα [1] δέ φησι καλεῖσθαι τὸν ἐντεθρυμμένον ἄρτον καὶ θερμὸν Σέλευκος. Φιλήμων δ', ἐν πρώτῳ Παντοδαπῶν χρηστηρίων, πυρνόν φησι καλεῖσθαι τὸν ἐκ πυρῶν ἀσήστων γινόμενον ἄρτον, καὶ πάντα ἐν c ἑαυτῷ ἔχοντα. βλωμιλίους τε [2] ἄρτους ὀνομάζεσθαι λέγει, τοὺς ἔχοντας ἐντομὰς, οὓς Ῥωμαῖοι κοδράτους λέγουσι. βραττίμην τε [3] καλεῖσθαι τὸν πιτυρίτην ἄρτον, ὃν εὔκονον ἢ τεύκονον [4] ὀνομάζουσιν Ἀμερίας καὶ Τιμαχίδας. Φιλήτας δ', ἐν τοῖς Ἀτάκτοις, σπολέα καλεῖσθαί τινα ἄρτον, ὃν ὑπὸ τῶν συγγενῶν [5] μόνον καταναλίσκεσθαι.

LXXXII. Mazae & placentae.

Καὶ μάζας δ' ἔστιν εὑρεῖν ἀναγεγραμμένας παρά τε τῷ Τρύφωνι, καὶ παρ' ἄλλοις πλείοσιν. παρ' Ἀθηναίοις μὲν, Φύστην, τὴν μὴ ἄγαν τετριμ- f μένην· ἔτι δὲ καρδαμάλην, [6] καὶ βήρηκα, [7]

1 Βλῆθα apud Hesych. 2 Utique βλωμιαίους τε videtur leg. cum Salm. 3 βραττίμην τε edd. quod in βραμίτην τε mutatum voluit Cas. 4 Ignorat ἢ mf. *A.* An ἔγκονον ἢ εὔκονον? *deproperatum?* 5 Forf. εὐγενῶν. 6 καρδαμύλην voluit Cas. ex Euftath. & Epit. 7 βήρακα edd.

Blema vero, [five, *bletha*] ait Seleucus, panem vocari intritum & calidum. Philemon, libro primo de Omnigenis Vitae Commoditatibus, *pyrnon* ait vocari panem e tritico non cribrato confectum, & omnia in fe continentem. Et *blomilios* nominari panes ait, qui inciſuras habent, quos *quadratos* Romani vocant: & *brattimen* nominari furfuraceum panem, quem *euconum* aut *teuconum* vocant Amerias & Timachidas. Philetas vero, in Miſcellaneis, *ſpolea* dicit vocari panem quemdam, quo ſoli cognati veſcuntur.

82. Reperiuntur vero & *Mazae* recenſitae apud Tryphonem, & apud complures alios. Apud Athenaeos eſt *phyſte*, non valde ſubacta: tum *cardamale:* & *berex*, &

καὶ τολύπας, καὶ Ἀχίλλειον· καὶ ἴσως αὕτη ἐστὶν ἡ ἐξ Ἀχιλλείων κριθῶν γινομένη· θριδακίνας τε, καὶ οἰνοῦτταν, καὶ μελιτοῦτταν,[1] καὶ κρίνον, καλούμενον καὶ σχῆμά τι χορικῆς ὀρχήσεως παρ' Ἀπολλοφάνει ἐν Δαλίδι.[2] αἱ δὲ παρ' Ἀλκμᾶνι θριδακίσκαι λεγόμεναι, αἱ αὐταί εἰσι ταῖς Ἀττικαῖς θριδακίναις. λέγει δὲ οὕτως ὁ Ἀλκμᾶν·

Θριδακίσκα τε καὶ κριβανωτός.

a Σωσίβιος δ' ἐν τρίτῳ Περὶ Ἀλκμᾶνος „κρίβανα, φησὶ, λέγεσθαι πλακοῦντάς τινας, τῷ σχήματι μαστοειδεῖς." Ὑγεία δὲ καλεῖται ἡ διδομένη ἐν ταῖς θυσίαις μᾶζα, ἵνα ἀπογεύσωνται. καὶ Ἡσίοδος δὲ μάζαν τινὰ ἀμολγαίαν καλεῖ·

Μάζα τ' ἀμολγαίη, γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμενάων·

τὴν ποιμενικὴν λέγων καὶ ἀκμαίαν· ἀμολγὸς γὰρ τὸ

1 μελιττοῦταν edd. cum mſ. *A*. 2 Vulgo h. l. Δαλνίδι. Iuxta Suidam Δάλιδι erat ſcribendum.

toylpe, & *Achillea*, fortaſſis ea quae fit ex Achilleo hordeo: dein *thridacina*, & *oenutta*, & *melitutta*; (a lactuca, a vino, a melle nominatae) tum quae *crinon* (i. e. *lilium*,) vocatur, quod eſt etiam nomen ſaltationis cuiuſdam chori apud Apollophanem in Dalide. Quae vero apud Alcmanem *thridaciſcae* nominantur, eaedem ſunt quae Atticae thridacinae. Dicit autem ſic Alcman:

Et thridaciſca & furnarius panis.

Soſibius vero tertio libro de Alcmane ait, *cribana* vocari mazas quaſdam mammis formâ ſimiles. *Hygea* autem maza vocatur, quae in ſacrificiis datur deguſtanda. Heſiodus vero etiam mazam quamdam *amolgaeam* nominat:

Et maza amolgaea, & lac caprarum lactare deſinentium.

Paſtoralem dicit, & vigoris plenam: ἀμολγὸς enim di-

ἀκμαιότατον. Παραιτητέον δὲ καταλέγειν, οὐδὲ γὰρ οὕτως εὐτυχῶς μνήμης ἔχω, ἃ ἐξέθετο πόπανα καὶ πέμματα Ἀριστομένης ὁ Ἀθηναῖος ἐν τρίτῳ τῶν Πρὸς τὰς Ἱερουργίας. ἔγνωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς τὸν ἄνδρα τοῦτον, νεώτεροι πρεσβύτερον. ὑποκριτὴς δὲ ἦν ἀρχαίας κωμῳδίας, ἀπελεύθερος τοῦ μουσικωτάτου βασιλέως Ἀδριανοῦ, καλούμενος ὑπ' αὐτοῦ Ἀττικοπέρδιξ. Καὶ ὁ Οὐλπιανὸς ἔφη· ὁ δ' ἀπελεύθερος παρὰ τίνι κεῖται; Εἰπόντος δέ τινος, καὶ δράμα ἐπιγράφεσθαι Φρυνίχου Ἀπελευθέρους, Μένανδρον δ' ἐν Ῥαπιζομένῳ [1] καὶ ἀπελευθέραν εἰρηκέναι, καὶ ἐπισυνάπτοντος, πάλιν ἔφη· τίνι δὲ διαφέρει ἐξελευθέρου; Ταῦτα μὲν οὖν ἔδοξε κατὰ τὸ παρὸν ἀναβαλέσθαι. b

LXXXIII. Καὶ ὁ Γαληνὸς, μελλόντων ἡμῶν ἐφάπτεσθαι c

1 Ῥαπιζομένῃ puto oportebat.

citur id quod in ſummo vigore & maturitate eſt. Sed illam deprecari provinciam debeo (nec enim ſatis mihi felix memoria eſt) *liborum* omnia genera & *placentarum* enumerandi, quae Ariſtomenes Athenienſis expoſuit tertio libro Rerum ad Sacra facienda pertinentium. Cognitus etiam nobis fuit iunioribus vir ille natu maior. Artifex is ſcenicus erat veteris comoediae, libertus Imperatoris liberali omni doctrina politiſſimi Hadriani, a quo ille *Attica perdix* adpellari conſueverat. Ibi tum Ulpianus ait: At Graecum *liberti* nomen, ὁ ἀπελεύθερος, apud quemnam legitur auctorem? Cui cum reſponderet aliquis, eſſe etiam fabulam Phrynichi, cui titulus Ἀπελεύθεροι, & Menandrum in Verberato [*ſive*, in Verberata] etiam in foeminino genere ἀπελευθέραν dixiſſe; cumque is alia vellet adiicere, rurſus Ulpianus ait: Quid vero differunt ἀπελεύθερος & ἐξελεύθερος? Sed hanc quidem quaeſtionem nunc in aliud reiicere tempus placuit.

83. Tum vero Galenus, cum iam in eo eſſemus ut

τῶν ἄρτων· Οὐ πρότερον, ἔφη, δειπνήσομεν, ἕως ἂν καὶ παρ' ἡμῶν ἀκούσητε, ὅσα εἰρήκασι περὶ ἄρτων, ἢ πεμμάτων, ἔτι τε ἀλφίτων, Ἀσκληπιαδῶν παῖδες. Δίφιλος μὲν ὁ Σίφνιος ἐν τῷ Περὶ τῶν Προσφερομένων τοῖς Νοσοῦσι καὶ τοῖς Ὑγιαίνουσιν· „Ἄρτοι, φησὶν, οἱ ἐκ πυρῶν, κριθίνων εἰσὶ [1] πολυτροφώτεροι καὶ εὐοικονομητότεροι, καὶ, τὸ ὅλον, κρείττονες· εἶθ' οἱ σεμιδαλῖται· μεθ' οὓς οἱ ἀλευρῖται· εἶθ' οἱ συγκομιστοὶ, ἐξ ἀσήστων ἀλεύρων γινόμενοι. οὗτοι γὰρ πολυτροφώτεροι [2] εἶναι δοκοῦσι." Φιλιστίων δ' ὁ Λοκρός· „τῶν χονδριτῶν τοὺς σεμιδαλίτας πρὸς ἰσχὺν, φησὶ, μᾶλλον πεφυκέναι· μεθ' οὓς τοὺς χονδρίτας τίθησιν, εἶτα τοὺς ἀλευρίτας. οἱ δὲ ἐκ γυρέως ἄρτοι γινόμενοι, κακοχυλότεροί τε εἰσὶ, καὶ ὀλιγοτροφώτεροι. [3] πάντες δὲ οἱ θερμοὶ ἄρτοι τῶν ἐψυγμένων εὐοικονομητό- Medicorum placita de Panibus.

1 οἱ ἐκ γύρεών εἰσι legit Salmaſ. Forſan οἱ ἐκ πυρῶν γύρεών εἰσι. 2 ὀλιγοτροφώτεροι videtur legendum cum Dalech. id eſt, *minus nutrientes*. 3 πολυτροφώτεροι h. l. malim cum eodem Dalech.

manus adiiceremus panibus: Non prius, inquit, coenabimus, quam e nobis quoque audiveritis, quae de Panibus aut Placentis, itemque de Farinis, tradidere Medicorum filii. Diphilus Siphnius igitur, in libro De Alimentis Aegrotorum & Bene-valentium: »Panes, inquit, triticei magis alunt, quam hordeacei, faciliuſque digeruntur, & omnino praeſtantiores ſunt: dein ſemidalitae: poſt hos aleuritae: dein ſyncomiſti, qui fiunt e farina non cribrata: hi enim magis nutrientes videntur eſſe.« Philiſtion vero Locrus: »Semidalitas panes ad augendum corporis robur plus, quam chondritas, ait, conferre; poſt hos, chondritas ponit; dein aleuritas. Qui autem ex polline parantur panes, deterioris ſunt ſucci, & parcioris nutrimenti. Omnes vero calidi panes facilius, quam refrigerati, digeruntur, ma-

τεροι, πολυτροφώτεροί τε, καὶ εὐχυλότεροι· ἔτι δὲ πνευματικοὶ, καὶ εὐανάδοτοι. οἱ δ' ἐψυγμένοι, πλήσμιοι, δυσοικονόμητοι. οἱ δὲ τελέως παλαιοὶ καὶ κατεψυγμένοι, ἀτροφώτεροι, στατικοί τε κοιλίας, καὶ κακόχυλοι. ὁ δ' ἐγκρυφίας ἄρτος, βαρὺς, δυσοικονόμητός τε διὰ τὸ ἀνωμάλως ὀπτᾶσθαι. ὁ δὲ ἰπνίτης καὶ καμινίτης, δύσπεπτοι καὶ δυσοικονόμητοι. ὁ δ' ἐσχαρίτης, καὶ ἀπὸ τηγάνου, διὰ τὴν τοῦ ἐλαίου ἐπίμιξιν εὐεκκριτώτεροι·[1] διὰ δὲ τὸ κνισὸν, κακοστομαχώτεροι.[2] ὁ δὲ κλιβανίτης πάσαις ταῖς ἀρεταῖς περιττεύει· εὔχυλος γὰρ, καὶ εὐστόμαχος, καὶ εὔπεπτος, καὶ πρὸς ἀνάδοσιν ῥᾷστος· οὔτε γὰρ ἱστάνει κοιλίαν, οὔτε παρατείνει." [3] Ἀνδρέας δὲ, ὁ ἰατρὸς, ἄρτους τινὰς, φησὶν, ἐν Συρίᾳ γίνεσθαι ἐκ συκαμίνων, ὧν τοὺς φα-

e

1 εὐεκκριτώτερος vulgo. 2 Vulgo κακοστομαχώτεροι γάρ. Quod si bene habet, neceſſe eſt, poſt κνισὸν intercidiſſe aliquid. Fortaſſe γίνονται pro γὰρ oportebat. κνισὸν habet mſ. *Epit.* 3 Forſan ταράττει.

gis nutriunt, & meliorem ſuccum generant: ſunt vero etiam flatulenti, nec tamen eo minus digeſtu faciles. Refrigerati implent ventriculum, digeſtu difficiles. Qui vero omnino inveterati ſunt & perfrigerati, parcius nutriunt, alvum cohibent, ſuccum vitioſum generant. Encryphias panis, gravis eſt, & digeſtu difficilis, quia inaequaliter coctus. Furnaceus & caminites, concoctu digeſtuque difficiles ſunt. Eſcharites vero & qui in ſartagine torretur, ob admixtum oleum facilius excernuntur; ſed propter nidorem ſtomacho minus ſunt commodi. Clibanites vero omnibus virtutibus reliquos ſuperat: eſt enim & boni ſucci, & ventriculo idoneus, & concoctu digeſtuque facillimus; nec alvum aut ſiſtit aut moratur. « Andreas vero, medicus, panes quoſdam ait in Syria parari ex moris; quos qui comedant, eis de-

f γόιτας τριχορρυεῖν. [1] Μνησίθεός φησι· „τὸν ἄρτον τῆς μάζης εὐπεπτότερον εἶναι, καὶ τοὺς ἐκ τῆς τίφης μᾶλλον ἱκανῶς τρέφειν· πέπτεσθαι γὰρ αὐτοὺς καὶ οὐ μετὰ πολλοῦ πόνου. τὸν δ' ἐκ τῶν ζειῶν ἄρτον, ἄδην, φησὶν, [2] ἐσθιόμενον, βαρὺν εἶναι, καὶ δύσπεπτον· διὸ οὐχ ὑγιαίνειν τοὺς αὐτὸν ἐσθίοντας." Εἰδέναι δὲ ὑμᾶς [3]
a δεῖ, ὅτι τὰ μὴ πυρωθέντα ἢ τριφθέντα σιτία, φύσας καὶ βάρη, καὶ στρόφους, καὶ κεφαλαλγίας ποιεῖ.

LXXXIV.

Horaea falsamenta.

Μετὰ τὰς τοσαύτας διαλέξεις ἔδοξεν ἤδη ποτὲ καὶ δειπνεῖν. καὶ περιενεχθέντος τοῦ καλουμένου ὡραίου, ὁ Λεωνίδης ἔφη· Εὐθύδημος ὁ Ἀθηναῖος, ἄνδρες φίλοι, ἐν τῷ Περὶ Ταρίχων, Ἡσίοδόν φησι περὶ πάντων τῶν ταριχευομένων τάδ' εἰρηκέναι·

Pseudo-Hesiodus.

Ἄμφακες μὲν πρῶτον στόμα, καὶ κριταίαν, καὶ θιόην, [4]

1 περιχορεύειν mss. & edd. vett. 2 φασὶν vulgo. 3 ἡμᾶς ed. Bas. & seqq. 4 In desperato versu, quem cum quinque seqq. omisit Epitomator, nil mutant vetustae membranae *A*. nisi quod τα post κριταίαν inserant.

fluere capillos. « Mnesitheus scribit: » Panes facilius concoqui quam mazam: qui vero ex typha parantur, amplius etiam nutrire; nam & hos absque labore concoqui. E zea vero paratum panem, si ad satietatem comedatur, gravem esse, ait, & concoctu difficilem: ideoque non bene valere qui eo vescantur. « Scire autem vos oportet, fruges aut igne non tostas, aut non bene extritas, flatus generare, gravare ventriculum, & tormina invehere capitisque dolores.

84. Post tam prolixas disputationes tandem iam coenare placuit. Cum igitur circumferretur *horaeum* [sive, *uraeum*] quod vocatur, dixit Leonides: Euthydemus Athenienſis, viri amici, in libro DE Salsamentis, Hesiodum ait de omni salsamentorum genere haec scripsisse:

*Utrimque - acutum quidem primum caput, & * & **

γναθμῶν ἠδάξαντο [1] δυσείμονες ἰχθυβολῆες,
οἷς ὁ ταριχόπλεως [2] ἄδε βόσπορος, οἱ πιθόγαστροι [3] b
τμηγόντες [4] τετράγωνα τὰ χητρία [5] τεκταίνονται.
Ναὶ μὴν [6] οὐκ ἀκλεὲς [7] θνητοῖς γένος ὀξυρύγχου,
ὃν καὶ ὅλον καὶ τμητὸν ἅλες τρηχεῖς [8] ἐκόμισσαν. [9]
Θύννων δ' ὡραίων Βυζάντιον ἔπλετο μητὴρ,
καὶ σκόμβρων βυθίων τε, καὶ εὐχόρτου λιβιβάτ- c
τεω. [10]
καὶ Πάριον κολιῶν κυδρὴ [11] τροφὸς ἔσκε πολίχνη.
Ἰόνιον δ' ἀνὰ κῦμα φυγὼν Γαδείραθεν ἄξει
Βρέττιος, ἢ Καμπανὸς, ἢ ἐξ ἀγαθοῖο Τάραντος,
ὀρκύνοιο τρίγωνα, τά τ' ἐν στάμνοισι τεθέντα
ἀμφάλλαξ, δείπνοισιν ἐνὶ πρώτοισιν ὀπηδεῖ.

Ταῦτα τὰ ἔπη ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τινες μαγείρου εἶναι

1 ἠνδάξαντο vulgo. γναθμὼν vero est in mſ. *A.* 2 ταριπόλεως vulgo. 3 πυθόγαστροι edd. πυθόγαστρι mſ. *A.* 4 τμήσσοντες edd. 5 ταρίχη vel τὰ ἤτρια ſuſpicatus erat Caſaub. κύβια Dalech. 6 Forſ. καὶ μήν. 7 ἀκαὲς mſ. *A.* ἀδαλὲς edd. 8 Vulgo ἀλεστρηχεῖς, ubi ἀλιτρυχεῖς corr. Caſaub. 9 ἐκόμισαν vulgo. 10 λειβάττεω Dalech. 11 κυδνὴ mſ. *Ep.*

maxillarum cupiverunt pannoſi piſcatores,
quibus ſalſamentis-plenus placet boſporus: qui ventri obſequentes [an? *qui doliorum ventribus implendis*] *concidentes quadrata fruſta conficiunt.*
Nec profecto ignobile inter mortales eſt genus oxyrynchi, quem & integrum, & conciſum, ſalia aſpera [ſive *mari adflicti piſcatores*] *adportant.*
Thunnorum vero horaeorum Byzantium mater eſt, & ſcombrorum in profundo latentium, & bene paſtae raiae.
Et Parium oppidum eſt coliarum inclyta nutrix.
Per Ionios vero fluctus fugiens e Gadibus adducet
Brutius aliquis, aut Campanus, aut ex bona Tarento, orcyni triangula, quae in doliis alternatim repoſita, primis menſis in coena inferuntur.

Qui verſus mihi quidem videntur coqui potius eſſe ali-

d μᾶλλον, ἢ τοῦ μουσικωτάτου Ἡσιόδου. πόθεν γὰρ εἰδέναι δύναται Πάριον, ἢ Βυζάντιον, ἔτι δὲ Τάραντα, καὶ Βρεττίους, καὶ Καμπανοὺς, πολλοῖς ἔτεσιν τούτων πρεσβύτερος ὤν. δοκεῖ οὖν ἐμοὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐθυδήμου εἶναι τὰ ποιήματα. Καὶ ὁ Διονυσιοκλῆς ἔφη· Ὅτου μέν ἐστι τὰ ποιήματα, ὦ ἀγαθὲ Λεωνίδη, ὑμῶν ἐστι κρίνειν τῶν δοκιμωτάτων γραμματικῶν. ἀλλ' ἐπεὶ περὶ Ταρίχων ἐστὶν ὁ λόγος, περὶ ὧν οἶδα καὶ παροιμίαν μνήμης ἠξιωμένην ὑπὸ τοῦ Σολέως Κλεάρχου,

e Σαπρὸς τάριχος τὴν ὀρίγανον φιλεῖ·

ἔρχομαι κἀγὼ λέξων τι περὶ αὐτῶν, τὰ τῆς τέχνης.

LXXXV. Varia de Salſamentis.

Διοκλῆς μὲν ὁ Καρύστιος ἐν τοῖς Ὑγιεινοῖς ἐπιγραφομένοις „τῶν ταρίχων, φησὶ, τῶν ἀπιμέλων κράτιστα εἶναι τὰ ὠραῖα· τῶν δὲ πιόνων, τὰ θύννεια.“ Ἱκέσιος δ' ἱστορεῖ, „οὐκ εἶναι εὐεκκρίτους κοιλίας, οὔτε

cuius, quam politiſſimi Heſiodi. Unde enim notum habere potuerit ille Parium, aut Byzantium, tum Tarentum, Bruttios, Campanos, compluribus annis vetuſtior his? Videntur igitur mihi ipſius Euthydemi eſſe carmina. Tum Dionyſiocles dixit: Cuius ſint illa poëmata, o optime Leonida, veſtrûm eſt iudicare, probatiſſimorum Grammaticorum. Sed quoniam de Salſamentis agitur, de quibus novi etiam proverbium, quod memoratu dignum iudicavit Clearchus Solenſis,

Vetuſtum ſalſamentum origanum amat;

accedo & ego de illis dicturus nonnihil, quae quidem ad artem meam ſpectent.

85. Diocles Caryſtius in libro qui Salubria inſcribitur, (ſ. De tuenda Valetudine) ait: »Salſamentorum, quae pingui carent, praeſtantiſſima eſſe horaea; pinguium vero, thynnea.« Iceſius vero tradit: »Nec pelamydas,

πηλαμύδας, οὔτε τὰ ὡραῖα· τὰ δὲ νεώτερα τῶν θυννίων τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἔχειν τοῖς κυβίοις, μεγάλην τε εἶναι διαφορὰν πρὸς πάντα τὰ ὡραῖα λεγόμενα. ὁμοίως δὲ λέγει καὶ τῶν Βυζαντίων ὡραίων, πρὸς τὰ ἀφ' ἑτέρων τόπων λαμβανόμενα· καὶ οὐ μόνον τῶν θυννίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἁλισκομένων ἐν f Βυζαντίῳ." Τούτοις προσέθηκεν ὁ Ἐφέσιος Δάφνος· Ἀρχέστρατος μὲν, ὁ περιπλεύσας τὴν οἰκουμένην τῆς γαστρὸς ἕνεκα, καὶ τῶν ὑπὸ τὴν γαστέρα, φησί·

Καὶ Σικελοῦ θύννου τέμαχος — —
τιμήεν, ὅ τ' ἐν βίκοισι ταριχεύεσθαι ἔμελλεν.
σαπέρδῃ δ' ἐνέπω κλαίειν μακρὰ, Ποντικῷ ὄψῳ, a
καὶ τοῖς κεῖνον ἐπαινοῦσιν. παῦροι γὰρ ἴσασιν
ἀνθρώπων, ὅτι φαῦλον ἔφυ καὶ ἀκιδνὸν [1] ἔδεσμα.
Ἀλλὰ τριταῖον ἔχειν σκόμβρον, πρὶν ἐς ἁλμυρὸν
ὕδωρ

1 κενεόν τε post ἀκιδνὸν inserunt mssti.

nec horaea ex alvo facile egeri: recentiorum vero thynneorum eamdem rationem esse atque cybiorum, multumque haec praestare omnibus quae horaea dicuntur: similiter vero, etiam Byzantiorum horaea, ait, praestare eis quae ab aliis locis petuntur; & non modo thynnea, sed etiam alios omnes pisces, qui Byzantii capiuntur." His adiecit Daphnus Ephesius: Archestratus ille, qui terrarum orbem circumnavigavit ventris caussa & eorum quae sub ventre sunt, ait:

Et Siculi thynni frustum — —
exsectum, in doliis sale conservandum.
Saperdam vero multum plorare iubeo, Ponticum obsonium,
& qui illum laudant. Pauci enim norunt
hominum, vile esse illud & miserum edulium.
Sed triduanum habeto scombrum, priusquam salum

ἐλθεῖν, ἀμφορέως ἐντὸς, νέον, ἡμιτάριχον.
Ἂν δ' ἀφίκῃ κλεινοῦ Βυζαντίου εἰς πόλιν ἁγνὴν,
b ὡραίου φάγε μοι τέμαχος πάλιν· ἔστι γὰρ ἐσθλὸν,
καὶ μαλακόν.

Παρέλιπεν ὁ τένθης Ἀρχέστρατος συγκαταλέξαι ἡμῖν καὶ τὸ παρὰ Κράτητι τῷ κωμῳδιοποιῷ ἐν Σαμίοις λεγόμενον ἐλεφάντινον τάριχος, περὶ οὗ φησίν· Elephantinum falsamentum.

Σκυτίνῃ ποτ' ἐν χύτρᾳ τάριχος ἐλεφάντινον [1]
ἥψε ποντιὰς χελώνη πευκίνοισι [2] κύμασι,
καρκίνοι ποδάνεμοί τε, καὶ ταυόπτεροι λύκοι
ὑσοριμαχεῖν ἄνδρες [3] οὐρανοῦ καττύματα.
c παῖ' ἐκεῖνον, ἄγχε κεῖνον, ἐγκαιῶτις ἡμέρα.

Ὅτι δὲ διαβόητον ἦν τὸ τοῦ Κρατῆτος ἐλεφάντινον τάριχος, μαρτυρεῖ Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, διὰ τούτων·

1 Forſ. εἰλεφάντινον. ἐλεφαντῖνον ſcribendum cenſuit Brunck. 2 πυκίνοισι corr. Caſaub. 3 Forſ. ἄνδρεσσιν.

ingrediaris, intra amphoram, recentem, ex dimidio ſalſum. Cum vero inclyti Byzantii ſanctam veneris in urbem, horaei rurſus mihi fruſtum comede: eſt enim bonum, tenerumque.

Praetermiſit lurco Archeſtratus ſimul commemorare nobis etiam illud apud comicum Cratinum, in Samiis, *elephantinum* dictum ſalſamentum; de quo ſic ille ait:

Coriaceâ quondam in ollâ ſalſamentum elephantinum
coxit marina teſtudo amaris fluctibus;
& cancri veloces-ut-venti, & expanſis-alis lupi,
— — — — — —
Caede hunc, ſtrangula iſtum! - - - dies.

Famoſum vero fuiſſe illud Cratetis elephantinum ſalſamentum, teſtatur Ariſtophanes in Theſmophoriazuſis, his verbis:

Ἦ μέγα τι βρῶμ' ἐστὶν ἡ τρυγωδοποιομουσική.
ἠνὶ Κράτητί τε [1] τάριχος ἐλεφάντινον λαμπρὸν ἐνόμιζεν [2]
ἀπόνως παραβεβλημένον. ἄλλα τε
τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο. [3]

LXXXVI. Omotarichos.

Ὠμοτάριχον δέ τινα κέκληκεν Ἀλεξις ἐν Ἀπεγλαυκωμένῳ. ὁ δ' αὐτὸς ποιητὴς ἐν Πονήρᾳ περὶ σκευασίας ταρίχων μαγειρόν τινα παράγει λέγοντα τάδε·

Ὅμως λογίσασθαι πρὸς ἐμαυτὸν βούλομαι,
καθεζόμενος ἐνταῦθα, τὴν ὀψωνίαν·
ὁμοῦ τε συντάξαι, τί πρῶτον οἰστέον,
ἡδυντέον τε πῶς ἕκαστόν ἐστί μοι.
Τάριχός ἐστι [4] πρῶτον ὡραῖον τοδί.
ὀβολοῦ μόνον [5] τοῦτ' ἔστι. πλυτέον εὖ μάλα.

1 Sic mſ. *A.* ἦν Κράτητι absque τε edd. ἦν Κράτης γε corr. Brunck. ἢ Κράτητι Caſ. Mihi non liquet. 2 ἐνόμιζεν corr. Caſ. ἐνόμισεν Brunck. 3 Dubitat Br. ſint-ne poſteriora verba Ariſtophanis. 4 Carent ἐστι h. l. mssti. 5 μόνου edd. vett. Deeſt vox mſstis.

Profecto magnus aliquis cibus eſt, Vindemialis poëſis.
Ecce Crateti ſalſamentum elephantinum ſplendidum invexit,
ſine labore adpoſitum: aliaque
talia porro ſexcenta riſit.

86. *Omotarichon*, ſalſamentum aliquod nominavit Alexis in Apeglaucomeno. Idemque poëta, in Aerumnoſa, de paratione Salſamentorum coquum aliquem inducit, haec dicentem:

Attamen rationes ſubducere mecum volo,
hic ſedens, obſoniorum:
ſimulque ordinare, quid primum inferendum,
& quo ſint modo ſingula mihi condienda.
Eſt ſtatim mihi hoc horaeum ſalſamentum:
obolo ſolum illud conſtat. Probe lavandum eſt:

Εἶτ' εἰς λοπάδιον ὑποπάσας ἡδύσματα,
ἐνθεὶς τὸ τέμαχος, λευκὸν οἶνον ἐπιχέας,
ἐπεσκέδασα τοὔλαιον· εἶθ' ἕψων ποτὲ
e μυελὸν, [1] ἀφεῖλον ἐπιγανώσας σιλφίῳ.

Ἐν δὲ τῷ Ἀπεγλαυκωμένῳ, σύμβολάς τις ἀπαιτούμενος φησί·

A. Παῦ' ἐμοῦ δ', ἐὰν μὴ καθ' ἓν ἕκαστον πάντα δῷς,
χαλκοῦ μέρος δωδέκατον οὐκ ἂν ἀπολάβοις.
B. Δίκαιος ὁ λόγος. A. Ἀβάκιον, ψῆφον! Λέγε.
B. Ἔστ' ὠμοτάριχος, πέντε χαλκῶν. A. Λέγ' ἕτερον.
f B. Μῦς, ἑπτὰ χαλκῶν. A. Οὐδὲν ἀσεβεῖς οὐδέπω. Λέγε. B. Τῶν ἐχίνων ὀβολός. A. Ἀγνεύεις ἔτι.
B. Ἆρ' ἦν μετὰ ταῦθ' ἡ ῥάφανος, ἣν ἐβοᾶτ' εἶναι . .

1 ἕψων ποτ' ἐς πύελον ἀφεῖλον suspic. Casaub.

deinde in lancem, scitamentis subtus adspersis, frustum cum imposuero, albumque vinum adfudero, instillo oleum: denique elixo (veluti) *medullam; & ab igne remotum, silphio cohonesto.*

In Apeglaucomeno vero quidam, a quo pecunia pro symbola poscebatur, ait:

A. *A me vero, nisi sigillatim omnium rationem reddideris, ne duodecimam quidem aenei numi partem abstuleris.*
B. *Aequum postulas.* A. *Tabulam & calculos* (adferat aliquis!) *Dic.*
B. *Est omotarichos, quinque chalcorum.* A. *Dic aliud.*
B. *Musculi, septem constantes chalcis.* A. *Nondum impius es. Dic porro.* B. *Pro echinis, est obolus.* A. *Adhuc sceleris nihil.*
B. *Posthaec igitur brassica erat, quam clamabatis esse —*

Α. Χρηστὴ γὰρ ἦν. Β. Ἔδωκα ταύτης δύ' ὀβολούς.
Α. Τί γὰρ ἐβοῶμεν; Β. Τὸ κύβιον, τριωβόλου.
[Α.] Σονεῖν [1] κεχειρῶν γε οὐκ ἐπράξατ' οὐδὲ ἕν. a
Β. Οὐκ οἶσθα γ', ὦ μαράκιε, τὴν ἀγοράν· ὅτι
κατεσηπόκασιν τὰ λάχανα τρωξαλλίδες.
Α. Διὰ τοῦτο τὸ [2] τάριχος τέθεικας διπλασίου;
Β. Ὁ ταριχοπώλης ἐστίν· ἐλθὼν πυνθάνου.
γόγγρος, δέκ' ὀβολῶν. Α. Οὐχὶ πολλοῦ. λέγ' ἕτερον.
Β. Τὸν ὀπτὸν ἰχθὺν ἐπριάμην δραχμῆς. Α. Παπαί·
ὡς πυρετὸς [3] ἀνῆκεν, εἶτ' ἐπέτεινεν ἐπὶ τέλει. [4]
Β. Πρόσθες τὸν οἶνον, ὃν μεθυόντων προσέλαβον
ὑμῶν, χόας τρεῖς· δέκ' ὀβολῶν, ὁ χούς. —

LXXXVII. Salsamenta alia.

Ἱκέσιος δ' ἐν δευτέρῳ Περὶ Ὕλης, πηλαμύδας κύβια εἶναί φησι μεγάλα. Κυβίων δὲ μνημονεύει Πο- b

1 Sic mſ. *A.* Caeterum nil mutat. ὀνεῖν edd. vett. ἀνεῖν edidit Caſaub. ſed verſum ſic corrigendum cenſuit: τῶν γοῦν κιχορείων οὐκ ἔπραξά σ' οὐδὲ ἕν. Ego aliam coniecturam ſum ſecutus. 2 Abeſt vulgo articulus. 3 Vulgo ὥσπερ πυρετός. 4 Vulgo εἶτ' ἐν ἐπιτέλει. Correxi ex coniect.

A. Optima enim erat. B. Pro hac obolos dedi duo.
A. Quorſum nos exclamabamus! B. Cybium, eſt trioboli.
A. Nunc vero nonne pecuniae aliquid intercepiſſes? B. Nihil quidquam:
non tu noſti, optime, rerum in foro pretium: neſcis, corroſa olera eſſe ab crucis.
A. Nempe ob hoc tu duplum ſalſamenti pretium poſuiſti?
B. Supereſt ſalſamentarius: adi eum, & interroga. Conger, decem obolorum. A. Non multum. Dic aliud.
B. Aſſum piſcem emi drachmâ. A. Papae! veluti febris remiſerat, dein ſub finem rurſus intenditur.
B. Adde vinum, quod, cum iam ebrii eſſetis, inſuper emi, tres congios: congium, decem obolis.

87. Hiceſius, ſecundo libro de (Alimentorum) Materia, *pelamydes* ait eſſe magna cybia. Cybiorum vero

σείδιππος ἐν Μεταφερομένῳ. Εὐθύδημος ἐν τῷ Περὶ Ταρίχων, τὸν δελκανον, φησὶν, ἰχθῦν, ὀνομάζεσθαι ἀπὸ Δέλκωνος τοῦ ποταμοῦ· ἀφ' οὗπερ καὶ ἁλίσκεσθαι, καὶ ταριχευόμενον εὐστομαχώτατον εἶναι. Δωρίων δ' ἐν τῷ Περὶ Ἰχθύων, τὸν λεπτινὸν λεβιανὸν[1] ὀνομάζων, φησὶ, λέγειν τινὰς ὡς ὁ αὐτός ἐστι τῷ δελκαιῷ· τόν τε κορακῖνον ὑπὸ πολλῶν λέγεσθαι σαπέρδην, καὶ εἶναι κράτιστον τὸν ἐκ τῆς Μαιώτιδος
c λίμνης. Θαυμαστούς τε εἶναι λέγει καὶ τοὺς περὶ Ἄβδηρα ἁλισκομένους κεστρεῖς, μεθ' οὓς τοὺς περὶ Σινώπην, καὶ ταριχευομένους εὐστομάχους ὑπάρχειν. τοὺς δὲ προσαγορευομένους, φησὶ, μύλλους, ὑπὸ μέν τινων καλεῖσθαι ἀγνωτίδια,[2] ὑπὸ δέ τινων πλατιστακοὺς, ὄντας τοὺς αὐτούς· καθάπερ καὶ τὸν χελλάρην· καὶ γὰρ τοῦτον, ἕνα ὄντα ἰχθῦν, πολλῶν ὀνομασιῶν τετυχηκέναι· καλεῖσθαι γὰρ καὶ βάκχον, καὶ ὀνί-

1 λεβίαν legendum cenſuit Caſaub. 2 γνωτίδια h. l. edd. cum mſ. *A*.

meminit Poſidippus in Translato. Euthydemus vero, in libro de Salſamentis, ait, delcanum piſcem nomen habere a Delcone flumine, in quo capiatur: & ſale conditum, ventriculo gratiſſimum eſſe. Dorion vero, in libro de Piſcibus, leptinum *lebianum* nominans, ait dicere nonnullos, eſſe eumdem cum delcano: & coracinum a multis vocari *ſaperdam*, eſſeque optimum eum qui e Maeotide Palude advehatur. Admirabilem etiam ait eſſe bonitatem mugilum, qui circa Abderam capiantur, deinde illorum qui circa Sinopen; & falſos ventriculo eſſe idoneos. Qui vero *mylli* vocantur, hos a nonnullis *agnotidia* nominari, ab aliis vero *platiſtacos*; eſſeque eoſdem, quemadmodum etiam *chellaren*: hunc enim, cum unus idemque piſcis ſit, plura nomina eſſe ſortitum; vocari enim & *bacchum*, & *oniſcum*, & *chel-*

σκον, καὶ χελλάρην. οἱ μὲν οὖν μείζονες αὐτῶν, ὀνομάζονται πλατιστακοί· οἱ δὲ μέσην ἔχοντες ἡλικίαν, μύλλοι· οἱ δὲ βαιοὶ τοῖς μεγέθεσιν, ἀγνωτίδια. Μνημονεύει δὲ τῶν μύλλων καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ὀλκάσι· d

Σκόμβροι, κολίαι, λέβιοι, μύλλοι, σαπέρδαι,
θυννίδες.

LXXXVIII. Varus Grammaticus.

Ἐπὶ τούτοις σιωπήσαντος τοῦ Διονυσιοκλέους, ὁ γραμματικὸς ἔφη Οὔαρος[1] Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀντιφάνης ὁ ποιητὴς, ἐν Δευκαλίωνι, ταρίχων τῶνδε μέμνηται·

Τάριχος ἀνταικαῖον εἴ τις βούλετ' ἢ
Γαδειρικὸν, Βυζαντίας δὲ θυννίδος
ὀσμαῖσι χαίρει.

καὶ ἐν Παρασίτῳ·

— Τάριχος ἀνταικαῖον ἐν μέσῳ,
πῖον, ὁλόλευκον, θερμόν.

Νικόστρατός τε, ἢ Φιλέταιρος, ἐν Ἀντύλλῳ· e

1 Perperam Οὔδρος edd.

laren. Maiores igitur ex his vocantur *platiſtaci*; qui ſunt media aetate magnitudineque, *mylli*; minimi vero, *agnotidia*. Meminit autem myllorum etiam Ariſtophanes, in Navibus-onerariis:

Scombri, coliae, lebii, mylli, ſaperdae, thynnides.

88. Hic conticeſcente Dionyſiocle, Grammaticus Varus dixit: At Antiphanes quoque poëta, in Deucalione, falſamenta commemorat haecce:

Antacaeum ſalſamentum ſi quis cupit, aut
ex Gadibus, aut Byzantiae thynnidis
odore gaudet.

& in Paraſito:

Salſamentum antacaeum in medio,
pingue, totum candidum, calidum. —

Et Nicoſtratus aut Philetaerus, in Antyllo:

Βυζάντιόν τε [1] τέμαχος ἐπιβακχευσάτω,
Γαδειρικόν θ' ὑπογάστριον παρεισίτω.

καὶ προελθών·

Ἀλλ' ἐπριάμην παρ' ἀνδρὸς, ὦ γῆ, καὶ θεοί·
ταριχοπώλου πάνυ καλοῦ τε κ' ἀγαθοῦ,
τιλτὸν [2] μέγιστον, ἄξιον δραχμῆς, δυοῖν
ὀβολοῖν· ὃ γ' οὐκ [3] ἂν καταφάγοιμεν ἡμερῶν
τριῶν [4] κατεσθίοντες, οὐδὲ δώδεκά γ'·
ὑπερμέγεθες γάρ ἐστιν.

f Ἐπὶ τούτοις ὁ Οὐλπιανὸς, ἀποβλέψας εἰς τὸν Πλούταρχον, ἔφη· Μή ποτ' οὔ τις [5] ἐν τούτοις, ὦ οὗτος, τοὺς παρ' ὑμῖν τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι κατέλεξε Μενδησίους, ὧν οὐδ' ἂν μαινόμενος κύων γεύσαιτο ἄν ποτε, ἢ τῶν καλῶν σου ἡμινήρων, [6] ἢ τῶν ταριχηρῶν σιλούαρων. Καὶ ὁ Πλούταρχος· Ὁ μὲν ἡμίνηρος, ἔφη, τί Salsamenta Alexandrina.

1 Abeſt vulgo τε. 2 τίλιτον absque accentu mſ. *A.* τίλιτον edd. vett. τίλτον ed. Caſ. 3 Vulgo ὃν οὐκ. 4 Inferunt vulgo ἤδη. 5 οὖν τις ed. Caſ. 6 ἡμιτίρων edd. & ſic deinde.

Et Byzantium ſalſamentum hîc debacchator,
& Gaditanum ſumen huc accedito!

& progreſſus:

At emi ego a viro, o Terra Diique!
ſalſamentario, valde probo bonoque,
tiltum maximum, drachmâ aeſtimandum, duobus
obolis; quod ne triduo quidem conſumſerimus,
ſi vel duodecim eſſemus qui comederemus:
eſt enim praegrande.

Poſthaec Ulpianus Plutarchum reſpiciens: Heus tu, inquit; nemo, ut videtur, in his (ſalſamentis) *Mendeſios* illos recenſuit, qui apud vos Alexandrinos comeduntur, quos nolit vel inſanus canis guſtare umquam, aut pulcros illos tuos *hemineros*, aut ſalſos *ſiluros?* Et Plutarchus:

διαφέρει τοῦ προκαταλελεγμένου ἡμιταρίχου, οὗ ὁ καλὸς ὑμῶν Ἀρχέστρατος μέμνηται; Ἀλλ' ὅμως ὠνόμασεν ἡμίνηρον ὁ Πάφιος Σώπατρος, ἐν Μυστάκου θητίῳ, οὕτως·

Ἐδέξατ' ἀνταιαῖον, ὃν τρέφει μέγας
Ἴστρος, Σκύθαισιν ἡμίνηρον ἡδονήν.

καὶ τὸν Μενδήσιον οὕτως ὁ αὐτὸς καταλέγει·

Μενδήσιός θ' ὡραῖος ἀκρόπαστος εὖ,
ξανθαῖσιν ὀπτὸς κέφαλος ἀκτῖσιν πυρός.

ταῦτα δὲ τὰ βρώματα ὅτι πολλῷ ἡδίω ἐστὶ τῶν παρὰ σοὶ περισπουδάστων κοττάνων καὶ λεπιδίων, οἱ πει- b
ραθέντες ἴσασι. Λέγε οὖν ἡμῖν καὶ σύ, εἰ καὶ ἀρσενικῶς ὁ τάριχος λέγεται παρ' Ἀττικοῖς· παρὰ γὰρ Ἐπιχάρμῳ οἴδαμεν.

LXXXIX. Ὃν ζητοῦντα προθάσας ὁ Μυρτίλος, ἔφη· Κρατῖνος μὲν ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ·

Heminerus, inquit, quid differt a ſupra commemorato hemitaricho, cuius elegans veſter Archeſtratus fecit mentionem? At nominavit tamen heminerum Sopater Paphius, in Myſtaci ſervulo-mercenario, his verbis:

Accepit antacaeum, quem alit magnus
Iſter, Scythis heminerum gratiſſimum.

Atque etiam Mendeſium idem ſic commemorat:

Mendeſiuſque horaeus leviter ſalſus bene,
flavis ignis radiis aſſatus cephalus.

Hos autem cibos multo ſuaviores eſſe, quam quae apud te magno in pretio habentur *cottana* & *lepidia*, norunt ii qui experti ſunt. Dic igitur tu quoque nobis, an etiam apud Atticos ὁ τάριχος in maſculino genere dictum reperiatur: nam Epicharmum ſic uſurpaſſe novimus.

89. Quaerentem ſecum Ulpianum praevenit Myrtilus, dicens: Cratinus in Dionyſalexandro ait:

Grammaticalia, de v. Τάριχος.

Ἐν σαργανοῖς [1] ἄξω ταρίχους Ποντικούς.

Πλάτων, Διὶ κακουμένῳ·

Ὥσθ' ἅττ' ἔχω, ταῦτ' ἐστί· ταρίχους ἀπολέσω.

Ἀριστοφάνης, Δαιταλεῦσιν·

c Οὐκ αἰσχυνοῦμαι τὸν τάριχον τουτονὶ
πλόνων ἅπασιν ὅσα σύνοιδ' αὐτῷ κακά.

Κράτης, Θηρίοις·

Καὶ τῶν ῥαφάνων ἔψειν χρὴ,
ἰχθῦς τ' ὀπτᾶν, τούς τε ταρίχους· ἡμῶν δ' ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι.

Ἰδίως δ' ἐσχημάτισται παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Ἀρτοπώλισι·

Καὶ ταρίχος πίονα.

Σοφοκλῆς τ' ἐν Φινεῖ ἔφη·

Νεκρὸς τάριχος, εἰσορᾶν Αἰγύπτιος.

1 Vulgo σαργανοῖσιν. Forſ. σαργάναις.

In ſportis adferam ταρίχους Ποντικούς. (*Pontica ſalſamenta.*)

Plato, in Iove adflicto:

Quae igitur habeo, haec ſunt: ταρίχους *ego perdam.*

Ariſtophanes, in Epulonibus:

Non pudebit me hunc τάριχον
abluere omnibus, quae ei ineſſe ſcio, pravitatibus.

Crates, in Beſtiis:

Braſſicam elixare oportet,
aſſareque piſces & ſalſamenta; a nobis vero manus abſtinere.

Peculiari vero modo formatum eſt nomen apud Hermippum, in Mulieribus-panes-vendentibus:

Et ταρίχος *pinguem.*

Sophocles vero in Phineo dixit:

Cadaver ſale conditum, (Νεκρὸς τάριχος) *adſpectu Aegyptium.*

Ὑποκοριστικῶς δ' εἴρηκεν Ἀριστοφάνης, ἐν Εἰρήνῃ·

Ἀγόρασόν τι[1] χρηστὸν εἰς ἀγρὸν ταρίχιον. d

καὶ Κηφισόδωρος, ἐν Υἱῖ·

Κρεάδιόν τι Φαῦλον, ἢ ταρίχιον.

Φερεκράτης, ἐν Αὐτομόλοις·

Ἡ γυνὴ δ' ἡμῶν ἑκάστῳ λέκιθον ἑψοῦσα Φακῆν
ἀναμένει, καὶ σμικρὸν ὀπτῶσ' ὀρφανὸν ταρίχιον.

καὶ Ἐπίχαρμος δ' ἀρσενικῶς εἴρηκεν, ὁ τάριχος. Ἡρόδοτος δ' ἐν ἐννάτῃ, οὕτως· „Οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντο, καὶ ἥσπαιρον." Καὶ αἱ παροιμίαι δὲ κατὰ τὸ ἄρρεν λέγουσι· c

Τάριχος ὀπτὸς εὐθύς, ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ.
Σαπρὸς τάριχος τὴν ὀρίγανον φιλεῖ.
Οὐκ ἂν πάθοι τάριχος ὥνπερ ἄξιος.

Ἀττικοὶ δὲ οὐδετέρως λέγουσι· καὶ γίνεται ἡ γενικὴ, τοῦ ταρίχους. Χιωνίδης,[2] Πτωχοῖς·

1 Apud Ariſtoph. rectius Ἐμπολήσαντές τι χρ. 2 Χιονίδης mſ. *Ep.*

Diminutivo uſus eſt Ariſtophanes, in Pace:

Eme, quod rus feras, bonum aliquod tarichion.

& Cephiſodorus, in Sue:

Caruncula aliqua miſella, aut tarichion.

Pherecrates, in Transfugis:

Mulier unicuique noſtrûm pulmentum ex lente elixans exſpectat, & exiguum aſſans orphanum tarichion.

Iam & Epicharmus maſculino genere ὁ τάριχος dixit. Tum & Herodotus libro nono, ſic: »Salſamenta igni impoſita reſiliebant, & palpitabant.« Etiam proverbia maſculine uſurpant vocabulum:

Salſamentum aſſatum eſt, ſimulatque ignem vidit.
Vetus ſalſamentum, origanum amat.
Numquam patitur ſalſamentum quantum meretur.

Attici vero neutro genere dicunt, formantque genitivum τοῦ ταρίχους. Chionides, in Mendicis:

Ἆρ' ἂν φάγοιτ' ἂν καὶ ταρίχους; ὦ θεοί.
ἡ δὲ δοτικὴ, ταρίχει, ὡς ξίφει·
Ἐπὶ τῷ ταρίχει τῷδε τοίνυν κόπτετον.
καὶ ἐπὶ αἰτιατικῆς [1] Μένανδρος, Ἐπιτρέπουσιν·
f Ἐπέπασ' ἐπὶ τὸ τάριχος (ἅλας,) [2] ἂν οὕτω τύχῃ.
Ὅτε δὲ ἀρσενικόν ἐστιν, ἡ γενικὴ οὐκέτι ἔξει τὸ σ.

XC. Athenis honorati falſamentarii.

Τοσαύτην δ' Ἀθηναῖοι σπουδὴν ἐποιοῦντο περὶ τὸ τάριχος, ὡς καὶ πολίτας ἀναγράψαι τοὺς Χαιρεφίλου τοῦ ταριχοπώλου υἱούς· ὥς φησιν Ἀλεξις ἐν Ἐπιδαύρῳ, οὕτως·

Τοὺς Χαιρεφίλου δ' υἱεῖς Ἀθηναίους ὅτι
a εἰσήγαγε [3] τάριχος.
οὓς καὶ Τιμοκλῆς ἰδὼν ἐπὶ τῶν ἵππων· δύο σκόμ-

1 Male vulgo transpoſita verba, & δοτικῆς pro αἰτιατικῆς. 2 Uncis incluſi vocem ἅλας, cuius propria ſedes fuiſſe videtur in fine verſus praecedentis. 3 Forſan εἰσήγαγε τὸ τάριχος.

Etiamne ſalſamento veſceremini? o Dii!

Dativum vero ταρίχει, ut ξίφει:

Hoc igitur ſalſamentum verberibus contundite!

Et in accuſativo (uſurpavit) Menander, in Arbitros-eligentibus:

In ſalſamentum ſalem inſpergo, ſi res ita fert.

Cum vero maſculinum eſt, genitivus literam *ſigma* adiectam non habet.

90. Tanto vero ſtudio ſalſamenta proſequebantur Athenienſes, ut civitate etiam donaverint Chaerephili ſalſamentarii filios; de quibus Alexis in Epidauro ſic ait:

Nam Chaerephili filios in civium Atticorum numerum introduxit ſalſamentum.

Quos Timocles quum videret equis vectos, *duo ſcombros*,

βρους, ἔφη, ἐν τοῖς σατύροις εἶναι. [1] μνημονεύει αὐτῶν καὶ Ὑπερίδης ὁ ῥήτωρ. Εὐθύνου δὲ, τοῦ ταριχοπώλου, μέμνηται Ἀντιφάνης ἐκ Κουρίδι οὕτως·

Ἐλθών τε πρὸς τὸν τεμαχοπώλην, περίμενε,
παρ' οὗ φέρειν εἴωθα. κἂν οὕτω τύχῃ
Εὔθυνος, [2] ἀπολογίζων αὐτόθι
χρηστόν τι, περίμεινον, [3] κέλευσον μὴ τεμεῖν.

Φειδίππου [4] δὲ, (καὶ γὰρ οὗτος ταριχοπώλης) Ἄλε- b ξις ἐν Ἱππίσκῳ, καὶ ἐν Σωράκοις·

Φείδιππος ἕτερός τις ταριχηγὸς ξένος.

XCI.

Coenae initio vitandus largior potus.

Ἐσθιόντων δ' ἡμῶν τὸ τάριχος, καὶ πολλῶν ὀρμὴν ἐχόντων ἐπὶ τὸ πίνειν, ὁ Δάφνος ἔφη, ἀνατείνας τῷ χεῖρε· Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, ἄνδρες φίλοι, ἐν

1 Edita erant iſta ut continui verſus Alexidis:

εἰσήγαγε τάριχος· οὗς καὶ Τιμοκλῆς
ἰδὼν ἐπὶ τῶν ἵππων, δύο σκόμβρους ἔφη
ἐν τοῖς σατύροις εἶναι.

2 Corrigit Caſaub. cum Dalech. κἂν οὔπω τύχῃ παρὼν Εὔθυνος, ἀπολογιζ. 3 Forſ. περιμένων κέλευσον. 4 Φιδίππου mſ. *A.* & mox rurſus Φίδιππος, quae ex Φιλίππου & Φίλιππος corrupta eſſe poſſunt.

dixit, *inter ſatyros eſſe*. Eorumdem meminit etiam Hyperides orator. Euthyni ſalſamentarii mentionem fecit Antiphanes, in Curide, (ſ. Novaculâ) hoc modo:

Cum ad ſalſamentarium veneris, exſpecta me;
eum dico, a quo emere conſuevi. [*Quod ſi forte nondum*
adſit Euthynus; illic confabulator
quod ex uſu tibi ſit quidpiam, & dum hominem opperieris,
nihil proſcindi iubeto.]

Phidippi vero, qui & ipſe ſalſamentarius fuit, Alexis meminit in Hippiſco, & in Soracis:

Phidippus alius quiſpiam hoſpes ſalſamenta advehens.

91. Cum igitur ſalſamento veſceremur, & multi potionem adpeterent, Daphnus protenſis manibus inquit: Heraclides Tarentinus, amici, in libro cui titulus Sym-

τῷ ἐπιγραφομένῳ Συμποσίῳ φησί· „Λεπτέον σύμμετρον τροφὴν πρὸ τοῦ πίνειν, καὶ μάλιστα τὰς εἰθισ-
c μένας προπαρατίθεσθαι περιφοράς. ἐκ διαστήματος γὰρ εἰσφερομένας ἐναλλάττειν τὰ ἀπὸ τοῦ οἴνου προσκαθίζοντα τῷ στομάχῳ, καὶ δηγμῶν αἴτια καθιστάμενα. Οἴονται δέ τινες ταῦτα εἶναι καὶ κακοστόμαχα, λέγω δὴ λαχάνων καὶ ταρίχων γένη, δηκτικόν τι κεκτημένα, εὐθετεῖν δὲ τὰ κολλώδη καὶ ἐπιστύφοντα βρώματα· ἀγνοοῦντες ὅτι πολλὰ τῶν τὰς ἐκκρίσεις ποιούντων εὐλύτους ἐκ τῶν ἐναντίων εὐστόμαχα καθέστηκεν· ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ σίσαρον καλούμενον,
(οὗ μνημονεύει Ἐπίχαρμος ἐν Ἀγρωστίνῳ, καὶ [1] Γῇ
d καὶ θαλάσσῃ, καὶ Διοκλῆς ἐν πρώτῳ Ὑγιεινῶν) ἀσπάραγος, τεῦτλον τὸ λευκὸν, (τὸ γὰρ μέλαν, καθεκτικόν ἐστιν ἐκκρίσεων) κόγχαι, σωλῆνες, μῦες θαλάττιοι, χῆμαι, κτένες, τάριχος τέλειος, καὶ μὴ

1 Vulgo ἐν Γῇ.

poſion, ait: »Modicus capiendus cibus eſt priuſquam bibamus, & ex illis potiſſimum cibis qui ante coenam adponi circumferrique ſolent: hos enim ex intervallo ſumtos alterare ea, quae a vino inſident ſtomacho, & morſuum cauſſae ſunt. Putant vero nonnulli, eſſe haec etiam noxia ventriculo, olerum dico & ſalſamentorum genera, mordendi vim quamdam habentia; prodeſſe vero edulia glutinoſa & adſtringentia; neſcientes, pleraque ex iis quae alvum ſolvunt & excretiones eius faciles reddunt, eſſe e contrario idonea ſtomacho: in quibus eſt etiam ſiſaron quod vocatur, (cuius Epicharmus meminit in Agroſtino [*ſive*, Ruſtico] & in Terra & Mari, & Diocles primo libro de Rebus Salubribus) tum aſparagus, beta alba, (nam nigra excretiones cohibet) conchae, ſolenes, muſculi marini, chamae, pectines, ſalſamenta perfecta, quae non ſint olida, & bo-

βρομώδης, καὶ ἰχθύων εὐχύλων γένη. προπαρατίθεσθαι δ' ἐστὶν ὠφέλιμον τὴν λεγομένην Φυλλίδα, καὶ τευτλίον, ἔτι δὲ τάριχος, εἰς τὰς ὁρμὰς εἰς ταῦτα [1] μὴ ὁμοίως τῶν πολυτρόφων ἀπολαύειν. τὰς δὲ ἀβρόους ἐν ἀρχῇ πόσεις ἐκκλιτέον· δύσκλητοι γὰρ εἰς τὴν πλείονα τῶν ὑγρῶν προσφοράν. Μακεδόνες δ', ὡς φησιν Ἔφιππος ὁ Ὀλύνθιος ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ c Ἡφαιστίωνος Ταφῆς, οὐκ ἠπίσταντο πίνειν εὐτάκτως, ἀλλ' εὐθέως ἐχρῶντο μεγάλαις προπόσεσιν, ὥστε μεθύειν ἔτι παρακειμένων τῶν πρώτων τραπεζῶν, καὶ μὴ δύνασθαι τῶν σιτίων ἀπολαύειν."

XCII. Medicorum praecepta de Salsamentis.

Δίφιλος δ' ὁ Σίφνιος φησί· „Τὰ ταρίχη τὰ ἐκ τῶν θαλασσίων καὶ λιμναίων καὶ ποταμίων γινόμενα ἐστὶν ὀλιγότροφα, ὀλιγόχυλα, καυσώδη, εὐκοί-

1 Corrigit suppletque Casaub. εἰς τὸ τὰς ὁρμὰς εἰς ταῦτα ἀποπαύειν, καὶ μὴ ὁμ.

ni succi pisces. Utile est vero, ut ante caetera adponatur *phyllis* quae dicitur, [herbulis odoratis constans,] & beta, insuperque salsamenta; ut, primo edendi impetu per ista sedato, non pari aviditate deinde eis cibis, qui magis nutriunt, vescamur. Sed initio coenae largior vitandus potus: est enim infamis, ut generans nimiam humorum collectionem. Macedones vero, ut ait Ephippus Olynthius libro primo De Alexandri & Hephaestionis Sepultura, modeste bibere nesciverunt: sed initio statim ita largis utebantur propinationibus, ut iam ebrii essent primis adhuc adpositis mensis, & perfrui cibis non possent."

92. Diphilus vero Siphnius ait: »Salsamenta, sive marinis e piscibus fiant, sive e fluviatilibus, sive e palustribus, parum nutrire, parum succi praebere, aestuosa esse, ventriculum iuvare, adpetentiam irritare.

λια, ἐρεθιστικὰ ὀρέξεως. κράτιστα δὲ, τῶν μὲν ἀπιόνων, κύβια, καὶ ὡραῖα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια γένη·
f τῶν δὲ πιόνων, τὰ θυννάϊα, καὶ κορδύλη. τὰ δὲ παλαιὰ, κρείσσονα καὶ δριμύτερα, καὶ μάλιστα τὰ Βυζάντια. τὸ δὲ θύννιον, φησὶ, γίνεται ἐκ τῆς μείζονος πηλαμύδος, ὧν τὸ μικρὸν ἀναλογεῖ τῷ κυβίῳ, ἐξ οὗ γένους ἐστὶ καὶ τὸ ὡραῖον. ἡ δὲ σάρδα προσέοικεν τῷ
a κολίᾳ μεγέθει. ὁ δὲ σκόμβρος, κοῦφος, καὶ ταχέως ἀποχωρῶν τοῦ στομάχου. ὁ κολίας δὲ, πολλῶδης, σκιλλωδέστερος, [1] δηκτικώτερος, καὶ κακοχυλότερος, τρόφιμος. κρείσσων δὲ ὁ Ἀμύκλανος, καὶ Ἱσπανὸς, ὁ Σαξιτανὸς [2] λεγόμενος· λεπτότερος γὰρ καὶ γλυκύτερος." Στράβων δ' ἐν τρίτῳ Γεωγραφικῶν, πρὸς ταῖς Ἡρακλέους, φησὶ, νήσοις κατὰ Καρχηδόνα τὴν Καινὴν πόλιν εἶναι Σεξιτανίαν, [3] ἐξ ἧς καὶ τὰ ταρίχη ἐπωνύμως λέγεσθαι, καὶ ἄλλην Σκομβροαρίαν, ἀπὸ

1 κολλασκιλλωδέστερος mſ. *A.* κολλοσκιλλωδέστερος edd. Nude σκιλλωδέστερος *Epit.* 2 Σεξιτανὸς edd. 3 Ἀξιτανίαν mſ. *Ep.*

Optima vero ex ſalſamentis non pinguibus eſſe *cybia*, & *horaea*, & quae ſunt alia genera his ſimilia: ex pinguibus vero, *thynnaea* & *cordyla*: vetuſta vero, meliora eſſe & acriora, & maxime Byzantia. Thynnium vero [*ſive* Thynneum, *aut* Thynnaeum] fit ex maiore pelamyde: id ſi minus eſt, reſpondet cybio; quo ex genere eſt etiam horàeum. *Sarda* vero coliae par eſt magnitudine. Scombrus autem levis eſt, & celeriter a ventriculo ſecedit. Colias eſt glutinoſus, ſcillam magis reſipiens, mordacior, & deterioris ſucci, multum nutriens: melior vero eſt Amyclanus, & Hiſpanus, qui *Saxitanus* vocatur; eſt enim tenuior, & dulcior. « Strabo vero, tertio Geographicorum, ad Herculis inſulas, inquit, prope Novam Carthaginem oppidum eſſe Sexitaniam, a quo ſalſamenta etiam cognomen habeant; &

τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεσθαι γάρον. Οἱ δὲ λεγόμενοι μελανδρύαι, [1] ὧν καὶ b Ἐπίχαρμος μνημονεύει ἐν Αὐτομόλῳ Ὀδυσσεῖ οὕτως·

Ποτιφόριμον τὸ τέμαχος ἦς τὸ [2] ὑπομελανδρυῶδες.

μέλανδρυς δὲ τῶν μεγίστων θύννων εἶδός ἐστιν, ὡς Πάμφιλος ἐν τῷ Περὶ Ὀνομάτων παρίστησι· καὶ ἔστι τὰ τεμάχη αὐτοῦ λιπαρώτερα.

XCIII. Medicorum praecepta de Salsamentis.

„Τὸ δὲ ὠμοτάριχον, φησὶν ὁ Δίφιλος, κήτημα τινὲς λέγουσι· καὶ ἔστι βαρὺ, καὶ γλοιῶδες, προσέτι δὲ καὶ δύσπεπτον. Ὁ δὲ ποτάμιος κορακῖνος, ὃν πέλτην τινὲς καλοῦσιν, ὁ ἀπὸ [3] τοῦ Νείλου, ὃν οἱ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἰδίως ἡμίνηρον ὀνομάζουσιν, c ὑποπίμελος μέν ἐστι, καὶ ἥκιστα κακόχυλος· σαρκώδης, τρόφιμος, εὔπεπτος, εὐανάδοτος, κατὰ πάντα τοῦ μύλλου κρείσσων. Τὰ μέν τοι τῶν ἰχθύων καὶ

1 Intercidisse nonnihil videtur. 2 Articulus h. l. e coniect. adiectus. 3 οἱ ἀπὸ vulgo.

aliud, Scombroariam dictum, a scombris qui ibi capiuntur, e quibus optimum parari garum. Sunt vero & *melandrya* dicta salsamenta, quorum etiam Epicharmus meminit in Ulysse Transfuga, hoc modo:

Esu commodum erat frustum, de genere melandryorum.

Est autem *melandrys* species maximorum thynnorum, ut tradit Pamphilus in libro De Nominibus: & sunt frusta eius pinguiora.

93. »Omotarichon vero, ait Diphilus, nonnulli *cetema* (sive *cetaceum*) vocant: est autem grave, & glutinosum, & concoctu difficile. Fluviatilis vero coracinus, quem *pelten* nonnulli vocant, & in his Niloticus, quem Alexandrini sigillatim *heminerum* adpellant, mediocriter pinguis est, & minime mali succi; carnosus, nutriens, concoctu digestuque facilis; omnibus modis mullo praestantior. Sed piscium & salsamentorum *ova*

τῶν ταρίχων ὠὰ πάντα, δύσπεπτα, δύσφθαρτα· μᾶλλον δὲ τὰ τῶν λιπαρωτέρων, καὶ μειζόνων· σκληρότερα γὰρ μένει, καὶ ἀδιαίρετα. γίνεται δὲ εὔστομα μετὰ ἁλῶν [1] σβεσθέντα, καὶ ἐποπτηθέντα. Πάντας δὲ χρὴ τοὺς ταρίχους πλύνειν, ἄχρι ἂν τὸ ὕδωρ ἄοσμον καὶ γλυκὺ γένηται. Ὁ δ' ἐκ θαλάττης ἐψόμενος τά-
d ριχος, γλυκύτερος γίνεται· θερμοί τε οἱ τάριχοι, ἡδίονες εἰσίν." Μνησίθεος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ Ἐδεστῶν· „Οἱ ἁλυκοὶ, φησὶ, καὶ γλυκεῖς χυμοὶ πάντες ὑπάγουσι τὰς κοιλίας. οἱ δ' ὀξεῖς καὶ δριμεῖς λύουσι τὴν οὔρησιν. οἱ δὲ πικροὶ μᾶλλον μέν εἰσιν οὐρητικοὶ, λύουσι δ' αὐτῶν ἔνιοι καὶ τὰς κοιλίας· οἱ δὲ στρυφνοὶ τὰς ἐκκρίσεις [ἴσχουσι.]" [2] Ξενοφῶν δὲ, ὁ μουσικώτατος, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἱέρωνι ἢ Τυραννικῷ, διαβάλλων τὰ τοιαῦτα βρώματα, φησί· „Τί γὰρ, ἔφη ὁ Ἱέρων, τὰ πολλὰ ταῦτα μηχανήματα Culinariae artis lenocinia.

1. μετὰ ἄλλων mſ. *A*. 2. Verbum ex coniect. adiectum.

omnia aegre concoquuntur alteranturque; praeſertim pinguiorum & maiorum: manent enim duriora & indiviſa. Sunt autem ori grata, cum ſale exſtincta, ac deinde toſta. Omnia autem ſalſamenta abluere oportet, uſque dum aqua odore careat & dulcis fiat. Si in aqua marina elixetur ſalſamentum, fit dulcius: & calida ſalſamenta ſuaviora ſunt." Mneſitheus Athenienſis, in libro de Eduliis, ait: »Salſi & dulces ciborum ſucci omnes alvum ſubducunt: acidi vero & acres urinam cient: amari urinam magis cient, nonnulli vero eorum etiam alvum movent: acerbi vero excretiones ſiſtunt." Elegantiſſimus vero Xenophon, in libro qui Hieron vel Tyrannicus inſcribitur, haec cibaria vituperans, ait: »Quid enim? inquit Hiero, multa-ne haec artificia

κατανενοήκατε,[1] ἃ παρατίθεται τοῖς τυράννοις, ὀξέα, c καὶ δριμέα, καὶ στρυφνὰ, καὶ τὰ τούτων ἀδελφά; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Σιμωνίδης, καὶ πάνυ γέ μοι δοκοῦντα παρὰ φύσιν εἶναι ταῦτα ἀνθρώπῳ.[2] Ἄλλο τι οἴει, ἔφη ὁ Ἱέρων, ταῦτα τὰ ἐδέσματα εἶναι, ἢ νὴ Δία κακῆς[3] καὶ ἀσθενούσης[4] ψυχῆς ἐπιθυμήματα; ἐπεὶ οἵ γε ἡδέως ἔσθοντες,[5] καὶ σύ που οἶσθα, ὅτι οὐδὲν προσδέονται τούτων τῶν σοφισμάτων."

XCIV. Decocta.

Ἐπὶ τούτοις λεχθεῖσιν, ὁ Κύνουλκος πιεῖν ἤτησε δικόκταν· δεῖν, λέγων, ἁλμυροὺς λόγους γλυκέσιν ἀποκλύζεσθαι νάμασιν. Πρὸς ὃν ὁ Οὐλπιανὸς, σχε- f τλιάσας, καὶ τύψας τῇ χειρὶ τὸ προσκεφάλαιον, ἔφη· Μέχρι πότε βαρβαρίζοντες οὐ παύεσθε; ἢ ἕως ἂν καταλιπὼν τὸ συμπόσιον οἴχωμαι, πέττειν ὑμῶν τοὺς λόγους οὐ δυνάμενος; Καὶ ὅς· Ἐν Ῥώμῃ, τῇ βασιλευούσῃ, διατρίβων τὰ νῦν, ὦ λῶστε, ἐπιχωρίῳ

1 κατανενόηκας ed. Baſ. & Caſ. ex Xenoph. 2 ἀνθρώποις eaedem ex eod. 3 ἢ μὴ διὰ κακῆς ed. Ven. cum mſ. *A.* ἢ μὴ μαλακῆς ed. Baſ. & ſeqq. ἢ μαλακῆς apud Xenoph. 4 τρυφῇ ex editt. Xenoph. inſerunt ed. Baſ. & ſeqq. 5 ἐσθίοντες ed. Baſ. & ſeqq.

animadvertiſtis, quae tyrannis adponuntur? acida, acria, acerba, & his cognata. Utique, inquit Simonides: ac videntur mihi utique contra naturam hominis haec eſſe. Putas-ne, inquit Hiero, aliud eſſe haec edulia, niſi per lovem pravi & infirmi animi cupiditates? Nam qui libenter comedunt, hos probe tu ipſe noſti non indigere hiſce artis lenociniis. «

94. Quae cum diſputata eſſent, Cynulcus bibendam petiit *decoctam*; dicens, *ſalſos ſermones dulcibus liquoribus eſſe abluendos*. Cui Ulpianus indignatus, cervicale manu feriens: Quouſque tandem, inquit, non ceſſabitis barbare loqui? An donec ego relicto convivio abiero, cum concoquere veſtros hos ſermones non poſſim? Tum ille: Romae, in hac urbium regina, nunc degens, verna-

κέχρημαι κατὰ τὴν συνήθειαν Φωνῇ. καὶ γὰρ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ποιηταῖς, καὶ συγγραφεῦσι τοῖς σφόδρα ἑλληνίζουσιν, ἔστιν εὑρεῖν καὶ Περσικὰ ὀνόματα κείμενα, διὰ τὴν τῆς χρήσεως συνήθειαν· ὡς τοὺς παρασάγγας, καὶ τοὺς ἀστάνδας, καὶ τοὺς ἀγγάρους, [1] καὶ τὴν σχοῖνον, ἢ τὸν σχοῖνον· μέτρον δ' ἐστὶ τοῦτο ὁδοῦ, μέχρι νῦν οὕτω παρὰ πολλοῖς καλούμενον. μακεδονίζοντάς τ' οἶδα πολλοὺς τῶν Ἀττικῶν, διὰ τὴν ἐπιμιξίαν. βέλτιον δ' ἦν μοι

αἷμα ταύρειον πιεῖν·

ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος,

ἢ εἰς σὲ ἐμπεσεῖν. οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι ταύρειον ὕδωρ πιεῖν, ὅπερ σὺ οὐκ οἶσθα τί ἐστίν. οὐδὲ γὰρ ἐπίστασαι, ὅτι καὶ παρὰ τοῖς ἀρίστοις τῶν ποιητῶν καὶ συγγραφέων εἴρηταί τινα καὶ φαῦλα. Κηφισόδωρος γοῦν, ὁ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος μαθητής, ἐν τῷ

Peregrinæ verba a Graecis adoptata.

a

b

1 Vulgo τοὺς παρασάγγας, καὶ τοὺς ἀστάρους, καὶ τὴν σχ.

